

www.e-rara.ch

Corpus iuris canonici emendatum et notis illustratum

Lancellotti, Giovanni Paolo

Lugduni, 1591

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-29216>

Concordia discordantium canonum, ac primum de iure divinae & humanae constitutionis

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

CONCORDIA
DISCORDANTIVM
CANONVM,
AC PRIMVM DE IVRE DIVINAE
& humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

I **VS** **N**ATURALIS **GENUS** duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale est, quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, et prohibetur alij inferre, quod sibi non licet fieri. Unde Christus in Evangelio

Matth. 7. [Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est lex & prophetarum.]

Not. I. ¶ Ac primū] Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur, De iure scripto & non scripto, & quod cui præponatur, & legum autoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. Aut, Ac primū de iure constitutionis naturæ divinæ, & humanæ. Aut, De iure naturæ, & humanæ constitutionis, quæ Dominus de Gemiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut, De iure naturæ & constitutionis, quæ in scripto maxime videtur continere tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita revertitur, ut initio distinct. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. si quæ causæ. hunc totū locū indicans scribit: Regre in principio, ubi differētia signatur inter ius naturæ, & ius constitutionis. Verum tamē in hac tanta varietate, quæ ut alia cōiectura mittatur, argumēto esse potest, nullam hic à Gratiano ipso positam esse rubricam, sicut visum est retenta vulgata lectione ceteras indicare.

¶ Divinæ leges naturæ, humanæ moribus constant.

C. I. Illic Isidor. in 3. lib. Etymol. c. 2. ait.

OMNES leges aut divinæ sunt, aut humanæ. Divinæ natura, humanæ moribus constant: ideoque hæc disceperat, quoniam aliæ aliis gentibus placent. ¶ Fas lex divina est: ius lex humana. ¶ Transire b per agrū alienū fas est, ius non est.

Ex verbis huius auctoritatis evidenter datur intelligi, in quo differat inter se lex divina & humana, cum omne quod fas est, notæ divinæ vel naturalis legis accipiar: notæ vero legis humanæ mores iure cōscripti & traditi intelliguntur. Est aut ius cō generale nomen, multas sub se continens species.

¶ Ius genus, Lex autem species est.

C. II. Inde in eod. lib. Etymol. c. 3. Isidor. ait.

IUS generale nomen est, lex autem iuri: est species. Ius autem est dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat.

C. III. ¶ quid sit Lex.

LEX est constitutio scripta.

C. IIII. ¶ quid sit Mos.

MOS est longa consuetudo de moribus tantummodo d trada.

a Matth. 7. b per alienū in Isid. manuscr. c Isid. eod. c. 3. Isid. ibid. luo p. 4. c. 200. d tantūdem in orig. manuscr. & aliquot Gratiani. Isidor. ibid. luo ibidem. Pann. l. 2. c. 161. Terrullianus in libro de corona militis.

¶ Apud Isido. hæc antecedit, Mos est vetustate probata cōsuetudo, siue lex non scripta. Nam lex à legendo vocata est, quia scripta est. Mos aut longa cōsuetudo est, & c.

C. V. ¶ quid sit Consuetudo.

CONSUETUDO autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. ¶ Nec differt, an scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratio lex constat, lex erit omne iam quod ratione cōsiterit, duntaxat quod religioni conveniat, quod disciplinæ cōgruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu.

¶ Cum itaque dicitur: non differt vitrum consuetudo scriptura vel ratione consistat: apparet quid consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum contentum est reservata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio siue ius vocatur, quæ vero in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia divisio iuris, ut in eod. lib. 5. c. 4 testatur Isidorus ita dicens.

C. VI. ¶ quæ sint species iuris.

IUS autem naturale est, aut civile, aut gentiū.

C. VII. ¶ quid sit Ius naturale.

IUS naturale est cōmune omnium nationum, eod quod ubique in istin & u naturæ, non constitutione aliqua habetur, ut viri & femina coniunctio, liberorum successio & educatio, & communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ cælo, terra, marique capiuntur, item depositæ rei, vel commendatæ pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsiō. ¶ Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale, æquumque habetur.

¶ Successio] In tribus codicibus manuscriptorum Isidori, & aliquot Gratiani, legitur, liberorum susceptio & educatio, quæ lectio convenit cum l. i. ff. de iusit. & iure, versic. hinc descendit.

C. VIII. ¶ quid sit Ius civile.

IUS civile est, quod quisque, populus, vel quæque civitas sibi propriū divinæ humanæque causa constituit.

C. IX. ¶ quid sit Ius gentium.

IUS gentium est sedium occupatio, ædificatio, munio, bella, captivitates, seruitutes, postliminia, fœdera, paces, inductæ, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde est ius gentium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes utuntur.

a Quando ita simpliciter, ut ex nunc statuitur, sed si cōsuetudo publica auctoritate in scriptis redigitur & auctoratur an dubitetur & alia probatione opus sit, nihilominus consuetudo est. b Ius autē naturale orig. & aliquot Gratiani codices. Isidor. eod. c. 4. c al. commodatæ restitutio. d Isidor. eod. lib. c. 5. e Isidor. eod. l. c. 6. f & inde ius gentium quia eo ori.

C. X. ¶ quid sit ius militarium.
Ius militare est belli inferendi sollicitas, federis faciendi nexu, signo dato egressio in hostem, vel pugna commissio, ut in signo dato receptio: item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur, item suspendiorum modus, dignitatum gradus, premiorum honor, veluti cum corona, vel torques donantur, item præcedentio, & personarum qualitatibus & laboribus in ius diuisio, ac principis portio.

C. XI. ¶ quid sit ius publicum.
Ius publicum, est in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

C. XII. ¶ quid sit ius Quiritium.
Ius Quiritium, est proprie Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quiritis, id est Romani. ¶ In quo agitur de legitimis hereditatibus, de cretionibus, de tutelis, de viucapionibus, quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta.

¶ Cretionibus.] Antea legebatur, vel curationibus, vel de contractibus. Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quam manuscriptis. Quis autem sit cretio declarat Vlpianus in suis titulis. c. 22. & ipsemet Isidorus eod. lib. 5. Etymolog. cap. 24. & Alciar. 3. distincti. c. 7.

DISTINCTIO II.

C. I. ¶ quid sit Lex.
Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus, aliquid ianxerunt.

C. II. ¶ quid sit Plebiscitum.
Plebiscita sunt, quæ plebes tantum constitunt: & vocantur h plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur, & rogat, ut fiant.

C. III. ¶ quid sit Senatusconsultum.
Senatusconsultum est, quod tantum senatores populi consulendo decernunt.

C. IIII. ¶ quid sit Constitutio vel edictum.
Constitutio, vel edictum est quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit.

C. V. ¶ quæ sint Responsa prudentum.
Responsa prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VI. ¶ quæ sint Tribunitia, vel consularis leges.
¶ Vadam etiam leges dicuntur ab illis, qui cōsiderunt, ut consulares, Tribunitia, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecit consules Papius & Poppæus legē tulerūt, quæ à nominibus eorū appellatur Papiæ Poppææ, continēs patrū præmia p suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Imperat ore Falcidius Tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraxeis in testamento legaret, quam vt quarta pars superet hereditib; ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

¶ Papius.] Antea legebatur, Papius, & Pompeius. & paulo post, Papiæ, & Pompeiæ. Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciar. lib. 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno vrbi D C C L X I. ex kalen. Iul. suscepti consules nunciantur M. Papius. Q. Poppæus.

¶ C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VI. ¶ quæ sint Tribunitia, vel consularis leges.
¶ Vadam etiam leges dicuntur ab illis, qui cōsiderunt, ut consulares, Tribunitia, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecit consules Papius & Poppæus legē tulerūt, quæ à nominibus eorū appellatur Papiæ Poppææ, continēs patrū præmia p suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Imperat ore Falcidius Tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraxeis in testamento legaret, quam vt quarta pars superet hereditib; ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

¶ Papius.] Antea legebatur, Papius, & Pompeius. & paulo post, Papiæ, & Pompeiæ. Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciar. lib. 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno vrbi D C C L X I. ex kalen. Iul. suscepti consules nunciantur M. Papius. Q. Poppæus.

¶ C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VI. ¶ quæ sint Tribunitia, vel consularis leges.
¶ Vadam etiam leges dicuntur ab illis, qui cōsiderunt, ut consulares, Tribunitia, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecit consules Papius & Poppæus legē tulerūt, quæ à nominibus eorū appellatur Papiæ Poppææ, continēs patrū præmia p suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Imperat ore Falcidius Tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraxeis in testamento legaret, quam vt quarta pars superet hereditib; ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

¶ Papius.] Antea legebatur, Papius, & Pompeius. & paulo post, Papiæ, & Pompeiæ. Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciar. lib. 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno vrbi D C C L X I. ex kalen. Iul. suscepti consules nunciantur M. Papius. Q. Poppæus.

¶ C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VI. ¶ quæ sint Tribunitia, vel consularis leges.
¶ Vadam etiam leges dicuntur ab illis, qui cōsiderunt, ut consulares, Tribunitia, Iulia, Cornelia. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecit consules Papius & Poppæus legē tulerūt, quæ à nominibus eorū appellatur Papiæ Poppææ, continēs patrū præmia p suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Imperat ore Falcidius Tribunus plebis legē fecit, ne quis plus extraxeis in testamento legaret, quam vt quarta pars superet hereditib; ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

¶ Papius.] Antea legebatur, Papius, & Pompeius. & paulo post, Papiæ, & Pompeiæ. Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorem Alciar. lib. 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis anno vrbi D C C L X I. ex kalen. Iul. suscepti consules nunciantur M. Papius. Q. Poppæus.

¶ C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VII. ¶ quæ sint Responsum prudentum.
Responsum prudentum sunt, quæ iuriscōsulenti responderent dicuntur cōsulentibus, vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitate, qui institutiones ciuili iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites cōtentionesq; sopirēt.

C. VIII. ¶ quæ sint Rhodia leges.
Rhodia leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit

DISTINCTIO III.

C. I. ¶ quid sit Canon.
Canon græce, Latine Regula nuncupatur.

C. II. ¶ Vnde dicatur regula.
Regula dicta est, eò quod recte ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte viuendi præbeat, vel quod distortum, primumque d corrigat.

¶ C. III. ¶ quid sit priuilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. IIII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. V. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. VI. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. VII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. VIII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. IX. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. X. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XI. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XIII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XIV. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XV. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XVI. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XVII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XVIII. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XIX. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

¶ C. XX. ¶ quid sit privilegium.
Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatae leges. Nam priuilegiū inde dictū est q̄ in priuato ferat.

bus Isidori: neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In aliis vero, omiſſa voce diuina legitur aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

DISTINCTIO IIII

Causa vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultate reſtricare, sicut in eod. lib. 20. Isidorus testatur dicitur.

C. I. ¶ Quare leges facte sint.

Ferretur autem leges, vt earum metu humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas.

2 ps. Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas constituendarum est obseruanda, vt continent in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, convenientiam, & cetera quæ in eod. lib. Isidor. enumerat dicens.

C. II. ¶ qualis debeat esse Lex.

Lex autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patrie consuetudinem, loco temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta quoque, ne aliquis per obscuritatem in captionem contineat, nullo privato comodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

¶ In captionem ¶ Antea legebatur, in cautum captionem. Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis lib. 5. cap. 21. & ex impressis eia. lib. 2. cap. 10. vbi eadem scribitur, partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus, a quibus abest delictis, cautum. Simili vero locutione vititur Paulus lib. quint. sentent. tit. 33. c. 2. Ne quis inquit, in captionem verborum in canendo incidat.

3 ps. Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges in iustitiam fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.

C. III. ¶ De legibus tunc est indicandum cum insistantur, non cum insistantur.

Vnde Augustinus ait in lib. de vera religione. c. 31.

In his temporibus legibus, quæquam de his homines iudicent, cum eas insistant, tamen eam fuerint instituta & firmata, non licebit iudici, de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges insistantur cum prouidentur, firmantur, cum moribus videntur approbantur. Sicut enim moribus videntur in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus videntur ipse leges confirmantur. Vnde illud Telephori Papæ, qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquagesima à carnibus, & deliciis ieiunent, quia moribus videntur approbatum non est, aliter agerent, transgressionis reos non arguit.

¶ Quinquagesima ¶ Post hoc verbum in codicibus impressis sequitur, ieiunandi propositum susceperet, & à carnibus, & deliciis abstinere: sed omnes fere manuscripti habent eodem modo quo restitutum est.

¶ Septem hebdomadibus à carne, & deliciis ante Pascha, clerici abstinant.

CHIII. Telephorus vrbis Roma episcopus omnibus episcopis episcopi.

Statuimus, vt septem hebdomadas plenam ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati à carne ieiunent, quia sicut discreta debet esse vita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieiuniis debet esse discretio. ¶ Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & deliciis ieiunent, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino in hære die noctuque itudeant.

C. V. ¶ Septimam hebdomadam Telephorus quadragesime addidit.

Item Ambrosius in lib. sermorum. I

¶ Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit

a Iuo par. 4. cap. 168. Pann. l. 2. c. cap. 142. b Iuo par. 4. cap. 169. Pann. l. 2. c. 143. c Iuo par. 4. c. 25. Pann. l. 2. c. 174. d al. carne, & deliciis.

Telephorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

¶ Sermonum ¶ Inuenti sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca Monasterii S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti, Ambrosii nomen præferentes, inter quos est sermo de sexagesima, cuius initium est: Adest tempus, vnde hoc capite scriptum est.

¶ Quod similiter de eo capitulum est intelligendum, quod B. Gregorius Augustinus Anglorum episcopo scribit, dicens

C. VI. ¶ A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiasticæ gradus dignitas exornat.

Dentque sacerdotes, & diaconi, & reliqui oes, quos dignitas ecclesiasticæ gradus exornat, à quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quod & aliquid ad persum sancta institutionis adiciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiam, sicut loco, ita religione præcellat. De ipsa vero die dominica hæstitamus, quidnam dicendum sit, cum omnes laici & faculares illa die plus solito cæteris diebus accuratius cibos carni appetant, & nisi noua quadam auiditate vsque ad medias noctes se ingurgitent, non aliter se huius sacri temporis obseruationem suscipere putant: quod vtiq; non rationi, sed voluptati, immo cuidam mentis cecitati adscribendum est. vnde nec à tali consuetudine auerti possunt, & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon. ¶ Qui multum emungit, elicit sanguinem. ¶ & post pauca. ¶ Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus: sicut videlicet, caseo, & ouis, & post pauca. ¶ Cæterum piscium usus ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxurie pariat incendium. Dentque qui à carne abstinent, nequaquam sumptuosiora marinarum belluarum conuiuia præparet, Vinum quoque ita bibere permittitur, vt ebrietatem omnino fugiant: alioqui restat, vt omnia, quæ corpori libent, limiliter faciamus.

4 ps. Hæc est legibus constituta sunt: tamen quia communi vsu approbata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos non arguunt, alioquin & his non obediens proprio priuarentur honore: cum illi, qui sacris nesciant obedire canonibus, penitus officio inbeantur carere suscepto: nisi forte quis dicat hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta. Decretum vero necesse est tunc facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

DISTINCTIO V.

Hæc, quæ de privilegiis, & ceteris infra positæ scripta sunt, iam secularibus, quam ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc ad differentiam naturalis iuris, & ceterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate. Cæpit enim ab exordio rationalis creature, nec variatur tempore, sed immutabile permanet. ¶ Sed cum naturale ius in lege & Evangelio supra dicatur esse comprehensum, quædam autem contraria his, quæ in lege statuta sunt, nunc inueniuntur concessa, non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namque præcipiebatur, vt mulier, si masculinum pareret, quadraginta, si vero femina, octuaginta diebus à templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item & mulier, quæ mensuram patitur, ex lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec statim intrare ecclesiam, nec sacre communionis mysteria percipere: sicut nec illa, quæ parit, vel illud, quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur.

¶ Nunc ad differentiam ¶ In vulgatis legebatur,

a Iuo par. 4. c. 29. b Prouerb. 30. c al. sementinam. d al. præmittitur. e Ex Gregor. in fr. 25. q. 1. hæc consona. f Leuit. 12. g Ibid. 15.

Nunc autem ad doctrinam. Emendatum est ex veteribus codicibus, & ex principio dist. 15. ubi hoc reperitur.

C. I. PALEA I

Vnde eadem Augustino Anglorum episcopo Gregorius scribit, dicens.

Cum enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat, testamenti veteris præceptione disti: quia pro maculo xxxij. pro temina verò lxvj. diebus debet abstinere: quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

¶ **¶ Palea** De Paleis vniuersè in præfatione dictum est. Hæc verò, cui primum præponitur nomen Paleæ, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis): & in quatuor coniunctum est cum sequenti capite. Si mulier, addita ad illius initium voce, Nam: quem admodum apud Gregorium.

C. II. ¶ **Mulier enixa gratias actura ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur.**

Sicut mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat ecclesiam, nullo pondere peccati grauiatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commisione voluptas est: in prolis verò partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur: **[In doloribus pariet.]** Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei penam suam, in culpam deputamus.

¶ **Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari.**

C. III. Idem ad eundem.

Baptizari autem vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadè qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadè qua natum est, nullo modo prohibetur: quia sicut sancti mysterij gratia viuentibus, atque discernentibus cum magna discretionè prouidenda est: ita quibus mors imminet, sine ulla dilatione offerenda est: ne, dum adhuc tempus ad præbendam redemptionis mysterij queritur, interueniente paululum mora, inuenti non valeat qui redimatur.

¶ **¶ Quia sicut** *Itinerisque ad ver. Ne dum, addita sunt ex B. Gregorio.*

¶ **Antequam puer ablaturus, vel mater purificetur, ad eius concubitum vir non accedat.**

C. IIII. Item.

Ad eius verò concubitum vir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablaçetur. Præua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa gincontinentiæ videtur inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Hæc itaque quæ filios suos ex præua consuetudine aliis ad nutriendum tradent, nisi purgationis tempus prius transferint, huiusmodi suis non debent admisceri, quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis mensuris detinentur, viris suis misceri prohibentur: ita ut morte lex sacra feriat, si quis vir ad mensuratam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine mensura patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpa non valet imputari, & per hoc quod inuita patitur, inustum non est, ut ecclesiæ ingressa priuetur. Nouimus namque, quod mulier, quæ sanguinis fluxum pa-

tiebatur, post tergum Domini veniens, a vestimenti eius simbram tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tægere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? & in s. ¶ Si igitur bene præsumpsit, quod vestimentum Domini in langore posita, tetigit, quod vni personæ infirmanti cõceditur, cur non concedatur cõditis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶ Sanctæ autem cõmunionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit, laudanda est; sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiã [aliquo modo] culpas suas agnoscere, ubi culpa non est: quæ sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiã cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus,

DISTINCTIO VI.

Quia verò de naturæ superfluitate sermo capiti haberi, queritur, an post illusionem, quæ per somnum selet accidere, vel corpus Domini quibus accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare.

¶ **De multiplici genere illusionis.**

C. I. De his ita scribit B. Gregorius & August. Anglorum episcopo, res. 11

Testamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit, & nisi lotum aqua, etiam vsque ad vesperam intrare ecclesiam non concedit. Quod etiam aliter intelligens populus spiritalis, quasi per somnium eum illud reputat, qui tentatus immunditia, veris imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed laudandus est aqua, vt culpam cogitationis lachrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperam cognoscat. Sed est in eadem illusionem valde necessaria discretio, quia subtiliter persari debet, ex qua res accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex natura superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex natura superfluitate, vel infirmitate euenit, omnimodo hæc illusio non est timenda: quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Cum verò vltra modum appetitus gula in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula granantur, habet exinde animus aliquæ reatū, non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel missarum solemniam celebrandi, cum forte aut dies exigit, aut exhibere mysterium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adiunt alij, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta, a perceptione sacri mysterij prohibere non debet, sed ab imolatione sacri mysterij abstinere, huiusmodi, humiliter debet, si tamen dormientem turpi imaginatione illusio non cõcuserit. Nam sunt, quibus ita plerumque illusio nascitur, vt eorum animus etiã in somno corporis positus, non sedetur turpibus imaginationibus. Quia in re vni ibi ostenditur, quod ipsa mens rea non fit tunc, sed suo iudicio penitus libera, cum se, etiam dormienti nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit: quia quod co-

a cap. 10. ad interrogata Aug. Anglorum episcopi. b Gregorius ibidem continenter. Beda l. 1. de hist. Angl. c. 27. Nicolaus ad consilia Bulgarorum, c. 68. c nam in prolis prolatione gemitus. Jorig. d Gen. 3. e Greg. ibid. continenter. Burch. l. 4. c. 32. Iuo par. 1. c. 62. f Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad consilia Bulg. c. 68. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 27. Iuo par. 8. c. 88. g al. carnis incontinentia. h transferint. Jorig. i Levit. 15. k Matt. 9.

a al. humiliter veniens. b addita sunt ista due voces ex B. Greg. & Beda. c ex 11. interrogatione August. Anglorum episcopi. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 27. Burch. l. 5. ca. 43. Iuo par. 2. c. 52. Pann. l. 1. c. 160. Polyg. l. 3. tit. 16. d al. vesperam. e paulo aliter in original. & apud ceteros collectores. f al. quia. Iuo par. 9. c. 111. g al. exhiberi. h al. abstinere. i al. qui.

gignit sciens, hoc pertulit nesciens, & 4] propter talem pollutionem a sacro mysterio ca die abstinere oportet.

1 ¶ Veris] In plerisque codicibus B. Gregorij, & apud Bedam, & in collectione conciliorum Colonia 1570. impressis legitur vanis: in aliquibus vero B. Gregorij codicibus, variis: sed ob glossam non est mutatum.

2 ¶ Si tamen] In codicibus B. Gregorij, & apud Bedam est, si tamen dormientis mentis turpis imaginatio non cōcussit. In collectione vero Isidori etiam manscripta, si tamen animi dormientis turpes imaginationes concussent: quem sensu merito etiam lectio Pannormia: nam Burchardus, & suo parum ab originali discrepant.

3 ¶ Non sit tunc, sed suo] Omnia serè Gratiani manscripta exemplaria habent, vel suo: Ceterum magna hoc loco est inter ceteros collectores, & Bedam, & B. Gregorij codices varietas: In collectione Isidori etiam manscripta est, quatinus in vnum ibi oblectitur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera. Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.

4 ¶ Et propter] Hec quoque ad finem, neque in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Inoem, & Pannormiam, & Pelicarpum.

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione scilicet, sed delectatione, & consensu.

C. II. PALEA I

Sed pensandum est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel (quod maius est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum; quia & b primò culpam serpens suggestit, Eva velut caro delectata est, Adam velut spiritus consensus. Et necessaria est magna discretio, ut inter suggestionem, delectationem, & consensum iudex sui animus præsideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est: cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad consensum ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perficere. In suggestione igitur peccati lemen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et sæpe contingit, ut hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectatione trahat, nec tamen animus eide delectationi consentiat. Et cum caro sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur in vitio, ut ei ex ratione contradicatur, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatus se vehementer ingemiscat. Unde & ille celestis exercitus præcipuus miles gemebat, dicens c. [Vnde aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis.] Si autem captivus erat, minime repugnabat: quapropter & captivus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in membris est, repugnabat: si autem repugnabat, captivus non erat. Ecce itaque homo est (ut ita dixerim) captivus, & liber: liber ex iustitia, quam diligit; captivus ex delectatione, quam portat in vitio.

1 ¶ Palea] Abest hæc palea non scilicet à primo, & decimo Vaticanis, verum & ab aliis, quæ aliquot paleas habent. Rubrica autem abest ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, conueniunt penitentiæ cum superiore, quemadmodum etiam apud Burchardum, & Inoem.

2 ¶ Suggestionem] Sic emendatum est ex originali, à quo parum discrepat Iuo: antea legebatur, & necessaria

a Beda ibid. Burch. l. 5. c. 43. Iuo par. 2. c. 52. b al. eum primam. c Rem. 7. d al. legem.

est magna discretio inter suggestionem, & inter delectationem: atque consensum, iudicem sui faciat animi præsidem. Burchardus, iudicem sui præfidem animi. Reliqua serè ut Gratianus. Apud Bedam vero, & inter suggestio, atque delectationem, inter delectationem, & consensum iudex sui animus præsideat. In collectione Isidori, & necessaria est magna discretio inter suggestionem, & delectationem, atque consensum iudicem sui proderem animi.

3 ¶ Si autem] Magna etiam hoc loco codicum varietas est, bre: istima, & satis integra lectio est in codice episcopi Felari m. B. Gregorij, olim Lutetia impresso. Si autem captivus erat, minime pugnabat, sed pugnabat, quapropter captivus non erat. Ecce itaque, &c.

¶ Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illud.

C. III. Item Isidorus lib. 3. sententiarum,

de summo bono, cap. 6.

Non est peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur, sed tunc est peccatum, si, antequam illudamur, cogitationibus præuenimus. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate gessimus, sæpe dormientibus in animo apparere, sed innoxia, si non concupiscendo occurrunt. Qui nocturna illusione polluitur, quamvis extra memoriâ turpius cogitationum sese præsentiat iniquitatis, tamen hoc vitentaretur, culpa sua tribuat, suamque immunditiam statim fetibus tergat.

Hic itaque respondetur. In Lege, & in Evangelio naturale ius continetur, non tamen quæcumque in Lege & Evangelio inveniuntur, naturali iure coherere probantur. Sunt enim in Lege quadam moralia præcepta, ut non occides: quadam mystica, ut ipse sacrificiorum præcepta, ut de agno, & alia similia his. Moralia mandata ad naturalem ius spectant, atque ideo nullam mutabilitatem recipisse monstrantur. Mystica vero, quantum ad superficiem, à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inveniuntur sibi annexa, ac per hoc, etsi secundum superficiem videantur esse mutabilia, tamen secundum moralem intelligentiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creature incipiens, ut supra dictum est, manet immobile. Ius vero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenienter in vnum, cœperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain civitatem adificasse legitur: quod cum aliorum d propter hominum varietatem serè videatur extingui, postea à tempore Nemroth reparatum, siue patris immutatum existimatur, cum ipse simul cum aliis aliis corpore opprimeret: alii sua imbecillitate eius ditioni cœperunt esse subiecti, unde in Genesi legitur de eo [Cœpit Nemroth robustus venator esse coram Domino] id est, hominum oppressor & extirpator, quos etiam ad turrim adificandam allexit.

1 ¶ Id est] Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcuino ita habet: id est, hominum oppressor, & extirpator, quos allexit, ut turrim contra Deum construerent.

DISTINCTIO VII

1 ¶ Autem constitutionis caput à iustificationibus, quas Dominus tradidit Moysi, & dicens: [Si emeris ieruum Hebraeorum, &c.]

¶ De conditoribus legem.

C. I. Unde Isidorus lib. 5. Etym. c. 1. ait.

Moyse gentis Hebrææ primus omnium divinas leges sacris litteris explicavit. Phoronius Rex Græcis primus leges, iudiciaque constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmonis iura ex Apollinis auctoritate cōstituit. Numma Pompilius qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis edidit. Deinde, cum populus sediciosos

a Iuo p. 9. c. 112. b al. ita. c Gen. 4. d Gen. 7. e Gen. 10. f Exod. 12.

magistratus ferre non posset, Decem viros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatae, xij tabulis exposuerunt.

C. II. ¶ Nomina eorum, qui leges xij tabularum exposuerunt.

Verunt autem hi, Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturus, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius: Hi decem viri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris primus consul Pompeius instituit voluit, sed non perseveravit obtrahentium metu. Deinde Caesar cepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatinum autem antiqua leges vetustate, atque incuria obsoleverunt, quarum etiam nullus iam usus est, notitia tamen necessaria videtur. Nouae leges à Constantino Caesare caperunt, & reliquis succedentibus: erantque pernitae, & inordinatae. Postea Theodosius minor à Augustis ad similitudinem Gregorianae, & Hermogenianae coactum factum constitutionum à Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem à suo nomine Theodosianum vocauit.

DISTINCTIO VIII.

Differunt autem ius naturale à consuetudine, & constitutione. Nam iure naturali omnia sunt communia omnibus, quod non solum inter eos seruatur creditur, de quibus legitur g. [Multitudinis, aut credentium erat cor unum, & anima una] &c. verum etiam procedenti tempore à philosophis traditum inuenitur. Unde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque proprios nescit affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc mens est, illud alterius.

C. I. ¶ Iure diuino omnia sunt communia omnibus, iure vero constitutionis, hoc mens, illud alterius est.

Unde Augustinus ait tract. 6. ad c. 1. Joannis.

Quo iure defendis villas ecclesiarum? diuino, an humano? Diuinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Unde quisque possidet, quod possidet? nonne iure humano? Nam iure diuino [Domini] est terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur, haec villa mea est, haec domus mea, hic seruus meus est. Iura autem humana iura Imperatorum sunt; quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & reges saeculi Deus distribuit generi humano. Item ibidem paulo inferius. ¶ Tolle iura Imperatorum, & quis audeat dicere, mea est illa villa, aut, meus est ille seruus, aut, domus haec mea est? si autem, vt teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis, vt retineamus leges, vt gaudeatis? Item ibidem paucis interiectis. ¶ Legantur leges, ubi manifeste praecerunt Imperatores, eos, qui praeter ecclesiarum catholicae communionem vsurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere patris auctorem, nihil nomine ecclesiarum audeant possidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apostolus P. voluit seruari Regibus, voluit honorari Reges, & dixit [Reges reueremini.] Nolite dicere, quod miles, & regis? Quid tibi ergo, & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixilli, quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa quae iura humana re-

a al. seditiosus. b. Isidorus ibidem continenter. c. al. libros. d. exoluerunt. orig. ius p. c. 170. Pann. l. 2. c. 144. e. al. minor. f. al. natura. g. Act. 4. h. Anselm. l. 2. c. 62. Ino p. 3. c. 194. Pann. l. 2. c. 63. i. Psal. 23. k. Gen. 2. l. dicit. orig. m. Iure ergo humano, iure Imperatorum: quare? orig. n. Cod. l. 1. c. 5. cap. 4. Cod. Theo. l. 26. tit. 5. c. 43. 50. 54. o. al. tit. p. 2. Pet. 2. g. ad ipsa. orig. & Ino.

nunciata, quibus possidentur possessiones.

1 ¶ Ecclesiarum haec dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi ait contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & Ecclesiae catholicae attributas esse querebantur. Quare, cum Donatistae dicerent, villas nostras tulerunt: fundos nostros tulerunt, vt eos ipse conuincat, nullum in eis in illis habuisse, aut habere: quibusdam propositis, addit ista. Quo iure defendis villas? diuino, &c. Et infra n. q. 1. c. si qua caussa. ubi Gratianus citat initium huius capituli, ista dictio, Ecclesiae, non habetur. Est tamen apud Anselmum, Inonem, & in Panormia loci indicatis.

2 ¶ Tolle. Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendantur, aut adderentur, quae cumque addenda videbantur, placuit integrum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum igitur post ver. humano, antecedente paragraphi, haec sequuntur: Vultis legamus leges iurisperitorum, & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum: videamus, si aliquid voluerint ab haereticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audeat dicere, mea est illa villa, aut meus est ille seruus, aut domus haec mea est? Si autem vt teneantur ista ab hominibus, iura acciperunt Regum, vultis recitemus leges, vt gaudeatis, quia vel vnum horum habetis, & non imputetis nisi mansuetudini columbae, quia vel sibi vobis permittitur permanere; leguntur enim leges manifestae, ubi praecerunt Imperatores, &c.

2. pars. ¶ Dignitate vero ius naturale similiter praeualet consuetudini, & constitutioni. Quaecumque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturaliter fuerint aduersa, vana & irrita habenda sunt.

C. II. ¶ Aduersus naturale ius nulli quidquam agere licet.

Unde Augustinus ait lib. 3. confess. c. 8.

Quae contra mores hominum sunt flagitia, promorum diuersitate vitanda sunt, vt pactum inter se ciuitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorundam liberit, etiam nunquam ibi factum est, faciendum est; & si omisum, instaurandum est; & si institutum non erat, instituendum est. Si enim Regi licet in ciuitate, cui b. regnat, iurare aliquid, quod neque ante illum quisquam, nec ipse vquam iusserat, & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur, immo contra societatem non obtemperatur. Generale quippe pactum est societatis humanae obedire Regibus suis) quanto magis Deo regnatori vniuersae creaturae iuxta, ad ea quae iusserit, sine dubitatione seruandum est? sicut enim in potestatis societatis humanae maior potestas minori ad obediendum praepositur, ita Deus omnibus.

¶ Caput hoc est ex epistola Nicolai, quae incipit, Epistolam Beatiudinis tuae, extat q. vna cum alia eiusdem, & aliorum Pontificum epistolarum manuscriptis Roma, in Bibliotheca monasterii Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est.

¶ Radicitus est euellenda perniciose consuetudo.

C. III. Item Nicolaus Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo.

Malae consuetudo, quae non minus quam perniciose corrupta vitanda est, nisi citius radicitus euellatur, in prauitiorum ius ab improbis assumitur, & incipiunt prauaricationes, & varia praesumptiones celerim non compressa pro legibus venerari, & prauitiorum more perpetuo celebrari.

a Ino p. 4. c. 178. b alinqua. c Ino p. 4. c. 203. Pann. l. 2. c. 28. d al. vana. Sub persona Iohanni Vagenis.

¶ Peritas

¶ Veritati & rationi cōsuetudo est postponenda. C. IIII. Item Augustin. lib. 3. de baptismo, contra Donatistas, c. 6.

Veritate manifestata cedat cōsuetudo veritati, plane respondeo, quis dubitet veritati manifestatae debere cōsuetudinem cedere. Item b Nemo cōsuetudinem rationi, & veritati præponat: quia cōsuetudinem ratio & veritas semper excludit.

C. V. ¶ Quilibet cōsuetudo veritati est postponenda.

Item Gregorius i. in aliq. m. scriptis, & apud Innocentium episc. Gregorius vii. Et in huius Pontificatu Guitmundus Auerfanus Episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.

¶ Veritate reuelata, cōsuetudinem sibi cedere oportet. C. VI. Item Augustin. lib. 3. de baptismo contra Donatistas, cap. 5.

¶ Gregorius i. in aliq. m. scriptis, & apud Innocentium episc. Gregorius vii. Et in huius Pontificatu Guitmundus Auerfanus Episcopus scripsit de corpore & sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.

¶ Veritate reuelata, cōsuetudinem sibi cedere oportet. C. VI. Item Augustin. lib. 3. de baptismo contra Donatistas, cap. 5.

¶ Vi g contempta veritate præsumit cōsuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesia eius instruitur. & infra. h In Euāgelio Dominus Ego sum, inquit, veritas. nō dixit, ego sum cōsuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat cōsuetudo veritati. & infra. Reuelatione facta veritatis, cedat k cōsuetudo i veritati: quia & Petrus h, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti & infra. m Cū Christus veritas sit, magis veritatem, quā cōsuetudinem sequi debemus, quia 2 cōsuetudinem ratio & veritas semper excludit.

¶ Cedat cōsuetudo. Apud B. Augustinum, & Innocentium, & in Pannormia legitur, cedat error. Sed verè B. Augustinus ex ipsiusmet Lojini verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse cōsuetudinem. Ita enim respondet, Noluit quidem ille dicere, cōsuetudinem, sed errorem, Veruntamen, cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, satis indicat, qd aliud etiam de baptismo fieri solebat.

¶ Quia cōsuetudinem. Verba hæc usq. ad finem, apud Innocentium, & Gratianum satis commode hic adieciuntur, repetita ex verbis Felici, quæ referuntur supra, c. veniatis.

¶ Cōsuetudo rationi frustra opponitur.

C. VII. Item in lib. 4. de baptismo, contra Donatistas, c. 5.

¶ Frustra, inquit, quidam, qui ratione vincuntur, cōsuetudinem nobis obiciunt, quasi cōsuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à spiritu sancto reuelatum. ¶ Hoc o planè verum est, quia ratio, & veritas cōsuetudini præponenda est. Sed cum cōsuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

a Iuo p. 4. c. 208. Pann. l. 2. c. 165. In fra eadem qui contempta. b Ibid. cap. 2. f. b persona Felici à Buslatensis. c al. Guimondo. d Iuo par. 4. c. 21. Pann. l. 2. c. 166. e Ioan. 14. f Cyprianus in toto illo suo concilio. Sub persona Cassi Sicentis. g Iuo p. 4. c. 234. h Ibid. c. 6. sub persona Iobosi Kagensis. i Ioan. 14. k sup. ea. e. veritate. Ibid. cap. 7. sub persona Lojini à Tharassa. l Gal. 2. m Ibid. cap. 9. sub persona Honorati à Tucca. sty. ca. c. veritate. n Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epist. ad Iubaianum. Iuo p. 2. cap. 94. & par. 235. o Hic B. Augustinus respondet.

¶ Rationem cōsuetudo impedire non debet.

C. VIII. Item Cyprianus in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani.

¶ Cōsuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam cōsuetudo sine veritate, veritas erroris est: propter qd relicto errore, sequamur veritatē, scientes, quia & apud Eudram 2 veritas vicit, sicut scriptum est: Veritas manet, & inuālescit in æternum, & vinit, & oblit. et in secula seculorum. ¶

Idem in epist. ad Iubaianum, circa med.

¶ Ignosci potest simpliciter et ranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus b [Qui primo, inquit, sui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam merui, quia ignorans feci.] Post inspirationem verò, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat; prudens & sciens finem venia ignorantia peccati: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.

¶ Ignosci potest, & hic antecedunt ea, quæ leguntur, supra c. frustra, usque ad ver. reuelatum.

¶ Dei veritatem, non hominum cōsuetudinem sequi oportet.

C. IX. Idem lib. 2. epist. 3. ad Ceciliam.

¶ Solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed d quid, q ante omnes est, Christus, prior fecerit. Neque enim hominis cōsuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, cum per Esaiam 9 propheta Deus loquatur, & dicat [Sine causa, autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.]

Liquido igitur apparet, quod cōsuetudo naturali iuri postponitur.

DISTINCTIO IX.

¶ Quid autem & cōstitutio naturali iuri cedat, & multiplici autoritate probatur.

¶ Leges principū naturali iuri præualere non debent.

PALEA. I

C. I. Ait enim Augustinus ad Bonifacium Comitem, epist. 50.

¶ Imperatores, quando pro salutate contra veritatem cōstituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra salutatem cōstituunt bonas leges, terrentur sauentes, & corriguntur intelligentes.

¶ Quicumque 2 ergo 1 legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque verò legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

¶ Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohiberunt, nec euerterunt, quæ contra præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex g Nabucho donosor, cum seruis esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vt simulacrum adoraretur, sed eius impiæ cōstitutioni qui obedire noluerunt, pie, fideliterque fecerunt. Idem h tamē rex diuino correctus miraculo, piam, & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicumque diceret blasphemiam in Deum i Sidrac, Miac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

¶ Palea In exemplaribus antiquis Gratiani in quibus aut nulla, aut pauca sunt paleæ, hoc loco habetur tan

a Esai. 47. & 4. b i. Tim. 1. c Ansel. l. 9. cap. 6. d Matth. 17. Hic est filius meus, &c. e Esa. 29. Matth. 15. f Iuo par 4. cap. 148. Pann. l. 2. c. 145. g Dan. 3. h Ibid. i Deum verum. orig.

tem à versic. Quicumque, vsq. ad vers. Nam & temporibus. In aliis autem in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Palee. Est autem totum in eodem B. Augustinis loco.

¶ Quicumque J Commutatus etiam apud Iuonem, & in Panormia est ordo verborum B. Augusti, apud quem qui meretur premium, priore, qui supplicium, posteriore loco ponitur.

¶ Principes tenentur & ipsi inere legibus suis.

C. II. Item ex verbis Iudori, lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 53.

IVtum a est principem legibus obtinere suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quoniam & ipse illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri suis necin eis convenit posse damnare iura, quæ in subiectis, constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiuntur.

¶ In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis vero continetur est superiori, & non habet rubricam.

¶ Scripturis canonicis tractatorum littera deferuntur.

C. III. Idem Augustinus in prologo libri tertii de Trinitate

¶ Noli c meis literis quasi canonicis scripturis inferuire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere.

¶ In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur.

C. IIII. Idem ad Vincentium Victorem, lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

NEGARE non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus & ita multa esse in tam multis opusculis meis, quod possit iusto iudicio, & nulla temeritate danari.

¶ In scriptis canonicis mendacia non admittuntur.

C. V. Idem ad Hieronymum, epist. 19.

EGo h salis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre: ut nullum eorum scribendo errasse aude credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non affectum esse, quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, non ideo verbum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non adhorreat, persuadere poterunt.

¶ Mihi per alios J Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Augustinum est, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, nec multo securus apud Iuonem. Aliis vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.

¶ Libris veterum hebreæ volumina, nouis græca auctoritatem impendunt.

C. VI. Idem

VT veterum librorum fides de hebreis voluminibus examinanda est, ita nouorum, græci sermonis normam desiderat.

¶ Idem J Verba huius capituli sunt B. Hieronymi ad Lucinium Beticum epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam in ver. Græci.

a Burch. l. 15. c. 42. Iuo par. 16. c. 43. b conuenit frangere iura. orig. c Iuo par. 4. cap. 71. Pann. l. 2. c. 120. d al. certum habebas. exemp. e al. firmiter retinere. orig. f Iuo p. 4. c. 73. g moribus. orig. & Iuo. h Iuo par. 4. c. 74. Pan. l. 2. c. 119. i scripturaru libris. orig. & Pani. k eorum auctorem in scribendo aliquid errasse firmissimè credam. orig. Iuo. & Pannorm. l præpolleant. orig.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eis mendacia fuerint admissa.

C. VII. Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

SI a ad scripturas sanctas admissa fuerint vel b officiosa mendacia, quod in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandè de scripturis illis sententia pferetur, cuius poadere cõtentiosa falsitatis obteratur & improbitas?

¶ Literis omnium episcoporum sacra præponitur scriptura.

C. VIII. Item de baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

QVIS nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quam noui testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse contulerit? Episcoporum autem literas, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiore cuiuslibet in ea re peritoris, & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremq; prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiat est?

¶ Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumnie non colligantur.

C. IX. Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

NOLI c frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue I (antequam pars Donati separaretur, i) plus vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primò, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicut ubi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum f ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelabit.]

¶ Siue antequam J Antea legebatur siue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separaretur, Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratia. & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati schisma in ecclesia vnitatis decesserant: qua in re errauit auctor glossæ.

¶ Reuelabit J Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi sepe semper legit, reuelabit, & explanat. Græcè est ἀποκαλύψει.

¶ Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum.

C. X. Item ad Fortunatianum, epist. 111.

NEQUE quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, vel scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respicere, si forte inuenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habet. diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis h ego sum in scriptis aliorum, quales i volo esse intellectores meorum.

¶ Exemplis ratio sana præfertur.

C. XI. Idem ad Marcellinum de civitate Dei lib. 1. c. 23.

a Iuo p. 4. c. 215. b al. velut officiosa. orig. al. fuerint officiosa. c al. subuatur. Iuo p. 4. c. 227. Polyc. l. 3. tit. 21. d al. doctorumq. e Deus dedit p. 2. Ansl. 4. c. 58. Iuo p. 4. c. 236. f Phil. 3. g Iuo p. 4. c. 237. h al. Quales. orig. Antu. i al. tales. Polyc. l. 1. tit. 26.

Sana quippe ratio etiam exemplis anteposenda est. Scit quicquam & exempla concordant; sed illa, quae tantò digniora sunt imitatione, quantaò excellentiora pierate.

Cum ergo in naturali iure nihil aliud dicipiatur, quàm quod Deus vult fieri, nihilque veteret, quam quod Deus prohibet fieri, denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur, diuino verò leges natura consistant, patet, quod quaecumque diuina voluntas, seu canonica scriptura contraria probantur, eadem & naturam inueniuntur aduersa. Vnde quaecumque diuina voluntas, seu canonica scriptura, seu diuinis legibus postponenda censetur, est item naturale ius praeferrari oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiae, icae, vel saeculares, si naturali iuri contrariae probantur, penitus sunt excludendae.

DISTINCTIO X.

Constitutiones verò principum Ecclesiasticis constitutionibus non praecminent, sed obsequuntur.

Lex Imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest.

C. I. Vnde Nicolaus a Papa scribit episcopis in concilio apud Conuincium congregatis.

Legem Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controuersis utendum est, praetertim cum inueniantur Euangelicæ, ac canonicae sanctioni aliquoties obuiare. Item, Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui, ad quod ostendendum, duorum horum, d scilicet Innocentij, & Gregorij satis sufficientia testimonia. Sanctus et quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: Nam quod sciscitaris, vtrum quibus imperiali iudicio prouincius, vt dug metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari; non visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque, aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendis duxerit Imperator. Beatus autem Gregorius scribens ad Theodistam patriarum, inter cetera: [Si, inquit, religionis causa conuicia debere dissolui dicantur, sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, diuina lex prohibuit. Non quòd Imperatorum leges (quibus ecclesia vitur cõtra hereticos, saepe contra tyrannos, atque contra prauos quosq; defenditur) dicamus penitus renuẽdas, sed quòd eas euangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre praedudicium asseramus.

1. Lege. Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai, quae extat in codice bibliothecae Dominicae, de quo dictum est supra dist. 8. c. mala. Titulus autem epistolae, hic est, Nicolaus seruus seruorum Dei, Reuerendissimis, ac sanctissimis cõfratribus nostris metropolitanis episcopis, & ceteris diuersarum prouinciarum, ac vrbium praesulibus, qui in Conuincium villam publicam, secus ciuitatem Siluaneis conuenistis. Eadem epistola nuper impressa est in appendice bibliothecae sanctorum Patrum. 2. Obuiare. Apud Nicolaum sequitur continenter, ad quod ostendendum, &c. Quae autem apud Gratianum

a luo par. 4. c. 87. Pan. l. 2. c. 138. Ansel. l. 1. c. 97. Polyc. l. 1. tit. 77. b al. Idem. c In ca. adiectionis, c. 17. d Heruum Jorig. e Burch. l. 15. c. 10. luo p. 16. ca. 11. Pan. l. 2. ca. 139. Inn. 1. epist. 18. c. 2. f verè visum. Jorig. g Lib. 9. reg. epist. 39. luo p. 4. ca. 187. Pann. l. 2. c. 149. ex c. adiectionis, c. 17.

non sunt interiecta, non sunt hoc loco in epistola, neque in Polycarpo, neq; apud Anselmum, sed verba illa, Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus, à Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papae, c. 3 habentur autem in capitularibus adiectionis c. 17. reliqua autè habentur in sua in hoc eodem capite. Ecce quemadmodum.

¶ Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet.

C. II. Item Symmachus a Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodiendi aliquid contra diuina mandata praesumere, nec quidquid quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.

¶ In ecclesiasticis causis regis voluntas sacerdotibus est postponenda.

C. III. Item Felix a Papa.

Errum est hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi si deatis subdere, non praefere, & sacrosanctis per eorum praesules potius discere, quàm docere; ecclesiasticam d formam sequi; non huic humanitas loquenda iura praefigere; neque eius sanctionibus velle dominari, cuius clementia Deus voluit tuae pie deuotionis colla submittere; ne, dum mensura caelestis dispositionis exceditur, ea- tur in contumeliam dispositionis.

C. IIII. ¶ Bonus moribus, & decretis Romanorum Pontificum, constitutiones contrarie non possunt. Item. f

Constitutiones contra canones, & decreta praesulum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti.

C. V. ¶ Quae sacerdotum sunt, regibus usurpare non licet.

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaellem Imperatorem, cuius initium est, [Proposueramus.]

Imperium vestrum suis publicae rei quotidianae administrationibus debet esse contentum, non usurpare quae sacerdotibus Domini solum conueniunt.

C. VI. ¶ Tribunalia Regum sacerdotals sunt potestatis subiecta.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magistratum iratum.

Uscipitis ne libertatem verbi libenter accipitis, quòd lex Christi sacerdotali vos subiecti potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multò perfectiorem principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni; si terrenis caelestia superentur; si diuinis praeferrantur humana?

2. ps. Ecce quid constitutiones Principum ecclesiasticis legibus postponenda sunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiantur, omni reuerentia dignae habeantur.

a Et Calixtus episcopus & Marcellinus in extrema epist. 2. & in capitulis Hadriani c. 76. ex quo citant. Burch. 7. & luo par. 16. c. 9. Deus d. p. 1. c. 7. b Burch. l. 15. c. 8. luo p. 4. ca. 231. & p. 16. c. 9. Pann. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1. c. In exemplari Veronensi est. f Felix 3. Ansel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18. d al. ecclesiae. e sal. dist. 5. c. 1. f anxia legebantur. g Habentur in c. Hadriani, num. 39. Deus dedit. par. 1. & 3. h sic. Jorig. i Ansel. l. 1. c. 88. Burch. l. 5. c. 9. luo par. 5. ca. 38. & par. 26. c. 10. Polyc. l. 1. c. fin.

C. VII. ¶ Reges Imperatorum in adiutorium ecclesie licet assimere.
Vnde Augustinus ait in dialogo, id est, lib. 2. contra Iheros Petikani, c. 58.

Sibin adiutorium vestrum etiam terreni imperij leges assumendas putatis, non reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus C., cum aduersus iniuriosos ciuem Romanum se esse testatus est.

¶ **Ecclesie** ¶ Auctor huius rubricae caput hoc ita accepit, quasi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem ecclesie latin. cum ibi B. Augustinus Petiliano, & Donatistis hereticis concedat, legibus Imperatorum ipsos in adiutorium suum vni posse, modo id fallaciter non facerent; quod eos fecisse conuincit.

C. VIII. ¶ Reges Pontificibus pro aeternis, & Pontifices Regibus pro temporalibus indigent.

Item ¶ Nicolaus Papa in epist. 7. ad Michaelem Imperatorem.

Quoniam didem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis & dignitatibus utitur officio potestatis vtriusque, disceuit propria, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: vt & Christiani Imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritualis actio a carnalibus distaret incurfibus; & ideo e militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret; ac vicissim non gille rebus diuinis praesidere videretur, qui esset negotiis saecularibus implicatus.

¶ **Huc capiti in codicibus impressis erat praepositus hic titulus**, Cyprianus Iuliano Imperatori: quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abest dictio, Imperatori, quem admodum & apud Iuonem. Nonum autem habet, Iuliano episcopo alind periclitatum, Iuliano Imperatore integrum hoc caput. est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quae incipit, Proposueramus; ex quo referitur infra dist. 96. c. cum ad verum. vna cum aliis verbis eiusdem epistole, ex quibus haec pendunt. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.

¶ **Propria** ¶ In originali est propria humilitate volens medicinali humilitate sursum efferri. Ius habet vt Gratianus hic in plerisque codicibus. In nonnullis tamen est, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, quem admodum etiam in fra dist. 96. c. cum ad verum. Apud Gelasio loco indicato legitur, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis, & officia potestatis vtriusque disceuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani, &c.

C. IX. ¶ Reges Imperatorum custodiri oportet.

Item Leo III. Lothario Augusto.

De h capitulis, vel praecipis imperialibus vestris, vestrorumque ¶ pontificum praedecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis, quantum valuerimus, & valeamus Christo proprio, & nunc & in aeuum nos conseruatuos modis omnibus profitemur. Et si forte quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.

¶ **Vestrorumque** ¶ Epistola haec non est inuenta: & in istis verbis videtur se habere mendam, ex quo auctor glisse errandi occasionem praesertit, qui Christianis Imperatoribus, cuiusmodi fuerant praedecessores Lotharii, attribuit illud, quod si dorus de eburnis dicit, nimirum Im-

peratores solitos fuisse appellari Pontifices, de qua re optime Gelasio in tomo de Anathematis vinculo, & infra dist. 21. c. clerico. Apud Iuonem legitur, vestris, nostrorumque etiam pontificum praedecessorum, in Pannonia, nostris nostrorumque Pontificum, & praedecessorum. Sed fortasse caetera quidem re. re. apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem, praedecessorum, est addenda coniunctio, & quem admodum est in Pannonia. Nam hoc significabitur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula, adhibitis in consilium Pontificibus regni, quod verisimile est. Omnino haec, quae a Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli, & Lodouici, quae Lotharius in vniuersa Italia Romanorum vi prohiberet, valde difficult: sicut ex c. si infra ea, dist. colligi potest, disseminatus, etiam rimor fuit eandem esse Pontificis ac populi sententiam. De qua re Leo hac se epistola videtur purgare voluisse; & iamem postea pro conseruando iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egi: quod apparet ex dicto c. finali.

C. X. ¶ Legis auctoritate dissoluitur, quod contra eam fit.

Item Ioannes VIII. Lothario Imperatori.

Vides a fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui meretur.

C. XI. ¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet.

Item Gelasio Rufino, & Aprilii episcopis.

Quis autem leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas ¶ dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum aetimet transire commissum?

C. XII. ¶ Leges Romanorum Principum seruande sunt ab omnibus.

Item Theodorico regi.

Certum est magnificientiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praecipit, multo magis circa ¶ reuerentiam beati Petri apostoli pro sua felicitatis augmento velle seruari.

C. XVII. ¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi.

Item Leo III. Lothario Augusto.

Vestram ¶ flagitamus ¶ clementiam, vt sicut haecenus Romana lex viguit absque vniuersis procellis, & pro nullius persona hominis reminiscitur esse corrupta, ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat.

¶ **Vestram** ¶ Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petiit, concessisse. Nam in legibus Longobardis lib. 11. tit. 57. sic habetur, vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, & sequitur constitutio Lotharii Imperator.

¶ **Volumus**, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere, vt tali lege, quali lege viuere profecti sunt, viuant: illisque denuntietur, vt hoc vnusquisque, tam iudices, quam duces, vel reliquos populus sciat: quod si offensionem contra eandem legem

a al. assumi. b Iuo p. 4. cap. 187. Pann. l. 2. c. 157. c Act. 2. d Iuo p. 4. cap. 188. inf. dist. 96. cap. cum ad verum. e 1. Tim. 2. f al. & militans. g al. ne. h Iuo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149. i al. eternum.

a Iuo p. 4. inf. dist. 34. c. quis aut. * Iuo p. 4. cap. 179. Pann. l. 2. c. 150. b al. aut. c al. modernus. d Iuo p. 4. cap. 180. Pann. l. 2. c. 151. e al. propter. f Iuo p. 4. cap. 181. Pann. l. 2. c. 152.

primo loco commemorem) eos; qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spem posuerunt, figura crucis signari, eoque scripto docuit: dum oramus, ad orientem solem conuerit, eoque nos littera docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Eucharistiae, & calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non enim iis contenti sumus, quorum Apostolus, & Euangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum antea, tum post, dicimus, utpote quae magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita eruditi. Benedicimus aequam baptismatis, & oleum unctiois, atque illum ipsum praeterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsam olei unctioem, quis sermo scriptus docuit? Quod hominem ter mergendus sit, unde accepimus? Abrenuntiare Sathanae, atque Angelis eius, & reliqua omnia, quaecunque in baptismo obseruamus, quae scriptura iussit? An non haec ipsa minime uulgata, sed secreta doctrina, quae quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, mysterium maiestatem tacurnitate seruari.

C. VI. ¶ Landabilis est consuetudo, quae nihil fidei contrarium reserpat.

Item Pius Papa I. in decretis, decreto septimo.

Consuetudinem a laudamus, quae tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur. Verba huius capituli, quod antea tribuebatur B. Aug. leguntur in editione conciliorum Colonienfis, tribus tomis inter decreta Pij I. decreto septimo, & in epistola eiusdem Pij ex codice sexdecim librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Pannormiae: cuius iam epistole omnia fere uerba habentur. lib. regesti B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & eas, quae ad hoc caput pertinent, referuntur in fra dist. 12. ca. nos consuetudinem.

C. VII. ¶ Ubi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum instituta pro lege seruantur.

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prauaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

¶ Et sicut. J. hinc usque, ad finem sunt in epistola indicata: sed a Burchardo etiam, & Iuone, & in Pannormia referuntur.

C. VIII. ¶ Auctoritate, & traditione generali, uel speciali, ecclesia regitur.

Idem in libro de fide Christiana.

Catholica ecclesia per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio uniuersalis, aut certa propria, & particularis institutio. Sed auctoritate tota costringitur, uniuersali traditione maiorum, nihilominus tota priuatis uero consuetudinibus, & propriis informationibus unaquaeque pro locorum uarietate, prout cuique uisum est, subsistit, & regitur.

C. IX. ¶ Valet ad fidem, catholica auctoritas ecclesiae.

Idem in libro contra Manichaeos.

a Burch. l. 3. c. 124. Anst. l. 4. c. 42. Iuo p. 4. c. 66. Pann. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23. b Anst. l. 4. c. 43. Burch. l. 3. cap. 126. Iuo p. 4. c. 68. Pann. l. 2. c. 158. Poly. l. 3. tit. 23. cap. 5. c Hodie inter opera B. August. nullum extat hoc titulo. In epistola uero ad Ianuarium, quae est 118. ca. 2. hac eadem sententia copiose exponitur.

Plam est, quod in re dubia, ad fidem ualeat auctoritas ecclesiae catholicae, quae ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibi metipso episcoporum serie, & tot populorum consensu firmatur.

¶ Apud B. August. lib. 11. contra Faustum Manichaeum, c. 2. legitur. Et uides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid ecclesiae catholicae ualeat auctoritas, quae ab ipsis, & c. Hanc uero episcoporum successionem potissimum in sede Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 163. de schismate Donatistarum merito certissimum putauit ecclesiae catholicae iudicium.

C. X. ¶ Ab Apostolicis institutis non licet recedere.

Item Leo papa ad episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6.

Hoc a uestra indicimus charitati, ut ab Apostolicis institutis nullo ulterius recedatur excessu, quia inultum post hoc esse non poterit, si quiquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

C. XI. ¶ Ab omnibus seruari debet, quod Romana seruat ecclesia.

Item Innocentius I. ad Decentium episcopum Eugubinum, epist. 1.

Quis uero nesciat, aut non aduertat, id quod a principe Apostolorum Petro Romanae Ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere seruari nec superinducti, aut introducti aliquid, quod aut auctoritate non habeat, aut aliunde accipere uideatur exemplum? praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesiam, nisi eos, quos uenerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis prouinciis alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; a qua eos principium accepisse non dubitum est: ne dum peregrinis sermonibus student, caput institutionum uideantur omittere. Sape dilectionem tuam ad urbem uenisse, ac nobiscum in ecclesia conuenisse, & quem morem uel in conferendis mysteriis, uel in ceteris agendis arcanis teneas, cognouisse. Quod sufficere arbitraremur ad informationem ecclesiae tuae, uel reformationem; si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt, & satis certum haberemus; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses; quibus idcirco respondemus; non quod te aliqua ignorare credamus; sed ut maiori auctoritate tuos instituas, uel si qui a Romanae ecclesiae institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas, ut scire ualeamus, qui sint, qui aut nouitate inducant, aut alterius ecclesiae, quam Romanae, existimant consuetudinem esse seruandam.

¶ Cognouisse. J. Locus hic in originali concilio quatuor tomorum in seruo, sic habet, cognouisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiae tuae, uel reformationem (si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberemus; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisses; Sed ob glossam, praecipue in uer. morem, non est mutatum.

DISTINCTIO XII

¶ Quid ab auctoritate discretione in iustis nulli agere licet. C. I. ¶ Nulli agere licet sine discretione in iustis contra delibitum Romanam Ecclesiam.

a Anst. l. 4. cap. 45. Poly. l. 2. tit. 17. Burch. l. 3. cap. 125. b Anst. l. 4. c. 41. Iuo p. 4. cap. 67. Poly. l. 3. tit. 17. c. 17. tit. 24. c. 1. ubi auctoritatem debent alimmo accipere uel exemplum? d ab assertionibus. e ab auctoritate. Inde

Vnde Calixtus Papa pr^o omni^{bus} Episcopis ait in epistola prima ad Benedictum episcopum

Non a decet a capite membra discedere; sed iuxta sacra scriptura testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod Apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarum, a cuius vobis regulis nullatenus conuenit deuare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestra impleatis matris, quae est ecclesia: cuius caput, vt praedictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitiae contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

C. II. ¶ Apostolicis praecipis nullus superbe resistat.

Item Gregorius I. Papa quatuor.

¶ Gregorius. [Integrum hoc caput inuenitur in epistola Gregorij quarti vniuersis episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas prouincias constitutus: quae est in codice supra citato Bibliothecae monasterij Dominicanorum. Initium vero est etiam in epistola Anastasij II. ad Anastasium Augustinum, c. 6.]

¶ Praecipit b Apostolicis no dura superbia resistatur; sed per obedientiam, quae a sancta Romana ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sunt, saluiter implentur; si eiusdem sanctae Dei ecclesiae, quae est caput vestrum, communionem habere desideratis, & post multa. ¶ Non nouum aliquid praesenti iussione praecipimus; sed illa, quae olim videtur indulta, firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum Pontificalis causatio, d sed omnis sanctae religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumptit exordium, ne caput institutionis videatur omittitur. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicae petra, super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis haec Apostolicae sedis praecipit non obserauerit, praecipit honoris esse hostis non dubitetur.

¶ Sanctae religionis. [Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, inductis his vocibus, spei Romanae ecclesiae.]

C. III. ¶ Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas.

Item Leo IX. Michaelis episcopo Constantino-politano, epist. l. c. 29. ¶ Nicolaus I. epist. ad Photium.

Sicut sancta Romana ecclesia, quod nihil obsunt facti credentium diuersae pro loco, & tempore consuetudines; si illis canonica non obstat auctoritas: pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel posse resistere. ¶ Caput hoc confectum est ex duobus longe diuersis locis. Nem vsque ad ver. si illis, sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis IX. aduersus inauditas praesumptiones Michaelis Constantino-politani, & Leonis Acriani episcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana ecclesia, ait: Scit namque, quia nihil obsunt facti credentium diuersae pro loco & tempore consuetudines; quando vna fides per dilectionem operans bona, quae potest, vni Deo commendat omnes: & haec ferre ab Ivone, & in Pannormia referuntur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quae incipit, Postquam Beato Petro. Ibi enim

a Ansel. l. i. c. 12. Polyc. l. i. c. 17. b Ansel. l. i. c. 20. Polyc. l. i. tit. 17. c abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. d al. accusatio. e al. hoc praecipit sedis Apostolicae praecipit. Jorig. f Iuo p. 4. cap. 223. & p. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155. g al. resisti.

habentur haec: De consuetudinibus, quas nobis opponere vultis, scribentes pro diuersis ecclesiis diuersas esse consuetudines: si illis canonica non obstat auctoritas, pro qua obuiare debeamus; nihil iudicamus, vel eis resistimus.

C. III. ¶ Consuetudines quae fidei non offiunt, vt a maioribus tradita sunt, obseruentur.

Item Hieronymus ad Lucinum, epist. 28.

Illud breuiter te admonendum peto, traditiones ecclesiasticas praesertim quae fidei non offiunt, ita obseruandas, vt a maioribus tradita sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuertit.

C. V. ¶ Traditiones a Patribus instituta, non sunt infringendae.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiscopo.

Ridiculu est, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falso in simulari sanctam Dei ecclesiam permitramus, vel eas traditiones, quas antiquitus a Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur.

¶ Habetur in epistola scripta Hincmaro, & ceteris archiepiscopis, & episcopis in regno Caroli ecclesiarum regentibus; quae extat in codice iam memorato Bibliothecae Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Ivonem, & in Pannormia.

C. VI. ¶ Diuini mores pro lege sunt habendi.

Item Iustinianus Institutionum lib. i. tit. 2.

Diuini mores consensu vtentium approbati, legem imitantur.

C. VII. ¶ Quidquid contra longam consuetudinem fit, reuocari oportet.

Item Cod. lib. 8. tit. quae sit longa consuetudo, l. 1.

Consuetudo praecedens, & ratio, quae consuetudinem suauiter tenenda est. Et quidquid contra longam consuetudinem fit, ad sollicitudinem suam reuocabit praesens prouincia.

¶ Quidquid. [In originali est, & ne quid contra longam consuetudinem fiat. sed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quae est etiam apud Ivonem, & in Pannormia, non est mutatum.]

C. VIII. ¶ Immutata permaneat consuetudo, quae contra fidem catholicam nihil superare dignoscitur.

Item Gregorius vniuersis episcopis Numidae, lib. 1. epist. 75.

Notandum consuetudinem, quae tamē contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus; siue de primatibus constitutis, siue de ceteris capitulis; exceptis iis, qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum ordo clericorum eos ad locum eundem deferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissa sibi plebis curam gerere, non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiae sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus antecere.

¶ Ordo clericorum. [Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus: sed auctor glossae non videtur habuisse verbum clericorum: quemadmodum neque Iuone, neque plerumque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorij operum editiones.]

a Iuo p. 4. c. 212. Pan. l. 2. c. 156. b Iuo p. 4. cap. 194. Pann. l. 2. c. 160. c Iuo p. 4. cap. 201. Pannorm. l. 2. cap. 162. d Supra dist. 11. consuetudinem. e tantummodo] orig.

C. IX. ¶ Non negantur, quæ consuetudines sunt.

Item Gregorius ad Maximum Salonitanum episcopum. lib. 7. reg. epist. 81.

¶ Quæ admodum illicita perpetrari non patimur; sic quæ sunt consuetudines, non negamus.

C. X. ¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.

Item Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum. resp. 3.

Nouit a fraternitas tua Romana ecclesie consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Gallicorum, b siue in quilibet ecclesia aliquid inueniti, quod plus opponenti Deo possit placere, sollicitè eligas; & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere poteris, c infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus d loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

C. XI. ¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum.

Item Augustinus ad Ianuarium, epist. 118. c. 2.

Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata; atque statuta retineri: sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælum, & aduentus de celo Spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacunque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia e verò, quæ per loca terrarum, regionisque variantur, sicuti est, quod alij ieiunant sabbato, alij verò non. alij quotidie communicant corpori, & sanguini Domini, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi sabbato tantum, & dominico, alibi tantum dominico; & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest; totum hoc genus rerum liberam habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his. melior graui, prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcunque forte deuenerit. Quod tamen neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, g indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuunt, societate seruandum est. Mater mea i Mediolanum me consecuta, inuenit ecclesiam sabbato non ieiuantem: cæperat fluctuare quid ageret. Tunc ego cõsului de hac re beatissimi memorie virum Ambrosium. At ille ait; cum Romam venio, ieiunio sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam ueneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est.

1. ¶ Mater mea. In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vsq; in finem; quoniam verba B. Augustini apte erant in epitomen redacta, nihil additum est.

2. ps. Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel vniuersalis ecclesie vsu, vel temporis proximitate roboratur. Ceteri si pro varietate temporum, vel annorum, vel locorum varie consuetudines introducantur,

a Ino p. 2. c. 80. b Gallicanorum Jorig. Gallicana. Ino c. postiusi. Jorig. d bonis rebus. Jorig. e ibid. h. f. Fere idem. epist. 119. c. 18. g al. esse conuincitur.

in noua opportunitate, reseranda sunt potius quam obseruanda.

C. XII. ¶ Reseranda sunt quæ neque auctoritate, neq; moribus vniuersitatis comprobantur.

Vade August. scribit ad inquisitiones Ianuarium. epist. 119. c. 19.

Omnia a talia, quæ neque sanctorum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis b ecclesie roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine vlla dubitatione reseranda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem, quæ paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus c premunt, ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiam si tẽpus libertatis non agnouerint; legalibus tamen sacramentis, d non humanis p̃sumptionibus, subiiciuntur.

C. XIII. ¶ Omnes prouincie e eundem in p̃sallendo modum teneat, quæ metropolitana sedem h habere cognouerint.

Item ex concilio Toletano n. c. 3.

3. Dicitur, qui contra Apostoli g voluntatem circumsp̃erantur omni venito doctrina, placuit huic sancto concilio, ut metropolitana sedis auctoritate coacti, vniuersique prouincie i ciues, rectoresque ecclesiarum vnum, eundemq; in p̃sallendo teneant modum, quem in metropolitana sede h cognouerint institutum; nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis, vel officij a metropolitana se patiatur sede distungant. Sic enim iustum est, ut inde vniuersique sumat regulas magistrerij, unde honoris consecrationem accipit, ut iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vniuersi; sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiastica magistratio. Abbatibus sanè, indultis officiis, quæ iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, vesperas, matutinum, siue missam aliter, quam in principali ecclesia, celebrare non liceat. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communionem priuatus apud metropolitana sub penitentia censura permaneat corrigendus, quatenus apud illum, & præterita transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studio addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplina, non solum metropolitana totius suæ prouincie pontifices, vel sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri episcopi ubique sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

1. ¶ Prouincie ciues. In codice Lucensi peruetusto bibliothecæ Regis catholici, & in concilio impressis, in margine legitur, prouincie pontifices: quæ dictio in fine huius capitis reserata, ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur, ciues.

C. XIII. ¶ Ordo seruetur in matutinis, & vesperinis officiis vnus & idem.

Item ex concilio Bracaren. 1. cap. 19.

Placuit omnibus communi consensu, ut vnus atq; idem p̃sallendi ordo in matutinis, vel vesperinis officiis teneatur, & non diuerſa, ac priuata, neq; i mo-

a Ino p. 4. cap. 206. Pann. l. 2. c. 168. b al. vniuersæ. Jorig. Ino, Pan. c. al. adeo seruilibus operibus. d. sarrin. Jorig. e. al. prouinciales. f. al. ecclesiam. g. Ephef. 4. h. al. ecclesia. i. Sententia habetur etiam in Toletano. 4. c. 2.

passionum

nasteriorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permittæ.

I ¶ Neque monasteriorum.] In concilio ipso postremo Colonie excuso, abest vox, neque. In cæteris autem editionibus sic legitur, priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permittæ.

DISTINCTIO XIII.

I Tem aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita vergeant, ut alterum eorum necesse sit eligi.

C. I. ¶ Minus malum de duobus eligendum est.

Vnde in Concilio Tolerano 8. c. 2. legitur.

D Vo a mala, licet sint omnino cautissime præcaueda, tamè si periculi necessitas ex his vnum perpetrare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare. ¶ Quod autem ex his leuius, quidue sit grauius, pure d rationis acuminè inuestigamus. Etenim dum peccare compellimur, creatorè quidem offendimus; sed nos tantummodo maculamus. Cum verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbè contempnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici calparum telo perimimur, f hic g tripliciter iugulamur.

In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur, que perlegendæ sunt.

C. II. ¶ De eodem.

Item Gregorius in moralibus, in c. 40. Job, lib.

32. c. 18. 19. & 20.

N Prui testicularum Leviathan h perplexi sunt; quia suggestionum illius argumèta implicatis inuentis kalligantur, vt plerisque ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo non euadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia consentiant se ligari. ¶ Quod melius ostendimus, si qua ex conuersatione hominum illigationis huius exempli proferamus. ¶ Nonnullis in interioribus.

¶ Ecce quidam, dum mundi huius amicitias appetit, cuiuslibet alteri similem sibi vitam iucenti, quòd secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iurandum præbuit, ad mentem reuertitur, & diuersis hinc inde cogitationibus impugnat, atque hoc silere formidat ne silentio adulterij simul & homicidij particeps fiat, & proderè trepidat, ne reatu se periuurij obstringat. Perplexis ergo testicularum neruis ligatus est; quia in quamlibet partem declinet, metuit ne à transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius cuncta, que mundi sunt, deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates querens, alieno se subdere regimini appetit: sed cum, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cum præesse iam ceperit, agere o qua Dei sunt, prohibet; que manus sunt, iubet, pensans itaque iudicis, vel qua sit culpa inobedienciæ, vel quod contagium secularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat; ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore

a Iuo p. 12. c. 16. Pann. l. 8. c. 119. b al. tenere.] al. temperare. c obligari.] orig. Iuo. Pan. & Gra. d al. pie.] al. pio.] al. pietatis acuminè. e al. hinc.] Gra. f percutimur.] orig. g al. hinc.] Gra. h Job. 40. i al. per suggestionum. k al. inuentibus.] orig. l conferamus.] orig. m Ibid. c. 19. n al. silendo. o agi.] orig.

cõtemnat. ¶ infra. ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiasticæ negligens, ad locum regiminis præmissis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mæroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletque se ad laborem cum culpa peruenisse, & quàm sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fractus à difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis præmissis agnoscens, vult ad præ sublimitatis locum deserere, sed timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodia reliquisse, vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiæ empta possidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde se conspiciat. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursus sacra adio seculariter empta tenetur. Vndiq; metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in impio regimine non dignè, luceat, quod non etiam deserens reme dat, aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis deliquione committat. ¶ infra.

2. pats ¶ Est tamen quod ad destruendas Beemoth & versutias subtiliter fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus e, cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, vt maiora declinare, dicens: [Propter fornicationem autem vnus quisque vxorem suam habeat.] Et quia tunc solùm coniuges in admitione sine culpa sunt, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, vt hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, illico adiunxit [Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatū profecto vidit, quod posse indulgeri præuidit. Sed cum in dubijs constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. ¶ Itaque plerumque neruorum Beemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

¶ Emendat.] Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata, & restituenda ex Gratiano.

DISTINCTIO XIII.

V Erum hoc in vna eademq; persona intelligitur, Ceterum an in diuersis eadem dispensatio locum habeat, videlicet vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito queritur.

C. I. ¶ Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant.

De his ita scribit August. lib. Quæst. super Gen. cap. 42.

Q Vod g ait Sodomitis Loth h [Sunt mihi due filia, que nondum nouerunt viros: producam illas ad vos, vtrius illis quomodo placuerit vobis: tantum in viros istos ne faciatis iniquum:] quoniam prostituerè volebat filias suas hac compensatione, vt vii hospites eius nihil à Sodomitis tale pateretur, vtrū admittenda sit compensatio fugitiuorū, vel quorūcūq; peccatorū, vt nos faciamus mali aliqd, ne alius grauius malū faciat, an potius perturbationi Loth, non consilij obtemperandū sit, quod hoc dixerit, merito queritur. Et nimis periculosissime

a fructus] orig. b al. gregis c Ibid. c. 20. d vtiliter.] orig. ¶ infra. e 1. Cor. 7. f Ibid. 6. g Iuo p. 9. cap. 17. h Gen. 19.

admittitur hæc compensatio. Si autem perturbationi humanae tribuitur, & menti tanto malo pernoctat, nullo modo imitanda est.

2 ps. *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

C. II. ¶ *Quæ constitutiones valeant temperari, vel qua non.*

Vnde Leo Papa ait ad Rusticum Narbonensem episcop. epist. 90. ante cap. I.

Sicut a quædam sunt, quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatis oporteat temperari: illa consideratio b semper seruata, vt in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrariū, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

DISTINCTIO XV.

¶ *Quoniam de iure naturali, & constitutione, vel consuetudine hætenus differuimus, differentiationem, qua inuicem discernuntur, assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.*

C. I. ¶ *Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum.*

Canones generalium conciliorum (vt Isidorus ait lib. 7. etymol. c. 16.) à temporibus Constantinianis cœperunt. In præcedentibus namque annis persecutione feruente, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia episcopis in vnum conueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis liberè congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem Euangelicam & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. ¶ Inter cætera autem concilia, quatuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cœcxiij. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Ariana perfidia condemnata blasphemiam, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius assererat, consubstantiali Deo patri Deum filium, eadem sancta synodus per symbolum definiuit. ¶ Secunda synodus el Patrum sub Theodosio teniore Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantiali patri & filio Spiritum sanctum demonstraue, dans symboli formam, quam rota Græcorum, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. ¶ Tertia synodus Ephesina prima cœ. episcoporum sub iunioris Theodosio Augusto edita est, quæ Nestorium, duas personas in Christo asserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere in duabus naturis vnam Domini nostri Iesv Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonensis v cxx. sacerdotum sub Martiano principe habita est, in qua Eutychem Constantinopolitanum abbatem, verbi Dei & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius deforem Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis vna Patrium sententia damnauit, prædicans eadem synodus Christum Dominum de Virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ, & humanæ confiteamur naturæ. ¶ Hæc sunt quatuor synodi principales, fidei di-

ctinam plenissime prædicantes. Sed & si quæ sunt concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem, omni inuenient stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere condita continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij 2 verò nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim in quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, communique intentione tractabant. Vnde concilium à communi intentione dictum quasi consilium; consilium, quasi considium, d. in l. litteram transeunte, vel concilium dictum est à communi intentione, eò quòd in vnum dirigitur omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: vnde qui sibimet dissentiuunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in vnum. Cœtus verò conuentus est, vel congregatio, à cœuendo, id est, à conueniendi in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus; eò quòd ibi homines conueniunt in vnum: sicut à conuentu cœtus dicitur, sic & concilium à societate multorum in vnum.

¶ Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem; non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vsque ad versiculum. Inter cætera, ponitur etiam (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicæni.

1 ¶ *Manere.* ¶ In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impressis, legitur vt est emendatum. Sed in alijs eorundem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur, manere in Christo duas naturas, & vnam Domini nostri Iesu Christi personam.

2 ¶ *Concilij verò.* ¶ Apud Isidorum in lib. Etymol. locus hic mendosus legitur. Verum in præfatione eiusdem Isidori, editioni Parisiensis conciliorum præposita, quæ cum aliquot codicibus collata est, sic legitur. Concilij verò nomen tractum ex communi intentione, eò quòd in vnum dirigitur omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: vnde & qui sibimet dissentiuunt, non agunt concilium, quia non sentiunt in vnum. Cœtus verò conuentus est, vel congregatio, à cœuendo, id est, conueniendi in vnum: vnde & conuentus est nuncupatus, quòd ibi homines conueniunt. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium à societate dicitur multorum in vnum. In Gratiani codicibus sunt multe varietates, ex quibus ea lectio reuera est, quæ vsu est melior, quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.

C. II. ¶ *De auctoritate quatuor conciliorum.*

De quatuor verò a concilijs scribit B. Gregorius, ita dicens, lib. i. Regesii, Epist. 24.

Sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fator; Nicænum scilicet, in quo peruerctum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomij & Macedonij error conuincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur; Chalcedonense verò, in quo Eutychem, Dioscorique prauitas reprobat, tota deuotione completor, integerrima aprobatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura confurgit, & cuiuslibet vitæ, atque actionis norma consistit. ¶ Quantum quoque concilij pariter veneror, in quo epistola, quæ ibi dicitur, erroris plena reprobat, in quo Theodosius personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur; & in quo scripta quoque Theodorici, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementia prolata resutantur. Cunctas verò, quas præiata veneranda concilia personas respuunt, et ipso, quæ venerantur, in ple-

a. Pann. in prologo, c. 12. Ordo verborum non restitutus
b. glossam. c. conditione orige. c. Pann. 2. c. 104.

a. al. quoque.

tor : quia, dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, qui quisque prauum aut solucere, quos a religant, aut diligere, quos solunt.

[Cuiuslibet] Apud B. Gregorium legitur : Et cuiuslibet vitæ, atque actionis existat, qui quis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra aedificium iacet. Quintum, &c. in sequentibus significatur via illa capitula, quorum occasione nonnulli quintam synodum non recipiebant.

Quæ concilia sancta Romana ecclesia suscipiat.

C. III. De iisdem etiam Gelasius, in concilio habito Romæ cum 70. episcopis scribit, dicens.

Sancta Romana ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet. Sanctam synodum Nicænam cccxvij. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantianopolitanam, mediante Theodosio ieniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Celestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destituto: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantianopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutythiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatae sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hæcenus instituta, post ipsorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Item nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilij Cappadociae episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantianopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarij Poenitentis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosij Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Prosperij viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flavianum Constantianopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsque ad vnum loca disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius fidelibus prædicatione sancti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papa diuersis temporibus ab vrbe Romana, pro diuersorum Patrum consultatione, dederunt, venerabiliter suscipienda sunt. ¶ Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphantibus irradiant. Quis ita hæc esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessus, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscribere, nomina peritius ignoran-

tur, & ab infidelibus, aut idiotis a superflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici, b & Iulice: sicut Gregorij, aliorumque huiusmodi passionem, quæ ab hæreticis prohibetur con scriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis sub sannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilari- nis, & omnium eremitarum, quas tamen vt beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Syluestri, Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multa hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione S. Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione captis beati Ioan. Baptiste, nouellæ quidem & reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenierint, beati Pauli d. Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete.] ¶ Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sapius memoratus zelo Dei, & fidei religione f. reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vt beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse reuocanda. ¶ Item Chronicon g. Eusebij, Cæsariensis, atque eiusdem historice ecclesiasticæ libros, quauis in primo narrationis sue libro reperit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripsit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus reuocandos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contextit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij p. Chale opus, quod hæreticis descriptis versibus, insigni laude proferimus. ¶ Item Iuuen- cii m. in Iulianum laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Ceterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscrip- ta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ In quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantio Cæsare Constantino filio congregatam, mediante Tauro præfate G. ex tunc, & nunc, & vsque in æternum consistemus esse damnatam. Item in i- nerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur san- cti Clementis lib. 8. k apocryphum.

- A. Actus nomine Andree Apostoli, apocryphi.
- A. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi.
- A. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi.
- A. Actus nomine Thomæ Apostoli, apocryphi.
- E. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum.
- E. Euangelium nomine Manichæi, apocryphum.
- E. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum.
- E. Euangelium nomine Bartholomæi Apostoli, apocryphum.
- E. Euangelium nomine Andree apostoli, apocryphum.

a al. lib. b al. religare. c al. Quis scripturas. d. Bucclia. e. 220. luo. par. 4. cap. 64. Pannorm. l. 2. cap. 92. Felice lib. 2. tit. 20. e al. presere. f. Ans. 4. 6. cap. 392. g. fidei prædicatione. h. iorio. & Buccl. Nicolaus in epi- stola inuocata ad episcopos Gallicæ, cuius initium. [Quam- uis.] h. al. ija.

a al. d. lib. b al. Cyrici. c. quædam relationes. orig. d. 1. Thess. 5. e al. diuersis. orig. f. al. religio- sis. g. al. Chronica. orig. h. al. præferimus. orig. i. Burch. l. 3. c. 221. luo. par. 4. cap. 65. Pannorm. l. 2. cap. 123. k. decem. orig.

Euangelia, quæ fallant Lucianus, apocrypha. Euangelia quæ fallant Hyrcius, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obsterice Saluatoris, apocryphus. Liber qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticus, discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur, fundamentum. apocryphus. Liber, qui appellatur, thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur, de filiabus Adæ, vel Geneleos, apocryphus. Centimetrum de Christo Virgilianis com paginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur, Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis con-scriptus, & sancti Xisti nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur erastus, & sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiz nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuium pugnaſſe perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob, apocryphus. Liber qui appellatur penitentia Origenis, apocryphus. Liber qui appellatur penitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentia Iamais, & Mambra, apocryphus. Liber, qui appellatur, sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lufanæ, apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologos, qui ab hæreticis con-scriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Pauli Manichæi, apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha. Opuscula Viatorini, & Iulianus, apocrypha. Opuscula Pauli Rhegenſis Galliarum, apocrypha. Opuscula Prudentij, apocrypha. Epistola Iulij ad Agbarum regem, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Passio Cyrici, & Iulitz, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, cōtradictio Salomonis, apocrypha. Phylacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi conſingunt, sed demonum magis artibus, conſcripta sunt, apocrypha. Hæc, & omnia his similia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samofatenus, Phlorinus, & Bonofus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obſcœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichæus, Faustus, Sabellius, Arius, Macedonius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius, Donatus, Eustathius, Iovinianus, Pelagius, Iulianus, & P. Latentis, Cælestinus, Maximus, Priscianus, & ab Hispania, Lampadius, Dioscorus, Butyches, Petrus, & alius Petrus, & quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus, cum confortibus suis, nec non & omnes hæretes, quas

ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt, vel conſcripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eluminata, atque cum suis autoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum conſitemur esse damnata. **C**æterum s. qui libri in ecclesiasticis officijs per anni circuitum à nonnullis legantur (quod ritum illum Apostolica non reprobatur, sed sequitur ecclesia) pro fidelium edificatione adnotandum censuimus. Quidam, quod in Septuagesima ponunt Pentateuchum & vsq; in xv. diem ante pascha, xv. die ponunt Hieremiam vsq; in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremie: [*Quomodo sedet sola ciuitas, &c.*] & tres de tractatu sancti Augustini 7. in Psal. 54. [*Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.*] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinthios: [*Conuenientibus vobis in vnum.*] Secunda lectio incipit, [*Similior & calicem postquam cœnauit.*] Tertia, [*De spiritalibus autem & nolentibus vos ignorare fratres.*] In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremie, & tres de tractatu sancti Augustini in Psalmum 63. [*Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.*] & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos 4. [*Festinemus ingredi in illam requiem, &c.*] Secunda lectio, [*Omnia namque, pontifex &c.*] Tertia, [*De quo grandis nobis sermo.*] In sabbato sancto tres lectiones de lamentatione Hieremie Prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem Psalmum 63. [*Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.*] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos: [*Christus & absque pontifex futurorum bonorum.*] Secunda lectio, [*Vbi enim testamentum est.*] Tertia [*Umbram enim habens lex futurorum bonorum.*] In Pascha Domini homilia ad ipsum diem pertinentes, infra hebdomadam homilia in octauis & h. Paschæ ponunt actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vique in octauis Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in Calendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in Calendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Iob, Tobiam, Hester, Eſdras vique in Calendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum Machabæorum vsq; in Calendas Nouembris. In Dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vsq; in Calendas Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Eſaiam prophetam vsque ad Natiuitatem Domini. In Natali Domini legunt primum de Eſaiâ tres lectiones. Prima lectio, [*Primo tempore alienata est terra Babelon, &c.*] Secunda, [*Consolamini P, consolamini.*] Tertia, [*Consurge q. consurge.*] Deinde leguntur sermones, vel homilia ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Iohannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Syluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. Dominica prima post Natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vique in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaiâ. Prima lectio incipit, [*Omnes & stiterunt.*] Secunda, [*Surge s. illuminare Hierusalem.*] Tertia, [*Gaudete & gaudebo in Domino.*] Deinde leguntur sermones, vel homilia ad ipsum diem pertinentes.

a Thren. 1. b 1. Corin. 11. c 1. Cor. 10. d Hebr. 4. e Hebr. 5. f Hebr. 9. g Hebr. 10. h al. octaua. i al. octauam. k Iudith, Hester. l Iuo. 1. libros. m Iuo. m al. in naturalem. n al. in vigilia natalis Domini. o Burchard. & Iuo. & ordo Romanus. p Eſa. 9. q Eſa. 40. r Eſa. 52. s Eſa. 55. t Eſa. 60. u Eſa. 61.

¶ Manda

a al. Eſtius. b al. Hoſychius. c al. Lenticus. d al. Len-
tius. e abest ab orig. d al. Sixti. e inſertus, id est,
aſſumptio. f orig. f al. Iob. g orig. g qui appellatur,
laus Apostolorum. h Tertulliani apocrypha. O-
puscula Laſani, apocrypha. Opuscula Africani, apocry-
pha. orig. i Opuscula Commodiani, apocrypha. o-
rig. k Opuscula Iani, Cypriani, apocrypha. Opuscula
Arnobij, apocrypha. Opuscula Iyconij, apocrypha. orig.
l al. Præbationis. m al. Prudenti cæci. orig. n Ari-
canus. orig. o al. Calistus. p Iulianus Celanensis,
Celeſtinus &c. orig. q orig. q Priscillianus ab Hispania,
Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Priscus, Iam-
perius. r hæretici, eorumque discipuli. orig. Burch. lib. 3.
c. 222. Iuo. par. 4. c. 63. Rannorm. lib. 2. cap. 90.

1 ¶ Mandamus.] Post hoc verbum in Decreto Gela-
si sequitur continetur: Item opuscula beati Cypriani,
& c. Sed Burchardus, & Ivo, & Pannormia habent ut
Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discre-
pant collectiones ab originali, ut satis certo statui non
possit, quae vera, & pura sit Gelasio lectio, nec magno opere
sit mirandum, si nonnulla sint, quae diffusilem faci-
unt. Quamobrem quae auxilio codicum tanto emendari
poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indica-
tae varietates, partim, quoniam omnes in dicere infini-
tum fuisset, labor hic ad libros adveniendi accurate lectori
est relictus.

2 ¶ Item gesta.] Hinc usque ad finem capituli omnia
absunt à plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod eti-
am Archidiaconus adnotavit. Sunt tamen eiusdem Gela-
si usque ad versicul. Ceterum qui libri, & apud Bur-
chardum, & Iuonem referuntur proximè post superiora.

3 ¶ Iuenci.] Antea legebatur, Item Vincentij, res-
tituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De
quo Iuonem meminit B. Hieronymus in Catalogo.

4 ¶ De sancta Maria.] In collectione Isidori legitur,
& de Maria & de obsterice. Apud Burchardum, & de
Maria, vel obsterice. Apud Iuonem vero, & de sancta
Maria, vel de Obsterice Saluatoris.

5 ¶ Ceterum.] Hinc usque ad finem, neque in colle-
ctione Isidori, neque in ulla veteri codice Gratiani eorum,
quae collata sunt, inveniuntur. A verbo tamen, in Se-
ptuagesima ponunt, referuntur à Burchardo, & Iuone
sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio cum lxx. e-
pistolis. Verè autem omnia habentur sparsim in libro, qui
ordo Romanus nuncupatur.

6 ¶ Pentateuchum.] Apud Iuonem legitur, Hepta-
teuchum, ut videri quinque libros comprehendat librum
Iosue, & Iudicum, quae voce, ac librorum conuentione
Beatus Hieronymus ad Lucinum scribens, videtur. Alij
vero Heptateuchum appellant, ut sanctus Gregorius libro 7.
in d. 2. epist. 48. & libro 10. epist. 22. & alij, & Rebannus
in praefatione in Hieremiam, & ordo Romanus, cap. de
Septuagesima.

7 ¶ In Psalmum 54.] Sic etiam apud Iuonem. In or-
dine Romano, cap. de officio diuini à cena Domini usque
in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur, in
Psalmum 67. id est, Exaudi Deus orationem meam,
cum deprecor. Item, in cap. de ordine in nocte Parasce-
nes, Tres de tractatu sancti Augustini de 1. salmo 67.

8 ¶ In octauis.] Ipsam uero octauam soliam fuisse
proferri nomine multitudine, id est octauas, notabitur in-
fra de consecratione, dist. 3. c. pronuntiandum.

9 ¶ In natali Domini.] Burchardus, & Ivo habent
in Vigilia natalis Domini. & ita in ordine Romano, cap.
quod in scribitur, in Christi nomine, incipit ordo catho-
licorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur.
Pannormia autem habet ut Gratianus.

DISTINCTIO XVI.

ps **A**postolorum verò canones, qui per Clementem
Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt,
dicuntur esse translati, sunt quinquaginta.

1 ¶ Translati.] In titulo qui proponitur canonibus
Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Step-
hani Papae IIII. (cuius magnam partem Des. sedidit, Cardi-
nalis in sua canonum collectione refert) pro voce, transla-
ti, habetur, prolati. Dionysius eundem Exiguus nullam hu-
ius uersionis mentionem facit, & aliqui scriptores solum
epistolae Clementis hoc modo citare, ex dictis Petri Apo-
stoli per Clementem prolatis. ut auctor Polycarpi, &
alij.

C. I. ¶ Apostolorum canones Apostolica re-
nunciantur auctoritate.

Hes non recipiendos, sed in ior. apocrypha deputa-
tos, Isidorus scribit dicens.

Canones qui dicuntur Apostolorum, seu quis eor-
dem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Pa-
tres illis assensum praebuerunt, pro eo quod ab haereti-
cis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur,
quamuis in eis uilia inueniantur, tamen ab auctorita-
te canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse
remota, atque inter apocrypha deputata.

1 ¶ Caput hoc est in praefatione Isidori ad collectionem
conciliorum, quae ex bibliotheca ecclesiae Tolitanae descri-
pta Remam missa est. Nam in illa quae vulgata Isidori col-
lectioni, de qua initio dictum est; proponitur, contrarium
potius uidetur dici, & referuntur infra c. Placuit. hac ead.
dist. si modo idem est Isidorus.

C. I. I. ¶ Apostolorum canones sunt reci-
piendi.

Zepherinus autem e contra scribit episcopis per Si-
ciliam conscribit, epist. 1.

Sexaginta sententias Apostoli praescriperunt, b.
cum aliis plurimis episcopis, & seruata censuerunt.

1 ¶ Sexaginta.] Ivo etiam, & auctor Pannormia ha-
bent, Sexaginta. Item, originale in margine. Sed in tex-
tu, Septuaginta. Polycarpus, Quinquaginta.

C. III. ¶ Exceptis quinquaginta capitulis,
canones Apostolorum inter apocrypha
deputantur.

Item Leo Papa nonus contra epistolam
Nicteta abbatis.

Clementis e librum, id est, Petri Apostoli itinerar-
ium, & Apostolorum canones numerant Patres
inter apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, quae
decreuerunt orthodoxae fidei adiungenda.

1 ¶ Item Leo.] Hoc caput sumptum est ex responsio-
ne Humberti legati Leonis noni ad libellum Nictetae pres-
byteri, & Monachi contra Latinos editum, quae Roma in
monasterio sanctae Mariae nonae, & in multis bibliothecis
extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo IX.
quod eius auctoritate, & in fisione Humbertus legatus sen-
dit Apostolica ea scripsit.

C. IIII. Item vi synodus, cap. 2.

Placuit e huic sanctae synodo, ut amodo confirmata
& rata sint canonum Apostolorum 85 capitula.

Epistola Isidori in capite canonum.

Isidorus seruus Christi, lectori suo conseruo. ¶ Pro-
pter eorum auctoritatem ceteris conciliis preponimus
canones, qui dicuntur Apostolorum, licet à quibusdam
apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, &
sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate ro-
borauerunt, & inter canonicas posuerunt constitutio-
nes. Item infra f. ¶ Primo quidem ordo, ut praedictum
est, de celebrando concilio inserus habetur, & post-
modum canonum Apostolorum, ac primorum aposto-
licorum (id est, à sancto Clemente usque ad sanctum
Syluestrum) decretorum, atque diuersorum concilio-
rum breuiarium interpolatur, sequens ordinem suum.

1 ¶ Epistola.] Haec epistola ab Iuone uocatur praefati-
o in opus canonum, & est ea, quae Isidori nomine est pra-
posita tomis conciliorum, licet in uetustiore editione, in
qua prior est Isidori collectio, nonnulla uerba desideren-
tur. Est autem conseruatum hoc caput ex duobus locis illius
praefationis. Nam uerba illa, Propter eorum auctorita-
tem, & cap. usque ad vers. constitutiones, non longe ab-
sunt ab initio. Reliqua uero sunt in extremo.

2 ¶ Isidorus seruus.] In Pannormia est eodem modo

a Ivo par. 4. cap. 107. Pannorm. lib. 2. cap. 105. Polyc.
l. 3. tit. 20. b. al. praescriperunt. Jorg. c. Ivo p. 4. c. 105.
Pann. l. 2. cap. 124. d. abregibus orthodoxis. al. regu-
lis orthodoxis. e. Ivo par. 4. c. 106. Pannor. l. 2. c. 125.
f. Ivo par. 4. c. 107. Pannor. l. 2. c. 125.

atq; apud Gratianum. Apud Iuvenem. & in manuscriptis collectionis illius codicibus est; Ildorus Mercator seruus Christi conferuo suo, & parenti fidei a in Domino salutem. In vulgatis autem conciliorum editionibus, Ildorus peccator, seruus, &c.

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata, in sexta vniuersali synodo, sine in septimo concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quod non sint inter apocrypha deputandi.

C. V. Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur.

Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarcha.

Sextam synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

¶ Sextam] hoc habetur in secunda actione septimae synodi, in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodice epistole a Tharasio ad se misse. Et hic Gratianus non refert propria eius epistole verba. In versione enim Anastasii bibliothecarii legitur, Inuenimus autem in predicta synodica epistola sanctitatis vestrae, post plenitudinem fidei & confessione sacri symboli, & omnium sanctorum sex synodorum, & de sacris & venerabilibus christi adteribus miraculis laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & eadem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quae iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatae sunt. Et haec quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasio epistola, quod ex concilio Graeco, & noua interpretatione clare apparet.

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quaria actione sextae synodi facile absoluitur.

¶ Sexta] In secundo & tertio Vaticanis est, sexta, alias septima; & vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.

C. VI. Sexta synodus canones conscripsit.

Aut enim Petrus episcopus Nicomediae.

Habeo librum d continentem canones sanctae sextae synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes, numquid sexta synodus canones fecit? Sciatis ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem; & vnam voluntatem esse in Christo, in qua sancti Patres illos, ut hereticos, anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt.

¶ ps ¶ Et soluta synodus est Constantini 14. anno. Post quatuor vero, aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, & praedictos canones promulgauerunt, de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano illis canonibus subscripserunt. Oportebat enim ut synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. Item c. ¶ Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui ea congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantino poli quatero, aut quinto anno congregata est, & canones numero 102. ad correctionem ecclesiae promulgauit.

¶ Habeo librum] Verba sunt Petri episcopi Nicomediae, ac Tharasio patriarchae Constantinopolitani, actione quarta, septima synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iusti-

a al. fidei. b al. septima synodo, sine concilio] al. sexta synodo, sine in sexto concilio. c Iuo par. 4. c. 122. d Ex actione quarta septimae synodi. Iuo par. 4. cap. 121. e Ex sexta actione septimae synodi.

ni in Rhinometri secundo anno suae reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasio apparet, eos canones non esse proprios sextae synodi: quia factetur post annos quatuor, aut quinque, quam ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos, quo tempore certissimum est, neque, eundem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquam in hac ratione temporis, potius credendum est diligentissimi chronologi Theophani, (cuius etiam verba quae ad hunc locum pertinent ex originali Graeco, quod in bibliotheca Vaticana existit, fidei fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum, libro de 6. 7. & 8. synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque ut Tharasio, sed viginti septem annos a fine sextae synodi tempore Athanasi habitae, usque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem afferunt inuenerunt. Episcopos vero, qui hoc ediderunt, voluisse ipsos edere tanquam canones sextae synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque nota dicenda est haec episcopi coitio, ideoque Graeci illam, ut scribit Balsamon in vobis, id est, quintam sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte testantur. Humbertus quidem his verbis. Non autem miror, si Agathoni Papae, & sanctis Patribus sextae synodi vestra imputeritis deliramenta, & quae aut corruptis, aut sinxillis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputeritis figmenta. Vnde nos facientes sextam synodum, ad destruendam haeresim Graecorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas configurationes congregatae, capitula, quae nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino reuertimus, quia prima & Apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec obseruata haecenus. Anastasius vero in praefatione in septimam synodum ad Ioannem 11. x. Romanum Pontificem ita scripsit: Ergo regulas, quas Graeci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex his illae recipiantur, quae prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersa: quamuis omnes haecenus ex toto maneant apud Latinos incognita, quia nec interpretatae. Sed nec in ceterarum Patriarchalium sedium, licet Graecae vantarum lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla aetate, cum ederetur, aut promulgatae, aut consentiens, aut saltem praesens inuenta est. Quamquam eisdem Patres illas Graecae promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certe probare possunt indicia.

Ex his ergo colligitur, quod sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, & nullos canones conscripsit: secundo sub Iustiniano filio eius, & praefatos canones promulgauit.

C. VII. Constitutiones synodi sextae.

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati, dixerunt.

¶ Quoniam Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto, de mysterio fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceterae quatuor vniuersales synodi: propterea nos conuenientes in hac Imperiale vrbem, sacros canones conscripsimus, Item b. ¶ Placuit huic sanctae synodo, ut amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. ca-

a Iuo, septimam vocat. Iuo. par. 4. cap. 121. b In oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo conueniant, ad Iustinianum Imperatorem. c. 2. eius synodi. sup. ea. c. placuit. Iuo. par. 4. 106. Iuo. par. 4. c. 134. Pann. l. 2. c. 117.

picula.

picula. Item. ¶ Confirmamus 3 & ceteros sanctorum canones & synodos, id est, Nicenam, Ancyrana[m], Neocaesariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodiceensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem 4, & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysij Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij I haumaturgij Neocaesariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Caesareae Cappadociae episcopi, Gregorij Nyfeni episcopi, Gregorij Theologi, Amphiloehij Iconicis episcopi, & Dionysij Thei Alexandrini episcopi, Gennadij 2 Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum 6 suam.

1 ¶ Quoniam.] Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sexta synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum: quib. Gratianus utitur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in sinenam redacta.

2 ¶ De mysterio.] Graecè est, τὸ μυστήριον τῆς πίστεως πατρῆς διασποράσθησεν, id est, fidei mysterium patre[n]s declarantes.

3 ¶ Confirmamus.] Ius habet, confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. Graecè est, ἐπισημασμένους τὸν θεὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ τοὺς πατέρας ἡμεῶν ἐκλήθευσεν, ὡς ἐστὶν τῶν ἐν νεκροῖς σωθεῖσθαι, &c. id est, obfignando autem confirmamus & ceteros omnes sacros canones, qui à sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi, id est, ab iis, qui Nicææ conuenerunt, &c.

4 ¶ Carthaginensem.] Apud Iuonem sequitur, Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosij, al. Theophili, &c. Graecè autem est, τῶν αὐτῶν ἐν πρώτῃ ἡγήσθησαν, & βασιλεὺς πάλαι σωθεῖσθαι ἐπι Νεκταρίου τῆς βασιλίδος τῆς πρώτης πάλαι ἀποστόλων, & Θεοδοσίου τῆς ἡγουμένη ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, id est, & eorum, qui rursus in hac à Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperiali huius ciuitatis praeside, & Theophilo, qui Alexandriae fuit archiepiscopus.

5 ¶ Et Dionysij.] In canone Graeco uisitato ferè est, quemadmodum antea apud Gratianum, Dionysij Alexandrini episcopi & martyris. Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est. Dionysij archiepiscopi Alexandrinorum, Megalopolis, & Petri Alexandriae archiepiscopi, & martyris. Reliquas uarietates perse accuratus lector notabit.

6 ¶ Et synodum.] In isto canonis loco est error: quia illa synodus Cypriani probatur, in quo ipse cum multis alio Africae episcopo putauit baptizatos ab hereticis uerè baptizatos non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse restetur.

C. VIII. ¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia uoborantur.

Item ex diurno libro professio Romani Pontificis.

Sancta 8 octo uniuersalia concilia, id est, primū Nicæanum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, itēca. v. Constantinopolitanum, & vi. Item Nicæanum vii. Octauum quoq; Constantinopolitanum usq; ad uoum apicem immutata seruare, & pari honore, & ueneratione digna habere, & que praed cauerunt & statuerunt modis omnibus sequi, & predicare; quæq; condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

1 ¶ Item ex diurno.] Integram professionem fidei,

a al. Germani. b Iuo par. 4. cap. 132. Panorm. lib. 2. cap. 103. c al. ammōnōis. Iuo.

quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione canonum, qua seruatur in bibliotheca Vaticana.

C. IX. ¶ De temporibus conciliorum.

Quo autem tempore sexta synodus, & prima secunda, tertia, quarta, & quinta congregata sint, Beda in libro de temporib. c. 65. scripsit, dicens.

Sexta 2 synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata est, & graeco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente pissimo principe Constantino intra palatium suum, simulq; legatis Apostolicae sedis, & episcopis 150. residentibus. ¶ Prima enim uniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arium 318. Patrum, temporibus Iulij 1 Papæ, sub Constantino principe. ¶ Secunda in Constantinopoli c. l. Patrum contra Macedonium, & Eudoxij temporibus Damasi Papæ, & Gratiani principis, quado Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Auguste vrbs episcopum sub Theodosio magno principe, & Papa Celestino. ¶ Quarta in Chalcedone dcxxx. Patrum sub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandissimum præsulum monachorum. ¶ Quinta b item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hereticos.

1 ¶ Iulij.] Certum est synodum Nicenam primam celebratam esse tempore Syluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam & alios errasse.

C. X.

Prima 1 autem c synodus in Nicæa cccxviii. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserbat, patre[n]i scilicet maiorē, filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantinij principis, & Syluestri Papæ Romani, Macharij Hierosolymitani, Alexandri 2 Alexandrini; qui condemnata eadem haeresi statuerunt canones viginti, quorum auctor maximè praefatus d. Alexander episcopus fuit. ¶ Secunda in Constantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani, & Theodosij principum, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarij 3 c Constantinopolitani, qui condemnata praefata haeresi statuerunt canones tres; quorum maximè auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genericem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, temporibus Theodosij principis f. iunioris, Celestini Papæ Romani, Iuuenalis Constantinopolitani episcopi, Cyrilli episcopi Alexandrini, qui duodecim capitula contra Nestorij blasphemiarum totidem capitula, auctore eodem sancto Cyrillo, anathematizando contempserunt. ¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum abbatem, qui asserbat Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis existerē, sed solam in eo diuinam naturam permanere temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolij Constantinopolitani, qui condemnata praefata haeresi statuerunt canones uiginti septem, quorum auctor maximè idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit. ¶ Quinta in Constantinopoli contra

a Iuo. par. 4. c. 123. Panorm. lib. 2. c. 113. b Panorm. lib. 2. cap. 111. c A. sel. in prologum, in principio collectionis conciliorum. d Sanctus Alexander. orig. e decem in. orig. f magni principis. orig.

Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat, aliud esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilij Papæ Romani, Domini b Antiocheni, Eutychiej Constantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli 150. Patrum contra Macharium Antiocheum episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserbant, temporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata anathematizando scripserunt nouem 4 capitula inferius annexa.

1 ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in reuisione Colonienſi, Anno M. D. XXX. & in manuſcripta collectione, quam dictum eſt aſſeruari in bibliotheca Vaticana: ſed non in collectione, que eſt in bibliotheca monaſterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præſationem, que nomen Iſidori, mercatoris quidem in manuſcriptis, peccatoris autem in impreſſis præſe. Eſt autem in illa præſatione tantum quatuor generalium ſynodorum mentio ſi, ſexta vero poſt Iſidori Hiſpalenſis. cuius eſt habita*

2 ¶ Alexandri.] *Apud Anſelmum eſt etiam apud Gratianum. In originali, Alexandri Constantinopolitani. Sed integra videtur lectio, ſi præq. coniungatur. Nam & episcopus Conſtantinopolis, & episcopus Alexandria, temporis illius ſynodi, Alexandri nomine vocabantur.*

3 ¶ Neſtarij.] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anſelmum, Neſtarij Alexandrini. Emendatum eſt ex originali. Sed fortaſſe & hoc loco integra lectio hæc eſt, Neſtarij Conſtantinopolitani, & Timothei Alexandrini*

4 ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Iſidori legitur, ſcripſerunt octo capitula, & verba illa, inferius annexa, ibi non habentur. In conciliis deinde Colonia impreſſis poſt actionem ſextæ ſynodi ex reuisto codice monaſterij S. Banoni, referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum ſunt hæc verba, ſcripſerunt nouem capitula inferius annexa, que apud Anſelmum quoq. habentur.*

C. C. XI.

Prima adnotatio Ancyranæ ſynodi, quæ ante Nicænam fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem poſtponitur; in qua Patres xvij. ſtatuerunt canones xxxij. quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocaſarienſis, quæ poſt Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres iædecim ſtatuerunt canones xiiij. quorum auctor maximè Vitalis episcopus Salaminus extitit. ¶ Tertia Gangrenſis, quæ poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres xvij. ſtatuerunt canones xx. propter quasdam neceſſitates eccleſiaſticas; maximè contra Euthathium: qui dicebat, quod nullus in conjugali ordine poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret, quæ poſideret, ſpem apud Dominum haberet, & multa alia venenosa, quæ enumerare longum eſt. ¶ Quarta Sardicenſis, in qua Patres ſexaginta 3 ſtatuerunt canones xxi. quorum auctor maximè Oluſ Cordubenſis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius 4 Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus ſanctæ Romanæ eccleſiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. 8 ſtatuerunt canones xxv. quorum maximè auctor Eufe-

bius Palæſtinenſis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxij. ſtatuerunt canones lxj. quorum auctor maximè Theodoſius episcopus extitit. ¶ Septima 5 Carthaginenſis, in qua Patres cccxvij. 2 ſtatuerunt canones xxxij. quorum auctor maximè Aurelius Carthaginenſis episcopus extitit. Etiam ſanctus Auguſtinus Hypponenſis episcopus in eadem ſynodo legitur fuiſſe, temporibus Honorij Auguſti. ¶ Octaua Africana ſub Theodoſio minore Auguſto: in qua Patres cccxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuerſa concilia Africana pronunciat temporibus Aurelij Carthaginenſis episcopi leguntur eſſe conſcripti. ¶ Nona Arelatenſis, in qua Patres cc. 6 ſtatuerunt canones quatuor: quorum auctores, maximè Sylueſter vrbis Romæ episcopus, & S. Marinus Arelatenſis episcopus extiterunt, temporibus Conſtantini Auguſti, ſicut quidam aſſerunt. ¶ Decima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè S. Caſarius Arelatenſis episcopus extitit. ¶ Undecima item Arelatenſis, in qua Patres xxvj. ſtatuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatenſis in Vico Hortenſi 7, in qua Patres xj. ſtatuerunt canones: quorum maximè auctor ſanctus Caſarius Arelatenſis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatenſis, in qua Patres xix. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Sarpidius 8 Arelatenſis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arauſicenſis, in qua Patres xvj. 9 ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunenſis 6, in qua Patres xxvj. ſtatuerunt canones xxxix. quorum auctor maximè Caſarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathenſis, in qua Patres xxix. 1 ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Caſarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima 7 Aurelianenſis, in qua Patres lxx. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Aurelius Arelatenſis episcopus extitit, temporibus Clodouei Regis 8. Octauadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxxj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Melanius Rhedonenſis episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianenſis, in qua Patres xxx. ſtatuerunt canones, quorum auctor maximè S. Albinus Andegauenſis episcopus extitit. ¶ Vigefima Aruernenſis, in qua Patres xv. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Honoratus Breutenſis 9 episcopus extitit. ¶ Vigefimaprima Maticenſis 1, in qua Patres xxj. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Priſcus Lugdunenſis episcopus extitit. ¶ Vigefimadecima item Maticenſis, in qua Patres lxx. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè idem Priſcus Lugdunenſis episcopus extitit. ¶ Vigefimatercia Lugdunenſis, in qua Patres xvij. ſtatuerunt canones: quorum auctor maximè Philippus Viennenſis episcopus extitit. ¶ Vigefimaquarta item Lugdunenſis, in qua Patres xx. conſtituerunt canones, quorum auctor maximè idem Priſcus Lugdunenſis episcopus extitit k.

1 ¶ Prima.] *Maior pars huius capituli, id eſt, vſque ad finem verſiculi, Nonadecima, habetur in collectione Iſidori impreſſa, ante præſationem ipſius Iſidori: In Vaticana autem vſque ad finem verſic. Vigefimaprima. Deus dedit, & Anſelmus integrum ante ſuas collectiones habent. Neq. vero ſummula hæc eiuſdem Iſidori eſſe poſſe: nam neq. præſationi ipſius, neq. collectioni reſpondet: in qua, vt cætera mittantur varietates, multa referuntur con-*

a al. cccxvij. b ab eſt numerus à collectione etiam Vaticana. c al. Hortenſico. d al. Sarpardus. e al. Sarpidius. e al. xxxij. f al. xxxij. g Hadenus in collectione Iſidori impreſſa. h al. Brinatenſis. i al. Brinatenſis. j al. Matienſis. k Hadenus in collectione Iſidori Vaticana.

a al. alium Deum eſſe verbum, & alium Chriſtum. b al. Domini. c Deoſſedis. Cardinalis, Anſelmus in proloq. Antea eandem Iſidori collectionem. d in Græco v. l. q. uo. & apud Baſilianum ſunt xxx. e ibidem ſunt xi. f al. Telamitanus. g al. xxx.

vila Hispanie, quorum hic nulla mentio.

2. Ante Nicenam.] Sic est emendat in ex Anselmo, & Desfledit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur, Antiochenam. In collectione autem Isidori impressa legitur quidem Nicenam, sed deest vox: ante. Sic autem legendum esse, que madriadam est emendatum, ostendunt verba, que ipsum Neocæsariense concilium antecedunt, & ita vsq; ad hunc diem est in usum, & in Nungia & in Hispania, id est, qui canones posteriores quidem Antiochenam, anteriores autem Nicenam sunt, quo loco in collectione Isidori impressa mendosè est, Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expoliti sunt, redandati enim illud, & Cæsarea, quare in recentioribus editionibus conciliorum omissam est. Similis error est in codice canonum Moguntino.

3. ¶ Sexaginta.] In codice canonum lx. episcopi repemuntur subscripsisse: sed postea additur, & ceteri, & subscriperunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, num. cxx. Socrates lib. 2. cap. 16. in eo concilio ex Occidentis partibus episcopus circiter ccc. conuenisse dicit, ex Orientis vero lxxvi. qui etiam secessionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. cap. 12. & Tripertita. Theodorus autem lib. 2. cap. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. conuenisse. Omnia & in his, & Patrum, & canonum numerus multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla autem lectiois diligentiè sunt referenda.

4. ¶ Et Ianuarius.] Anselmus habet ut Gratianus. In collectione indicata est, & Vincentius Capuanus episcopus, & S. R. E. Legatus extiterant. In concilio ipso c. 18. nominatur Ianuarius episcopus. In subscriptione vero in codice canonum non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calipodius Depolitanus legatus S. R. E.

5. ¶ Septima.] Hic numeratur tantummodo vnica synodus Carthagenensis, que habetur in codice canonum, de qua inferius xx. dist. c. de libellis dicitur.

6. ¶ Epauensis.] Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur, Empanensis. Verumtamen in concilio Epauensis impresso nullus Casarius nominatur: sed Antii primum est mentio.

7. ¶ Septimadecima.] Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum hæc in conciliis impressis indicia inueniuntur. In quinto Aurelianensi, subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanii Rhedonensis. In tertio subscribit quarto loco Albinus episcopus Andegauensis.

C. XII. ¶ Epistola Athanasij postulantis capitula Niceni concilij.

Sed quod Nicæna synodus xx. canones supra statuisse dicitur, contrarium videtur ei, quod in epistola Athanasij inuenitur. Scribit enim Athanasius a Alexandrinus episcopus Marco Papa, ita dicens.

Septuaginta Niceni concilij capitula, que de præfata synodo, iubente domino meo Alexandro, de cetero omnium episcoporum attuli, que sunt igne combusta, optamus, vt a vestra sancte sedis auctoritate percipere per præsentem legatos mereamur. Item b. ¶ Preterea nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt, quadraginta à Grecis, græca edita lingua; & quadraginta à Latinis, similiter Latina edita lingua. Sed vitium est cccxviii. episcopis c. Spiritu sancto repletis, & maxime tam dicto Alexandro, & Apostolica sedis Apocryphariis, vt decem capitula adunarentur

a In epistola Athanasij, & vniuersorum Aegypti episcoporum ad Marcum Papam: sed copiosius, quam hic. Ivo p. 4. c. 108. Pann. lib. 2. c. 106. Anselm. l. c. 50. Polyc. hb. 3. dist. 20. b Ibidem paulo superius. c Patrib. orig.

aliis, atq; congruis locis infererentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terra linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilij hierent capitula, que omnem Christianorum informarent orbem.

¶ Septuaginta.] Ex his Athanasij verbis constat, non omnes Nicæne synodi canones aut Græcè, aut Latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Patrie, & alij multi ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in præfatione, conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorij decimi ad Regem Armeniorum, cum concilium Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armeniarum eo tempore extitisse. Sic enim scribit: Quia verò multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, que habere dixeris in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate transmittas. Tunc quoq; Alexandri inuenti sunt octoginta canones Arabicè scripti, sub nomine huius concilij, qui Roma in Arabica, & Armenica lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in Latinam linguam conuersi sunt, & impressi.

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta manserint? His ita respondetur: Capitulum Nicæne synodi quædam in desuetudinem abiierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

C. XIII. ¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur.

Vnde Stephanus Papa scribit, dicens Luysio episcopo Moguntino.

Viginti tantum capitula Nicæna synodi in sancta Romana ecclesia habentur, sed quo neglecta alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta.

¶ Apud Inonem parte quarta, cap. 232. habetur magis integrum hoc caput, Capitula Nicæni concilij testimonio Athanasij septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, à quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & que sequuntur.

C. XIII. ¶ Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur.

Sardicense quoq; concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur. Vnde item scribit Clero Constantinopolitano.

Quod dicitis neq; Sardicense concilium, neque decreta aliarum habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione conuenierit, vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abiceret, & vt dignum est, non retineret.

DISTINCTIO XVII.

¶ Generalia concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas ceteris præeminet, sanctorum auctoritatibus supra monstrata est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.

C. I. ¶ Absq; Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet.

a Ivo par. 4. cap. 232. Pannor. lib. 2. cap. 107. b al. electo. c Habetur in epistola 6. que prima ad Photium est Ivo, par. 4. cap. 135. Pannor. lib. 2. c. 117. per. quod dicitur. d al. decretalia vos. e al. conuenerat.

Unde Marellus Papa scribit Maxentio 1.

Synodum a episcoporum absq; huius sanctæ sedis auctoritate (quamquam quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere. Neq; vllum episcopum, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia definitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudiciis libelli ventur appellatoris, quantum magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos iunt? De quibus dictum est. [Ego dixi, Dii estis.]

1. ¶ Maxentio.] Antea legebatur, Maxentio episcopo, In comitibus conciliorum in epistole in scriptione est, ad Maxentium tyrannum, sed in principio epistole est, Marcellus Maxentio, quæ lectio visa est reuocanda.

2. ¶ Neq; vllum episcopum.] Hinc vsq; ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.

C. II. ¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesiæ factum non fuerit.

Item Iulius Papa primus in scripto contra orientales pro Athanasio c. xxix.

Regula c vestrâ nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ Legatus d interfuit, canonibus præcipientibus, sine eius auctoritate concilia fieri nõ debere. Nec vllum ratum est, aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

C. III. Nullus vsurpet concessa Romanæ ecclesiæ.

Item Damasus Papa I. ad Stephanum, epist. 3.

Hic soli c sedis f concessa nullus vsurpare sine eius consensu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vt contemptor, iudicari.

C. IIII. ¶ Absq; Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet.

Item Gregorius g I.

Nec licuit alicui aliquando, nec licebit particularem synodum congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationes, aut sponte ipsi, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam i sedem pro recipienda k ratione conueniant, aut si forte (sicut de talibus l scriptum est m) [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit] ita obstinari, & contumacis extiterint, vt doceri non velint, eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut a trahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per seculares comprimi n potestates.

1. ¶ Gregorius.] Hoc proculdubio est Pelagij, sicut ab Anselmo & Luone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quibus alij cognoscere desiderarent, quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 27. q. 5. c. ad ros. & c. de Liguibus. Ex hoc autem capite, nec licuit, & capite, istud, n. q. 1. habetur integra epistola Pelagij, quem admodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum, ad episcopos Mauritanæ. Atq; in summario capitulum dictum i-

a Ansel. lib. 2. c. 60. Ino. p. 4. c. 140. Polyc. l. 1. c. 11. 13. b Psal. 81. c Ansel. l. 2. c. 47. Polyc. lib. 1. c. 13. d al. legatio. e sancta. f Ansel. lib. 1. cap. 55. Polyc. l. 1. c. 17. g al. Pelagus Papa Tauriniano Patrio. h Ino. p. 4. c. 139. Ansel. l. 2. c. 47. Polyc. l. 1. c. 14. i Apostolicas sedes. Ino. k al. percipienda. l aliquibus suam. m Prox. 18. n al. opprimi.

psus Papa, qui habetur lib. 2. Regestj Gregorij septimi, inter cetera hoc est, quod nulla synodus absq; præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

2. ¶ Synodum.] Apud Anselmum, Luonem, & in Polycarpo adduntur hæc, ad iudicandum vniuersalem synodum. Hoc enim est, quod prohibetur hic a synodo. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti volebant quini concilium recipere, (Quæ de re b. Gregorius, lib. 6. epist. 53. & alibi sepi.) & particularem synodum vniuersali, ac sedem Apostolicam auctoritati præferbant. Itaq; hoc capite non prohibet Pelagius, sine Gregorius, ne episcopi possint decessanas, & Metropolitanæ provinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad iudicandum vniuersalem synodum congregent, atq; ita est in ambra emendatum.

C. V. ¶ Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur.

Item Pelagius Papa II episcopus, qui conuenient ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. c. 1.

Multis a denuo Apostolicis, & canonicis, atq; ecclesiasticis instrumitur regulis, non debere absq; sententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum est, recte non concilium, sed vstrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videtis, vt nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communionem carere nõ vultis. ¶ In fra b. ¶ Si vero in qualibet provincia ortæ fuerint questiones, & inter ipsius provincie episcopos discrepare cæperit ratio, atq; inter ipsos disidentes nõ conueniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur, vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonicè, & iuste iudicentur. Maiores verò & difficiliore c questiones (vt sancta synodus statuit, & cetera conuictu exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

C. VI. ¶ Prouincialia concilia sine Romani Pontificis presentia pondero carent.

Item Symmachus Papa.

Concilia d iacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia presentibus Papæ non habent, vultudinem perdidit. Legistis e insanissimi, aliquando in illis præter Apostolicis apicis sanctionem aliquid constitutum, & non de maioribus negotiis ad consultationem f, si quid occurreret, præfata sedis arbitrio fuisse seruatum?

1. ¶ Perdiderunt.] Hic in libello Synodij in recentioribus editionibus est nota interrogatio. Sunt enim verba inimicorum Symmachi, hoc tanquam absurdum quidpiã obiciendum. Quibus Synodum in sequentibus verbis respondeat. Legite, &c.

2. ps. ¶ [Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuersis provinciis ad urbem Romanam sacerdotes conuenire præcepisset, vt sanctum concilium iudicaret de iis, quæ venerabili Papæ Symmacho, præfati Apostolicæ sedis ab aduersarij ipsius dicebantur impingi, Liguibus, & Aemilia, seu Venetiarij episcopi suggererent ipsam, qui dicebatur impetire, debere synodum conuocare, scientes, quia eius sedis, primum Petri apostoli meritum, deinde secuta in honore g Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem, nec ante-

a Ansel. lib. 1. c. 36. Polyc. l. 1. c. 14. b Cap. 3. c al. difficile. d In lib. Enno. pro defensione 4. & 5. synod. sub Sym. Papa. Ino. p. 4. c. 142. Ansel. lib. 2. c. 56. Polyc. lib. 1. c. 7. e al. Legue. f collationem] orig. Verba omnia sumpta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho. g inuisione. ¶ Fatic. eod. & Nicolans ad Michalelem Imper. pag. 501.

dicte sedis antistitem minorum subiucisse iudicio.] & in fra. [¶ Ad hac serenissimus Rex, Deo aspirante respondit. synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda prescribere, nec aliquid ad se preter reverentiam de ecclesiasticis negotijs pertinere, committens etiam potestati Pontificum, ut si sine proposito vellent audire negotium, sine nolent, quod magis putarent utile deliberaret, dummodo venerandi provisione concilij pax in civitate Romana daretur. episcopi vero in synodo residentes congregata auctoritate ei: silem Symmachus dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicę presul ab huiusmodi oppositionibus non impeditur, quantum ad homines respicit, si immunitas, & liber, cuius causam totum Dei iudicio reservamus.] & in fra. [¶ De clericis vero memorati Pape, qui ab episcopo suo ante tempus contra regulas discesserunt, & sibi fecerunt, hoc fieri decernimus, ut illi satisfaciens episcopo sui misericordiam consequantur. & officij ecclesiasticus se gaudeant restitui.] ibidem in fra. [¶ Laurentius ecclesie Mediolanensis episcopus, sine sacro nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus ecclesie Ravennatis episcopus sine eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quing, episcopi.] Illud de clericis pro pace in urbe reformanda misericorditer, & dispensativè factum dignoscitur. ¶ Hoc quoq, notandum est, quod in hoc concilio, & in alia synodo, Symmachus Pape, ante Ravennatem episcopus Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prerogativam ante eum habere colligitur.

C. VII. *Act enim Gregorius primus, lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustinensi.*

Episcopos secundum ordinationis suę tempus, siue ad confidendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prerogativam ordinũ vindicare. Verum tempus ordinationis nō ad ecclesias, sed ad personas referitur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctę Romanę ecclesie, & episcoporum vniuscuiusq, provincia evidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

Episcoporum igitur concilia, ut ex premissis apparet, sunt inualida ad definiendum, & constituendum, non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporum concilia ad exhortationem, & correctionem, quę etsi non habent vim constitutionis, & habent tamen auctoritatem imponendi, & in dēdi, quod alias statutum est, & generaliter, seu specialiter observari preceptum.

C. I. P A L E A I

Ex Cabilonenſi concilio, cap. 6.

Placuit, ut conferuato Metropolitanorum primatu ceteri episcopi secundum suę ordinationis tempus alius alij deferat & locum.

¶ In peruenſta Gratiani codice palea hæc est in extremo præcedenti distinctioni, conuenitq, cum vltimo illius capituli, episcopos. Ex Cabilonenſi autem citant etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarensium primo, cap. 24. & concordat cum cap. 13. concilij Milenſiani, & cap. 53. concilij Africani.

C. II. ¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrantur.

Vnde Leo I. epist. 82. c. 7. Anastasio Theſſalonicenſi episcopo.

a Christianis omnibus redderetur.] orig. ibidem inf. b al. propositionibus.] orig. & ut eos satisfaciens episcopo suo misericordia subsequatur.] orig. d. Ansel. lib. 6. cap. 134. e al. constituendi. f Burchard. lib. 2. cap. 55. Iuo part. 5. cap. 165. Pannorm. libro 4. capite 20. g al. sedendi deferat.

De conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam sancti Patres salubriter ordinarunt, ut scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quę inter diuerſos ecclesie ordines nasci solent, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præſunt, de maioribus (quod abſt) peccatis causa nascatur, quę provinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus curabit instruere, & si coram positus partibus nec tuõ fuerit res sopita iudicio, ad nostrã conuentionem quidquid illud est, transferatur.

C. III. ¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda.

Item ex Nicæno concilio, cap. 5.

Habeatur semel concilium ante dies quadragesimæ, ut omnibus, si quę sunt, simultatibus amputatis, mundum ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum verò agatur circa tempora autumnii.

¶ Mundum.] Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est, mundum solenne Deo munus, quem admodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est, mundum, & solenne Deo munus. Græcè est, ἡρα πικρὸν μακροβυχίῳ ἀναγεγυρῆς τὸ ἄλλογον ὑπερῶν ἐπὶ σφίτην τῶν Ἱερῶν, id est, ut omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

C. IIII. ¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat.

Item ex Antiocheno concilio, cap. 20.

Propter ecclesiasticas causas, & quę existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno per singulas provincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis, ita ut in quarta hebdomada, quę cõsequitur, id est, media Pentecoste, concilium compleatur. Admoneant autem comprovinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est, in metropolitanis ciuitatibus, degunt. ¶ Secundum verò concilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi mensis, & decimus inuenitur. In ipsis autẽ conciliis, & presbyteros, & diaconos præſentes esse oportet, & omnes quotquot se laicos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia sine Metropolitanorum episcoporum scientia facere, quibus de omnibus causis constat permisum esse iudicium.

¶ Id est, media.] ante legebatur, & in medio temporis inter Pascha & Pentecostẽ, nec multo aliter apud Iuuenem, id est, medio temporis, &c. Sed reposita est hæc lectio ex plerisq, Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadẽ versio. Nam ceteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysij, quę est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant, id est, medio Pentecostes, vel in medio Pentecoste. vbi in versione Dionysij est, ita ut quarta septimana Pentecostes, verbũ plane ò verbo. Græcè enim est, ὡς τῆς τετάρτης ἑβδομάδος τῆς πεντηκῆς.

¶ Compleatur.] Facem, ἐπιτελεῖσθαι, Dionysius vertit, conueniat.

¶ Decimus.] Provsus ex Græco, Dionysius ait, quem Burchardus, & Iuo sequuntur, habet, Idibus Octobris, id est, quindecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. In canone autem Apostolorum 27. legitur secundũ anni synodũ celebrandam esse, & ἑπεταῖς δαδενῆς ἡδὲ ἑσθ, duodecimo die hyperberetæi. Non conuenire autem omnino Latinorum mensis cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit a

a Burch. l. i. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Polyc. l. 3. tit. 19. b Polyc. l. 3. tit. 19. c Burch. l. i. cap. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. tit. 19.

pas. Macedonas hyperboreas eundem esse qui October, Gae. ut autem Pergami eundem qui Septembris.

C. V. ¶ Semetipfos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt.

Item ex Concilio Laodicensi, cap. 40.

Non oportet vocatos episcopos ad synodum, contemnere: sed adire debere, & aut docere, aut doceri quae sunt ad ecclesiam caeterorumque correctionem utilia: quod si contempserint, seipsos videntur accusare, nisi forte pro infirmitate ire non possint.

C. VI. ¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt.

Item ex Concilio Chalcedonensi, cap. 19.

Peruenit ad nostras aures, quod in provinciis constituta episcoporum concilia minimè celebrentur. Hoc ex eo probatur, quod multa, quae correctione opus habent, ecclesiastica res negligantur. Scatuit ergo haec sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas provincias episcopos, ubi singula, quae emerferint, corrigantur. Qui vero noluerit conuenire episcopo constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate confidentes, etiam ab omnibus aliis urgentibus necessitatibus, & inexcusabilibus negotiis liberi sunt, licere eos fraterne charitatis admonitionibus corripi.

1 ¶ Hoc ex eo. In collectione Isidori, ubi alioquin eadem videtur esse versio, legitur, ex hoc probatur, quod multa, & c. item q. apud Iuonem, ad ista tamen particula, & Graece est, & c. in raris partibus ad ecclesiam dei dicitur. & propterea multa ex rebus ecclesiasticis, quae correctionis egerunt, negliguntur.

2 ¶ Vbi singula. Ita in collectione Isidori, & apud Iuonem, & Anselmum. Graece est: & c. in raris partibus ad ecclesiam dei dicitur. quae Dionysius sic verit: Quod & Metropolitani Antilles probauerit, & corrigere singula, si qua forassis emerferint.

C. VII. ¶ Canonis subiaceat poenis Metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit.

Item ex Septima synodo, cap. 6.

Quomani siquidem regula est, quae dicit, bis in anno per singulas provincias oportet fieri concilia, tam episcoporum regulares inquisitiones, propter fatigationem, & vt opportunè habeatur ad iter agendum hi, qui congregandi sunt, definerunt sextae synodi sancti Patres, omni excusatione remota, omnibus modis semel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & si quisquam Princeps inuenus fuerit hoc prohibere, communiore priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate, vel vi, seu aliqua rationabili occasione, canonis poenis subiaceat. Dum autem synodus agitur super canonicis, & euangelicis negotiis, oportet congregatos episcopos in meditatione, & sollicitudine fieri custodiendum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum, & post pauca. Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quae defert episcopus secum, sine iumentum, siue aliam speciem expectandi. Quod si hoc egisse conuidus fuerit, soluat quadruplum.

1 ¶ Et vt opportunè. Graece est: & c. in raris partibus ad ecclesiam dei dicitur. id est, Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.

a Burch. l. i. c. 47. Iuo p. 5. r. 157. b ab abire. c Anst. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 247. d abest a collectione Isidori & Iuone. e Ex versione Anastasij. f In concilio Niceno. c. 5. & Antiocheno. c. 20. Iuo p. 5. c. 373. i. eod. c. habent est cap. propter.

C. VIII. ¶ Non cogatur presbyter ad sacra concilia euolgios de seruo.

Item Leo IIII. ad episcopos Britanniae, c. 3.

De euologijs ad sacra concilia detestandis nihil inuenimus a maioribus terminatum: sed sicut vnicuique presbytero placuerit. Nam si constitutum fuerit illo in tempore benedictionis affertur, forsitan minas libenter ad synodos occurrunt, & magis venire obire stabili. Quae, vt arbitror, non sunt rationabiliter querenda: nec vltro delata, respicienda.

¶ Habetur hac epistola Roma manuscripta, vt in indice dictum est.

C. IX. ¶ Sine graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet.

Item ex Concilio Carthaginensi 111. c. 21.

Episcopus ad synodum ire non tardet, nisi facti graui necessitate inhibeatur: sic tamen vt in persona sua legatum mittat, susceperurus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

¶ Similem sententiam, & penè referunt eadem verba Burch. lib. i. c. 37. & Poly. l. 2. tit. 16. ex Felice.

C. X. ¶ Excusatorius literas dirigant, qui grauat ad synodum ire non possunt.

Item ex Concilio Carthaginensi V. c. 10.

Placuit, vt quotiescunque congregandum est concilium, episcopi, qui neque aetate, neque aegritudine, neque alia graui necessitate impediuntur, competenter occurrant. & infra. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas literatorie confirmabunt: nisi autem rationem impedimenti sui apud Primatem suum reddiderint, ecclesiae suae communionem debent esse contenti.

1 ¶ Literatorie. In concilio impressio legitur, in tractatoria Dubitatum fuit, an legendum esset, in tractatoria, diem epistolarum, quibus Imperatores, vel Reges suos praefides vocabant, vel electionem aliquam concedebant, tractoria dicebantur. Sic in codice Theodosiano, lib. 8. titulus sextus est, de tractorijs, & latuit. & sic videtur emendandum in lib. Codicis, quoniam in impressis legitur, de tractorijs, quoniam vocem tractoria, eadem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus usurpauit, lib. 4. cap. 30. & 69. & eadem notique est in concilio Meldensi cap. 72. Sanctus quoque Augustinus in lib. post collationem contra Donatistas, c. 24. tractoria pro epistola vocatoria usurpat, his verbis: Sic autem a Primace suo per tractoria fuerunt euocati. Arg. in hoc canone, ubi de vocandis episcopis ad concilium agitur, vox ista esse aptissima. Nam in concilio Africano, inserto in codice canonum, cap. 43. ubi hoc idem reperitur, & c. 57. b. Aegyptus, in vicijs codicibus semper legitur, tractoria, ubi in impressis est, tractatoria. & in Carthaginensi Graeco cap. 91. est h. & c. Verum idem B. August. vicijs dictione, tractoria in eam, quae nunc subicitur, sententia. Loquens enim de episcopis, si vocati noluerint venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epist. 162. ait: Quod si non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruersitas innotescet: missaque tractoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacunq; iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesijs, eorum communio praecidetur. In conuocione quoque, secunda in Psal. 76. eadem vox quater inuenitur: & epistola Syriacorum, quae recitatur in concilio Telepensi, ubi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exuperium Tolosanum, cap. 1. ait: De his, & beate recordationis viri Syriacorum episcopi monita euidentia commemurum: quibus verbis videtur indicare non ad solos Aegypti episcopos, sed ad omnes provincias missam fuisse illam Syriacorum tractoriam. Ita Leo Papa servatus, postquam sextum vniuersale concilium finem habue-

a Anst. lib. 7. c. 192. b Anst. libro 7. cap. 186. 1013

rat, breuem eius concilij summam ad Hispania episcopos, ut ei subscriberent, misit; quam tractatoriam vocat, que Leonis epistola manuscripta ex Hispania Romam sunt missa.

2 ¶ Nisi autem.] In originali est, vel si post aduentu tractatorie aliqua necessitates repente forsitan ortæ fuerint, nisi rationem impedimenti sui apud suum Primatem contulerint, ab ecclesie communionem debere esse contemptos. In Africana, cap. 41. reliqua eodem modo. Sed in extremo est ferè ut apud Gratianum: ecclesie sua communionem debere esse contentos, Item q. in Carthaginensi Græco. Ο παλει τας τοις τος η η χωρια τα τας ιδιους αυτων αρχαιος οικηνοτας. Similis quaedam pena imponitur in eodem concilio, dist. 38. c. fin.

C. XI. P A L E A.

Item ex Concilio Turonensi, cap. 2.

Episcopus non debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationalis causa existat.

¶ Hæc Palea abest ab illis tantu exemplaribus, in quibus paucissima reperuntur, & referunt in ista 18. quæst. 2. post. cap. fin. a Gratiano ex eodem Turonico: quem admodum & a Burchardo, & Inone.

C. XII. ¶ A communionem sit alienus, qui synodo adesse contempserit.

Item ex Concilio Arelatensi, cap. 19.

Si quis autem synodo adesse neglexerit, vel certu fratrum, an eorum dissiuiatur concilium, crediderit descendendum, alienum se a fratrum communionem cognoscit: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

C. XIII. ¶ Usq. ad proximam synodum a communionem abstinere, qui a metropolitano vocatus, absq. graui necessitate synodo adesse neglexerit.

Item ex Concilio Agathensi, cap. 35.

Si episcopus metropolitano ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi Pontifici, aut ad synodum mittit; post istis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia) ad constitutum diem adesse non differat. Quod si contulerint (sicut præfata canonum præcepta auctoritas) vique ad proximam synodum a charitate fratru, & ecclesie communionem priuetur.

C. XIII. ¶ A communionem priuetur episcopus, qui a metropolitano vocatus ad synodum, venire contempserit.

Item ex Concilio Tarraconensi, cap. 6.

Si quis episcoporum communionem a metropolitano, ad synodum, nulla graui intercedente necessitate corporali, venire contempserit (sicut statuta Patrum sanxerunt) vique ad futurum concilium eorum episcoporum charitatis communionem priuetur.

C. XV. ¶ Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui se ipsos existimant, ad metropolitano nam synodum conueniant.

Item ex Concilio Martini Pape 1.

Propter ecclesiasticas causas, & alterationum solutiones, bene placuit per singulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciales episcopos, ita ut ad concilium veniant & omnes presbyteri, & diaconi, vel hi, qui se ipsos existimant, ut in concilio cautè examinata ad iudicium perducantur. Et si qui manifestè episcopi, vel presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quàm a communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli aut episcopo liceat propria apud fœderatum concilia facere, præter eos, quibus metropoles fuit cœditæ.

a Burch. l. 8. c. 73. luo par. 7. c. 91. b Burch. l. 1. c. 50. Polyc. l. 2. tit. 15. luo p. 5. c. 260. ex concilio Spalensi, ut Burch. c. Burch. l. 1. c. 49. luo p. 5. c. 159. Pann. l. 4. c. 17. d Simile in Pannorau. l. 4. c. 18. ex Auernensi. e al. consuevit. f Apud Martinum Bracarensem episcopum in cap. synod. Græc. c. 14. Polyc. l. 3. tit. 17. g procedant.] orig.

sum iudicium perducantur. Et si qui manifestè episcopi, vel presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quàm a communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli aut episcopo liceat propria apud fœderatum concilia facere, præter eos, quibus metropoles fuit cœditæ.

¶ Martini.] Gratianus hoc primum citat nomine Martini Pape, deinceps eodem nomine multa citaturus: que omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum synodorum Martini episcopi Bracaræsi (antiquitus enim Episcopi Pape dicebantur.) Hic enim, cum esses Græcus, ad uisitationem ecclesiaru Hispania, ubi episcopatus obtinebat, ea capitula Latina fecit: & in nonnullis quædam addidit: in alijs uero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex concilio Antiocheno, c. 20. s. ead. c. p. p. r. Aliqua etiam ex Toletanis concilijs in eum libellum retulit.

2 ¶ Vel hi.] In aliquot concilio rum editionibus legitur, ut eorum, qui se ipsos existimant, in concilio cause, &c.

C. XVI. P A L E A.

[Item ex concilio Bylon.]

Annis singulis episcopus in sua diocesi synodum faciat de suis clericis, nec non abbatibus: & diuiciat ad teros clericos, & monachos.

Singuli uero episcoporum suis ecclesijs notificare studeant, que in concilio statuuntur.

¶ Palea.] In nullo collatorum exemplarium habetur, sed uersiculus, singuli concilium est præcedenti capiti: Propter ecclesiasticas sunt q. uerba Gratiani.

C. XVII. ¶ Quæ in concilio statuuntur, singuli episcoporum suis ecclesijs notificent.

Unde in Concilio Toletano xvi. cap. 6.

Decernimus, ut dum in qualibet prouincia concilium agitur, uel quisq. episcoporum ad mentionem suis intra sex mensium spatia omnes abbates, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem eorum civitatis ipsius, ubi præesse dignoscitur, nec non & cunctam diocesis sue plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus coram eis plenissime omnia referret, quæ eodem anno in concilio acta vel definita esse noscuntur. Quod si quisquam hæc parumpendenda crediderit, sententia excommunicationis duorum mensium curriculo persistat vique quaque multatus.

¶ Quatenus.] In duobus exemplaribus huius demixti concilij Toletani, locus hic ita legitur: quatenus coram eis publice omnia referata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissime notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.

De epistolis uero decretalibus queritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonu non inueniantur. De his ita scribit Nicolaus Papa Archiepiscopus, & episcopis per Gallias constitutis.

C. I. ¶ Decretales epistole vim auctoritatis habent.

Si a Romanorum Pontificum decreto, ceterorum supensula tractatorum approbantur, vel reprobantur: ita ut, quod sedes Apostolica, probauit, hodie teneatur acceptum; & quod illa repulit, hætenus inefficax habeatur: quanto potius, quæ ipsa pro catholica fide, p sanis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs ecclesiæ necessitatibus & fidelium moribus diueto tempore scripsit, omni debet honore præferri, ab omnib. profus in quibuslibet opportunatibus discretione, vel dispensatione magistra reuerenter assumi? Nam quæ quidam uestru scripserint, hæud illa decretalia præfatorum Pontificum in toto canonum codicis corpore cõtineri

a luo part. 5. cap. 33.

descripta eodem ipsi ubi hæc est intentio suffragari
conspiciunt illis indifferenter vtiuntur, & solum nunc
ad immutationem sedis Apostolicæ potestatis, & ad
sorum augmentum privilegiorum minus accepta ef-
se perhibeant. *Item in frâ.* ¶ Si idem non esse decreta-
les epistolæ prætorum a Pontificum Romanorum ad-
mittendas dicunt, quia in codice canonum non habentur
adscriptas, ergo nec sancti Gregorij, nec vltius al-
terius, qui ante vel post ipsum fuit, est aliquod institutū,
vel scriptum recipiendum, eod quod in codice canonū
non habeatur adscriptum. Ergo doctrinam eorum, &
sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in co-
dice canonum non habentur adscriptas, de codicebus
suis eradant. Vt quid vel membranas occupant, post-
quam non habentur acceptas? Sed quare multum im-
moramur, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris, &
noui Testamenti iam recipimus, si istos duxerimus au-
diendos? Etenim neutrum horum in codice canonū
ecclesiasticorum habetur insertum. Sed res istæ sunt
istis, qui non ad obediendum potius, quam ad resisten-
dum semper sunt parati, dicentes, quod inter cano-
nes inueniatur capitulū sancti Papæ Innocentij^a, cuius
auctoritate doceatur a nobis vtrancq; testamentum
esse recipiendum, quamquam in ipsius paternis canoni-
bus nullum eorum ex toto continetur insertum. Qui-
bus ad hæc asserendum est, quomam si vetus, nouūq;
Testamentum recipienda sunt, non quod codici cano-
num ex toto habeantur annexa, sed quod de his reci-
piendis sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sen-
tentia, restat nimirum, quod decretales epistolæ Ro-
manorum Pontificum sunt recipiendæ, etiam si nō sint
codici canonum compaginatæ: quoniam inter ipsos cano-
nes vnum B. Leonis Capitulum constat esse permi-
ssum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apo-
stolicæ custodiri mandantur, vt si quis in illa commiserit,
nouerit sibi veniam denegari. At enim e. de iur. i. suarum
decretalium: [Ne quid verò sit, quod prætermis-
sum a nobis fortè erodatur, omnia decretalia constitu-
ta tam beatæ recordationis Innocentij, quam omnium
decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus,
& canonum promulgata sunt disciplinis; ita a vestra
dilectione custodiri mandamus, vt si quis in illa commi-
serit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.] Dico-
verò somnia decretalia constituta.] nullum de de-
cretalibus constituitis prætermisit, quod non manda-
rit esse custodiendum. Et rursum asserendo [omnium
decessorum nostrorum,] nullum Pontificum Romā-
norum, qui ante se fuerunt, excepit: cuius ita non præ-
ceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt
si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit
denegari. Itaque nihil refert, vtrum sint omnia, nec ne
decretalia sedis Apostolicæ constituta inter canones
conciliorum immixta; cum omnia in vno corpore com-
paginari non possint, & illa eis intersint, quæ firmiter
his, quæ desunt, & vigorem suum assignent, præsertim
cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti
sunt, in codice canonum non habeantur sed a nobis om-
ni cultu debito venerentur. Consonat autem huic
beatissimo Papæ Leoni sanctus & facundissimus in de-
cretis suis Papa Gelasius h. ita inquit: [Decretales
epistolæ, quas beatissimi Papa diuersis temporibus ab
vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione de-
derunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.] In quo
notandum est: quia nō dixit [decretales epistolæ, quæ

a. al. sanctorum. b. al. etiam. c. al. auctores. * In-
nocent. Pp. 1. ad Iuxerium. epist. 3. cap. vlt. d. al. refe-
rendum. e. Leo. Pp. 1. epist. 1. in fine. f. al. quinto
sorum decretalium. g. al. ordinata. h. Gelasius Pa-
pa 1. cum lxx. epist. p. 1. Elabatur supra 15. dist. in d. c. san-
cta Romana s. item decretales.

inter canones habentur] nec tantum [quas moderni
Pontifices ediderunt;] sed [quas beatissimi Papa di-
ueris temporibus ab vrbe Roma dederunt.] Dicitur au-
tem [diuersis temporibus] etiam illa tempora vir san-
ctus comprehendit, quæ crescentibus paganorum
persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas
episcoporum difficillime permittebant. His ita diuina
fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam differen-
tiam esse inter illa decreta, quæ in codice canonum
habentur, sedis Apostolicæ præfulum; & ea, quæ præ
multitudine vix per singula voluminum corpora re-
periuntur: cum omnia, & omnium decessorum suorum
decretalia constituta, atque decretales epistolæ, quas
beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma de-
derunt, venerabiliter fore suscipiendas, & custodi-
endas, eximios præfules, Leonem scilicet & Gelasium man-
dasse probauimus.

1. ¶ Cum ipsi.] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola
Nicolas, quæ Romæ manuscripta habetur: Conuenerit im-
pressa est in appendice bibliothecæ sanctorum Parisi: vt de
tū est s. dist. 10. c. leges. in qua epistola multa alia habentur
ad epistolæ decretales etiā antiquissimas pertinencia.*

C. II. ¶ Omnes sanctiones Apostolicæ se-
dis irrefragabiliter sunt ob-
seruanda.

Item Agatho Papa omnibus Episcopis.

Sed omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ
sunt, tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint.

C. III. ¶ Tolerandum est in quibus, quod a san-
cta sede imponitur, licet importa-
bile videatur.

Item ex capitulis Caroli Imperatoris.

IN memoriam B. Petri Apostoli honoremus sancti
Romanæ, & Apostolicæ sedem; vt quæ nobis sacer-
dotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ
magistra rationis. Quare seruanda est eum manufactu-
dine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa sancta se-
de imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione
toleremus. Si verò (quod non decet) quilibet, siue sit
presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem ma-
chinando, & nostro ministerio insidiando, redargua-
tur falsam ab Apostolica sede detulisse epistolam, vel
aliud quid, quod inde non venerit, falsa fide, & in-
tegra circa Apostolicum humilitate; penes episcopum
sit potestas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detru-
dat custodiam, vtique quo per epistolam, aut per idoneos
sue partis legatos Apostolicam interpellat sublimita-
tem, vt potissimum sua sancta legatione digne decer-
nere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat
definire, vt & is corrigatur, & ceteris modis imponat.

1. ¶ Capitulis.] *Sic emendatum est ex aliquo manu-
scripto, & Luone. Ac Nauclerus vol. 2. gen. 28. narrat hoc
esse vnum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus
Magnus ad omnes suas prouincias misit. Burchardus autē
citatur ex concilio Triburien. sic. 10. vbi vtiā extat.*

2. ¶ Salua fide.] *Apud Burchardum est, falsa fide, &
non integra.*

C. IIII. ¶ Quidquid Romana ecclesia sta-
tuit, vel ordinat, ab omnibus obser-
uandum est.

Item Stephanus f. Papa.

Enimvero, quia in speculum, & exemplū sancta Ro-
mana ecclesia cui nos Christus præesse voluit, propo-
sita g. est; ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordi-
nat, perpetuo, & irrefragabiliter obseruandum est.

a. al. corpore. b. Deu dedit par. 7. Polyt. 1. 1. 17.
Iuo. par. 4. c. 238. c. Extat in concilio Triburien. c. 10.
Burch. 1. c. 220. Iuo. p. 5. c. 50. d. al. Apostolicæ decretalium.
e. al. conuenient. f. al. Stephanus. g. al. postea est om-
nibus, quidquid.

C. V. ¶ *A Pontificali bus sit alienus officii, qui Apostolicis non vult obedire preceptis.*

Item Gregorius IIII.

N VII a fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolica sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium; quod vestram fed oportet charitatem. 2. ps. ¶ Sit ergo ruma sua dolore prostratus, qui quis Apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus à sancta & Apostolica ecclesia, ac auctoritate, sua de inobedientia, atque presumptione à quoquam esse non dubitatur: quia maioris excommunicationis deiectione est abiectendus, b cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum præfata sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam aliis, nec præterirent, in sinuare. Sitq; alienus à diuinis, & Pontificalibus officiis, qui non luit præceptis Apostolicis obtemperare c.

¶ *Caput hoc est in eadē epistola Gregorij IIII. ex qua sumptum est cap. Decreto nostro infra, 2. q. 6. Extat autem in codice sepe memorato bibliothecæ Dominicanæ.*

C. VI. ¶ *Inter canonicas scripturas Decretales epistole connumerantur.*

Item Augustinus de doctrina Christiana, lib. 2. cap. 8.

I N d canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum diuinarum scripturarum solertissimum indagator auctoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sint, quas Apostolica sedes habere, & ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiuntur ecclesiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis verò quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauiioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi (quanquam hoc inueniri non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet: In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur ecclesiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis verò, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauiioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, (quanquam hoc inueniri non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. Quæ quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.*

C. VII. ¶ *Ministerij diuini se exortem intelligat, qui à soliditate Petri recedit.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Ticinenses, epist. 78.

I Ta g Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis, & prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est h [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Sed huius muneris sacramentum

ita Dominus ad omniū Apostolorum officium pertinere voluit; vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij a intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum, id q ipse erat, voluit nominari, dicendo, Tu b es Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiam meam: Vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi præuulerent. Verum hanc petre istius sacratissimam firmitatem, Domino, vt diximus, ædificatæ, constructam, nimis impia vlt præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus suis, & id quod accepit à veteribus, non sequendo.

Hoc autē intelligendum est de illis sanctionibus, vel decretalibus epistolis, in quibus, nec precedentium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrariū inuenitur. Anastasius enim secundus sanore Anastasij Imperatoris, quos Acacius post sententiam in se prolatam sacerdotibus, vel Leuitas ordinauerat, ritè fungi acceptis officij, debere decreuit, ita inquitens.

¶ *Anastasius.] Minime verum est sensisse Anastasium, ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, ritè fungi acceptis officij potuisse. Hoc enim duntaxat inquit in capite sequenti firmam esse sacramenti gratiā ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & alia omnes sententiæ, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasij accepit, vera sunt. Habetur autem hac eadem Anastasij Papæ II. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbanit, vt infra distin. 20. c. de libello. est adnotatum. Itaq; sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius, à Gratiano.*

C. VIII. ¶ *Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur.*

Anastasius II. ad Anastasij Augustini, epist. 1. c. 7. & 8.

S Ecundum c ecclesiæ catholicæ consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat; q nullum de his, quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod præcū sit ab ecclesiis siue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per columbam, oninem maculam humanæ pollutionis excludit: quæ declaratur, ac dicitur. [Hic est d, qui baptizatus in Spiritu sancto, & igne.] Nam h visibilis Solis istius radij, cum per loca fetidissima transsēt, nulla contactus inquinatio maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate restringitur. Nam & Iudas, cūm fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarant hoc ipsum Domino mani festissima voce [Scriba, & inquit, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ aut faciūt, facere nolite; dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominū profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totū contineri implente i diuinitatis effectum. Ita ille, per quē loquitur Christus, Paulus G affirmat. [Ego plantauit, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat

a. Polyc. l. 1. tit. 17. Ansel. l. 2. c. 21. Ino p. 5. c. 11. & 349. b. al. exiendus. c. al. obedire. d. Polyc. lib. 1. tit. 25. Ansel. l. 3. c. vlt. & l. 6. c. 212. e. facile. f. orig. Antuerp. f. Mysterij. g. Ino p. 5. c. 6. h. Psal. 18.

a. al. ministri. b. Matth. 16. c. In codice canonum, fol. 156. B. Polyc. l. 3. tit. 10. Ansel. l. 9. c. 62. Ino p. 1. c. 151. Nicolaus ad consilia Bulg. c. 15. d. Ioan. 1. c. 12. e. Matt. 23. f. al. implendo diuinitatis effectum. g. 1. Cor. 3.

Innocentij, Zozi, Caesetini, Leonis Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicij, & Gregorij iunioris. Isti omnino sunt, & per quos iudicant episcopi; & per quos episcopi simul iudicantur, & clericis. Nam si tale emerit, vel contingerit inositatum negotium, quod minime possit per istos definiti; tunc si illorum, quorum meministi, dicta, Hieronymi, Augustini, Ildorij, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium reperita fuerint, magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam se dem referendum de talibus. Quam ob causam licentius, & magna voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (sive sit ille episcopus, sive clericus, sive laicus) non in indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem; nec sancta quatuor Euangelia vitiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur.

¶ Sunt canones.] Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs utebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, ut superius Nicolaus, in c. Romanorum, 19. dist. scripsit.

¶ Carthaginensium.] In codice canonum vnicæ est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis, collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vti eis esse, quando in codice canonum referendos curauit. Eisdem etiam Greci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum concilijs, in linguam suam vertentur, & hi ipsi sunt, quos isid. numeris Anselmus, Burchardus, & Iuo citant. Namus Gratianus interduo quidem his tractat; interduo vero ex synodo Carthaginensibus concilijs canones accipiat, quod suis locis indicabitur. Et de hac vnicæ Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16. c. prima adnotatio. v. septima, quod hic declarandum dilatauit.

¶ Non indifferenter.] Anselmus, De off. dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent, qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutaris.

C. II. ¶ Corripendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant.

Item Nicolaus I. Pholis, in epistola, cuius initium est, [Postquam beato Petro.]

¶ I decreta Romanorum Pontificum non habetis, de neglectu atq; incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis, de temeritate estis corripendi, & increpandi.

C. III. ¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacre Scripturæ auctoritas non occurrat.

Item Innocentius I. Papa.

De quibus c. causis nulla soluendi, ligandiq; auctoritas in libris veteris Testamenti, quatuor Euangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad diuina recurrere scripta Græca d. Si neque in illis, canones 2 Apostolicæ sedis inquirere. Si nec in illis, ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si omnibus his inspectis, huius questionis qualitas non lucidè inuestigatur; seniores provincie congrega, & eos interroga. Facilius nanque inuenitur quod à pluribus senioribus

a. al. profectum. b. Est eadem epist. 6. ex qua sumptum est. c. quod dicitur supra, dist. 16. Anselm. lib. 3. cap. 33. d. Polycarpus lib. 7. tit. 3. Burchard. lib. 3. c. 128. Iuo par. 4. cap. 70. d. al. Græci.

quaritur. Verus enim reprimisior Dominus ait 2, [Si duo ex vobis, vel tres conuenierint super terram in nomine meo, de omni re quacumq; petierint, fiet illis à patre meo.]

¶ Innocentius.] Caput hoc non est inter epistolat Innocenti primi, quæ multa extant; neq; verò Innocentij secundi esse potest, cum ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipsum citatur.

¶ Canones.] Verba hæc, quæ apud Gratianum deerrant, sunt apud Burchardus, & Iuonem, & Polycarpum, in quo Polycarpo habentur vol ipso loco, in quem sunt rescripta.

DISTINCTIO XXI.

¶ Decretis ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. ¶ Ministri vero sacrarum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & iuxta profectes, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri Testamento est inchoata, & in nouo plenius confirmata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen b, qui ex præcepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios vero eius vnxit in minores sacerdotes. Postea verò David, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores instituit. Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo demones adiuuati, ex obsessis corporibus pellebantur: huius officio mancipati, exorcistæ vocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio c. [Si ego in Beelzebub euicio demonia, filij vestri (videlicet exorcistæ) in quo euiciunt?] Hæc omnia in nouo Testamento ecclesiastica, habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cantoribus leutores, & simul cantores instituit. Exorcistas autem nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filiis vero Aaron, omnes in sua summum Pontificem sacerdotum admittuntur sunt summum.

¶ Inter eos quædam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archiepiscopi, alij chor-episcopi, alij episcopi, alij archiepiscopi, seu metropolitæ, alij primates, alij patriarchæ, alij summi Pontifices. ¶ Horum discretio à gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter verò maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo Testamento ab ipso Christo simpliciter exordium, qui duodecimo Apostolos tanquam maiores sacerdotes, & lxxij. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei præ omni- bus, & pro omnibus clauis regni calorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen inposuit, atq; pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt ceteros confirmaret, sibi in iunx. dicens d. [Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hanc eandem formam Apostoli secuti, in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus e. Subdiaconos, & acoluthos procedente tempore ecclesiæ sibi constituit.

C. I. ¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduum sumuntur.

¶ De his ita scribit B. Ildorus lib. 7. Etymol. c. 12. nomina illorum, & nominum canonicus exponens, ita inquit.

¶ Cleros f, & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias g. forte electus est, quæ primùm per Apostolos legimus ordinari. K. h. g. enim Græcè, fors Latine, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicitur clenci, quia de forte domini sunt; vel quia Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur om-

a. Mat. 18. b. Exo. 28. 1. Paral. 25. & 3. 23. c. Luc. 11. d. Enc. 22. e. Act. 6. f. De off. cler. lib. 2. c. 1. Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 2. g. Act. 1.

nes, qui in ecclesia Christi deleuerunt, quorum gradus, & nomina sunt hæc: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. ¶ Ordo episcoporum quadrupertitus est, id est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha, græca lingua, summus patrum interpretatur, quia primum, id est, Apostolicum retinet locum, & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus græco dicitur vocabulo, quod sit summus episcoporum, tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam metropolitanis, quam ceteris episcopis. Metropolitanus autem à mensura ciuitatum vocatur: singulis enim prouinciis præminent, quorum auctoritati, & doctrinæ ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet episcopos: sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissæ est. Omnes autem superiùs designati ordines vno eodèque vocabulo episcopi nominantur: sed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter distinctionem potestatis, quam singulariter acceperunt. Patriarcha patrù princeps: *Aρχων* enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus à mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur b episcopus, superintendat, scilicet curam gerens subditorum: *Επισκοπος* enim Græcè, intendere dicitur. Episcopi autem Græcè, Latine speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eò quod speculetur, & perspicat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse, quid vnusquisque facere debeat ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modò sacerdotem, modò prophetam significat, modò poetam. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antefat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, & supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrus dans: sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem gentiliū flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga, desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter altum ferre non possent, filo tantum capita religare cæperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito, pileum imponebatur pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græcè, Latine senior interpretatur: non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde 2 & apud veteres, iidem episcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non 3 ætatis. Ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec christum a fronte signant, nec paracletum Spiritum dant, quod solis debent episcopi, leu. 10. 1. ¶ Apostolorum demonstrat. ¶ Leuita ex nomine auctoris vocati. De Leui enim leuita exorti sunt, à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græcè diaconi, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote conse-

a ad doctrinam & potestati. orig. b superefficitur, superintendat. orig. c Rab. s. Act. 3.

cratio, ita in diacono ministerij & dispensatio habetur. ¶ Hypodiacones Græcè, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officiis leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinai vocantur. ¶ Lectores à legendo, psalmista à psalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis, quid sequantur; isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licet & quidam lectores ita miserabiliter pronunciant, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellant, lidem etiam & pronunciatos vocantur, quod porro b annunciant. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longè positorum aures adimpleant. ¶ Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere poterunt, præcentor, & succentor: præcentor scilicet, qui vocem præmittit in cantu; succentor autem, qui subsequenter canendo respōdet. ¶ Concentor autem dicitur, quia consonat; qui autem non consonat, nec concinit, nec cantor, nec concentos erit. ¶ Acolythi c Græcè, Latine ceterofarij dicitur, à deportandis cereis, quando legedum est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilat, sed ad signum legitimitatis demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis, illa lux ostēdat, de qua in Euangelio legitur d, [Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] ¶ Exorcistæ ex Græco in Latinum adiuurantes, siue increpantes vocantur: inuocant enim super catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesuy, adiurantes per eum, vt egrediantur ab eis. ¶ Ostiarij iidē, & ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicit autem ostiarij, quod præfinit ostiis templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles.

1 ¶ Id est apostolicum. A: ita legebatur, post Apostolicum. Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterum exemplarum Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat, quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 27. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis: Ita que cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate conualluit, quæ in tribus locis vnus est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quantumvis discesserunt, sedit. Atque hoc idem ait Anacletus, c. sacrosancta. infra, dist. 22.

2 ¶ Vnde & apud. Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habentur apud sanctum Isidorum.

3 ¶ Et non ætatis. In originali est, hoc ætatis, & in ta apud Hieronymum in epist. 87. ad Oceanum, sed ob glossam non est mutatum.

C. II. ¶ Romana Ecclesia à Christo primatum accepit.

Item Anacletus ad episcopos Italiae, epist. 2.

IN nouo Testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotialis cepit ordo: quia ipsi primò Pontificatus in ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo

a al. mysterij. b al. populo. c luo par. 6. cap. 8. d Ioan. 1. e Ansel. l. i. c. 1. Polyc. l. i. c. 1. luo p. 5. c. 1. Pan-norm. l. 3. c. 82. f Matth. 16. c. vlt.

ecclesiam meam; & porta inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni celorum.] Hic ergo ligandi, atque soluendi potestatem primus accepit à domino, primusque ad fidem populum virtute suæ predicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum eode pari consortio honorem, & potestatem acceperunt; ipsi quoque principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoque decedentibus, in locum eorū successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine, & modo; quos qui recipit, & verba eorum, Deum recepit: qui autem spernit eos; eum à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur à Domino. *Videntes autem autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerunt dominum mittere, ut mitteret operarios in messem suam:* inde ab eis electi sunt lxxij. discipuli; quorū typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

C. III. ¶ *Primum Romanæ ecclesiæ non aliqua synodus, sed Christus instituit.*

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus orthodoxis.

Quamuis b vniuersa per orbem Catholica ecclesiæ vnus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodis constituta, ceteris ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. [Tu es Petrus (inquiens) & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni celorum; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli, vasis electionis, qui non diuerso (sicut heretici garrunt) sed vno tempore, vno eodemque die gloriola morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiā Christo domino consecratur, eamque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerādo triumpho prætulerunt. Ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesiā, non habet maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi.

3. pars. In his omnibus, quanto gradus celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus obsequendum est regendi, & iubendi potestas: in minoribus obsequendum necessitas.

C. IIII. ¶ *Inferiorum facta, superiorum sententia obnoxia sunt.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem, in epistola, cuius initium est [Proferamus.]

Inferior sedes superiorem absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc liquidè peruidetur, quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potior ligare. & infra. Vnde propheta ait: [Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secatur ea? aut exaltabitur ferra contra eum, qui trahit eam?] His ita ex diuina scriptura, & probabilitum Patrum doctrina commemoratis, sole claris exhibuimus, non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudicium suis addicere, aut propriis definitionibus subiugare.

C. V. ¶ *De eodem.*

Idem eadem epistola.

Nolite nos existimare facta cuiuscunque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velimus filios circa spiri-

a Luc. 10. Matth. 9. b In decretis cum 70. episcopis. Poly. l. i. tit. 2. Anst. l. c. 69. Burch. l. 3. c. 220. Pann. l. 2. c. 3. c. Mat. 26. d. Inf. disp. 22. c. sacrosancta. ex Anst.

tualem patrem, & discipulos erga magistrum deuotos, ac sobrios esse; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam diuidendam,) sed nec saltem tenuiter reprehendendam proficiant.

C. VI. ¶ *Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt.*

Item Nicolaus Papa eadem epistola.

Denique si in epistola legimus ad Hebræos b, quod minor à maiore benedicitur; restat professio, vt exigente ratione etiam maledicatur. Siquidem hæc vtique prænoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarum, imprætermissa c seruatur: ita vt nullus sacerdos maiore suo non innuente d contacerdotē cuiuslibet rei benedictionē e dare nitatur: sed anterior stans ad pronuntiandā aliquā lectionē, benedictionem quidem postulat, sed ei cuiuslibet inferior non audeat penitus benedicere. Cur hoc? numquid benedicere peccatum est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc innuitur, quanta censura franco inferioribus quique à suis præpositis in dicandis coercendi sunt; si his nec etiam benedicendi ius vllum peccatis obtrineant.

C. VII. ¶ *De eodem.*

Idem eadem epistola.

Vnc g autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, offendere vobis (si tamē audire velitis) non posse quemquam rite ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, iudicialibus admitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani, & Maximiani Augustorum, Marcellinus episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus est à paganis, vt in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex fe egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sæpissime omnes perhiberent: Tu ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterum: Noli, aiunt, audiri nostro iudicio; sed collige in sinu tuo causam tuam, & rursus: Quoniam ex te, inquit, iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur à quoquam. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cum quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentasset quædam mali h numeris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere aduersus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum vrbium subactus iudiciis inuenitur.

C. VIII. ¶ *Maiores à minoribus iudicari non possunt.*

Idem Nicolaus eadem epistola.

Submittitur Ignarius minorum, inferiorum, & superiorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas, sit eundem, & in omnibus conouerfis ad potioris sedis iudicia actio i dirigatur. Quod non solum à catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hereticis. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia, cum nec in causa clericorum

a Anst. l. 7. cap. 144. Ino. p. 5. cap. 17. c. par. 6. c. 355. b Heb. 7. c. al. imp. ceteri. d. al. iubente. e. al. benedicere nitatur. f. Gal. 5. g. Poly. l. i. tit. 20. Anst. l. 2. c. 67. al. 76. Ino. par. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6. h. al. non boni. orig. i. orig. non habet.

inferioris gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum a sic.

C. IX. ¶ *Minorum sententia, maiores damnare non valent.*

Idem Nicolaus ead. epist.

In tantum hanc præsumptionē sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum Antistitem inter cetera, idcirco potissimum sine ulla restitutione damnauerint, quia in contumacia permanens erga primam sedis Romanæ privilegium, resistere a suis iurisdictionibus, ut seruaretur a prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cælo os suum, & lingua eius transiente super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita ut in sententiâ contra ipsam prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes: [Quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dicere aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ Leonem.] Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrū iuste, an iniuste ipsam Dioscorum excommunicationem dictasset? Non placet: sed abique omni controuersia hoc in coacti sunt: quia cum esset inferior, potiorum quibuslibet conatus est lacessere contumeliosus, teste Anatolio Constantinopolitano præfule: qui dicit: [Propter fidem non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.]

¶ *In contumacia] Hinc vsque ad verb. ponens. addita sunt ex originali.*

DISTINCTIO XXII.

Quia ergo maior a minori indicari non debet, videndum est, quæ inter ceteras ecclesias, primam locum, quæ secundam, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.

C. I. ¶ *Romana ecclesia ceterarum primatum tenet.*

Vnde Nicolaus Papa II. d. scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum.

Omnes: & siue patriarchij cuiuslibet apices, siue metropoleon primatus, aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia illam verò solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non ergo quislibet terrena sententia, sed illud verbum per quod constructam est cælum, & terra; per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certè privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniusticiam facit. Qui autem Romanæ ecclesiæ privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in heresim labitur; & eam ille vocetur iniustus, hic est proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesiis præfulsè cognoscitur. ¶ *Vnde & ipse S. Ambrosius de in omnib. sequi magistratam sanctam Romanam proficitur ecclesiam.*

C. II. ¶ *Non ab Apostolis, sed ab ipse Domino Romana ecclesia primatum accepit.*

a al. presulandum. b Poly. l. i. tit. 20. Ansel. l. 2. cap. 65. Ino. p. 5. c. 8. Pannorm. l. 4. c. 6. & 7. * Psal. 72. c. In concilio Chalcedonen. sessione 5. d. innot.] Ansel. l. 2. Ansel. l. 1. c. 63. al. 64.

Item Anacletus servus Christi Iesu ad omnes episcopos, epistola 3. c. 3.

Sacro sancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse B. Petrus Apostolo dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferi non preualebunt aduersus eam; & tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.] Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli, vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est, & ambo sanctam ecclesiam Romanam consecraverunt, aliisque omnibus vrbus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho præterunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamē verbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: [Testis enim mihi est Deus, cui seruo in spiritu meo in Euangelio stitit eius; quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.] ¶ *Prima ergo sedes est cælesti beneficio Romana ecclesia, quam (vt memoratum est) beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio consecraverunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine a Marco eius discipulo atque Evangelista consecrata est: quia & ipse in Aegypto primum verbum veritatis directus a Petro predicauit, & gloriosum suscepit martyrium; cui venerabilis successit Abilius. Tertia verò sedes apud Antiochiam eiusdem, id est beati Petri apostoli nominæ habetur honorabilis; quia illic, priusquam Romanam veniret, habitauit, & Ignatium episcopum constituit; & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est, & post pauca. ¶ Inter beatos Apostolos quidam fuit dicitur & potestatis, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino concessum est (& ipsi inter se id ipsum voluerunt) vt reliquis omnibus præferebat Apostolis, & Cephas id est caput, & principium teneret apostolatus, qui & eadem formam suis successoribus, & reliquis 3 episcopis tenendam tradiderunt. Et non iolum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit: vnde scriptum h est: [Moses, & Aaron in sacerdotibus eius.] id est, primi inter eos fuerunt, & post pauca. ¶ Hæc verò Apostolica sedes, cardo, & caput (vt prædictum est) omnium ecclesiarum a Domino, & non ab alio est constituta, & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.*

¶ *Quia] Hinc vsque ad ver. Tertia. addita sunt ex originali: que modum & alia nonnulla.*

¶ *Cephas.] In Euangelio Iohannis c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur petra, quod Græci petram significat: idque docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas, c. 2. neque credendum est ignorasse Anacletum: sed voluisse eam distinctionem ad Græcam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus, cæcilius de decima, in nomine, Iesus, non modo hebraicam, sed etiam græcam illi etymologiam tribuens.*

a Lib. 3. de sacramentis, cap. 1. In præfatione concilij Niceni. Poly. l. 1. tit. 2. Ansel. l. 1. cap. 2. & 26. Pannorm. l. 2. cap. 2. b Matth. 16. c sup. dist. 21. cap. quamuis. d Rom. 1. e Pannorm. l. 4. cap. 5. f Poly. l. 1. tit. 1. Ansel. l. 1. cap. 7. Bursi. l. 1. cap. 149. Ino. part. 5. c. 166. g al. discreto, & licet. h Psal. 98. i Poly. l. 1. tit. 1. Ansel. l. 1. c. 2. Ino. p. 5. c. 178. Bursi. l. 1. c. 294.

Atque

Alqui hanc ipsam nomen Cephas, & Petrus, & Petrus, antiquus, & probatus auctor, quem Hieronymus, & Augustinus magni faciunt, libro secundo, eodem modo, quo Anacletus, accepit, his utriusque verbis: Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma, Petro primo cathedram episcopalem esse collatam: in qua sedet omnium Apostolorum caput Petrus: unde & Cephas appellatus est. Et Isidorus lib. 7. Etym. c. 9. sic de Petro loquitur: Cephas dicitur, eod quod in capite sit constitutus Apostolorum. *Et quod enim graece caput dicitur. Verum apud Bithyniam & Iuonem sic habetur: ut reliquis omnibus praeset Apostolis Cephas, id est, ut Petrus principatum teneret Apostolorum.*

3 ¶ Et reliquis. In originali est, & originalis apostolici episcopis. Hac auctoritate Alexandria ecclesia secundam a prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana synodo, ecclesia Constantinopolitana a sede Apostolica locum accepit.

C. III. ¶ Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum.

Vnde in eadem synodo, id est, Constantinopolitana, sic constitutum est.

Constantinopolitana civitatis episcopum habere oportet primatum honorem post Romanum episcopum: propterea quod sit nova Roma.

¶ Canon hic ex iure est, quos Apostolica Romana sedes a principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 31. alius 53. Leonis Papae primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & alia eiusdem epistolae facile est curis cognoscere: itemque ex Quibus epistolae Leonis non una aduersus presumptiones Michaelis, & Leonis, cap. 28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarior ex B. Gregorii epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atque ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem, quae incipit, Proposueramus. Quamquam Constantinopolitani episcopi Imperatorum potentia freti, secundum locum Patriarchali sedium sibi comparant: idque tandem pacis, & tranquillitatis causa sibi ipsi concessum, sicut in ca. antiqua, de privilegio Innocentii Papae II. declaravit.

C. IIII. ¶ Apostolicae sedis Constantinopolitanam constare esse subiectam.

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 63.

De Constantinopolitana ecclesia quod dicitur, quis eam dubitet sedis Apostolicae esse subiectam? quod & D. piissimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem civitatis episcopus assidue protestentur. Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & maiores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Scilicet est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona, quae viderit, discere contemnat. Idem eodem, epist. 64. Nam, quod Primas Byzantenus sedis Apostolicae dicit se subiecti, si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio quis & subiectus non sit: cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis aequales sumus.

¶ Hoc caput scriptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: scilicet in epist. 63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de Primas Byzanteno provinciae Aetiae, non autem Constantinopolitano, quod videtur & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse adducti fortasse summa illa, quae praeposita est epistole Gregorii. Auctor quidem glossae, quod Gratianum putavit sensisse, aperte exposuit.

a Ex prisca versione. Poly. l. 2. tit. 22. b Ansel. l. 1. c. 166. c Al. et episcopus subiectus.

C. V. ¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur.

Item Gelasius Papa I ad Fasium magistrum legationis.

Qua traditione maiorem, Apostolicam sedem in iudicium vocant? An secunda sedis Antistites, & ceterae, ceterique bene sibi contenti sacerdotes depelli debuerunt, & qui religionis exitu inimicus, depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui sacri, qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanae civitatis episcopus, quae utique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoveri?

C. VI. ¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum.

Item ex 6. synodo sub Iustiniano congregata, cap. 36.

Renouantes I sancti Constantinopolitani decreta concilii, petimus, ut Constantinopolitana sedes similia privilegia, quae superior Roma habet, accipiat, nec non in ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa: sed haec secunda post illam existens, prius quam Alexandria sedes numeretur, deinde Antiochiana, & post eam Hierosolymitana.

Hinc datur intelligi, quod Alexandria ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, ut Constantinopolitanam, & Alexandrinam parum suae dignitatis velit locum obtinere.

1 ¶ Renouantes.] Sic agitur de quinto illi canone prima synodi Constantinopolitanae, de quo supra ead. a Constantinopolitanae dicitur. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sunt in synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. sextam supra. 16. dist.

2 ¶ Superior.] Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgato erat, inferior. Graece est, *ἡ ἄνω* & *ὑψηλότερος* posuit, id est, antiquior vel senioris Romae, ut in ca. proximo. Omnia autem caput hoc longe breuius est in hac versione, quam in graeco exemplari, non tantum loco copiosius, quod Antiochenam numerat sedem: cuius in graeco vulgato nulla mentio.

3 ¶ Nec non.] Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & graeco, antea enim legebatur, non tamen.

C. VII. ¶ Quae patriarchalium sedium primum, vel deinceps tenent locum.

Vnde in 8. synodo, habita sub Hadriano Papa II. can. 21.

Illimus & neminem prorsus mundi potentum, quemquam eorum, qui Patriarchalibus praesunt sedibus, in honorare, aut mouere a proprio throno tentare, sed omni reuerentia, & honore dignos indicare, precipue quidem sanctissimum Papam senioris Romae, deinceps autem Constantinopolitanae Patriarcham, deinde vero Alexandriae, ac Antiochiae, ac Hierosolymorum.

DISTINCTIO XXIII.

Reiter qua inter ecclesiastica officia sit differentia, monstrauimus. Nunc a summo incipientes, & usque ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeant ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

C. I. ¶ Decretum Nicolai Papae de electione summi Pontificis.

Vnde Nicolaus Papa II. in con. Lateranensi.

a Ino. p. 5 c. 9. b *ὁ ἐκ τῶν*, id est, statim. c Deus dedit, p. 3. Ansel. l. 2. c. 72.

IN nomine Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem. M L X. mense Aprilis, indictione xij. propositis sacrosanctis Euangelis, prestante quoque reuerendissimo b, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchis, qua cognominatur Constantiniana, cōsidentibus etiam reuerēdissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. Nonit beatitudo vestra, dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto pia memoria Domino Stephano predecessore nostro, hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacę heresis trapezitas repetitis malleis, crebrisque tursionibus subiacuerit; adeo, vt columna Dei uientis iam iam penē uideretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris, procellis intumescens cogereretur in naufragij profunda submergi. Vnde, si placet fraternitati vestra, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidua c (quod abicit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi predecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanę uersalis ecclesię Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissimē simul de electione tractantes, mox Christi d clericos Cardinales adhibeant: sequę reliquos clericos, & populus ad consensum nouę electionis accedat, nimirum præcauentes, ne uenialitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi uiri præduces sint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces. Certus uero atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si per se ipse diuersorum Patrum regulis, siue gestis, etiam illa B. Leonis predecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla e, inquit, ratio finit, vt inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio conserati.] Quia uero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesiis, atque ideo super se metropolitani habere non potest, Cardinales episcopi proculdubio metropolitani uice funguntur, qui uidelicet electum episcopum ad Apostolicę culminis apicem prouehant. Eligatur autem de ipsius ecclesię gremio, si reperitur idoneus, uel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur, saluo debito honore, & reuerentia dilecti filij nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur, sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerint. Quod si prauorū, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in urbe non possit electio, Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisq; laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicę sedis Pontificem, ubi congruere uiderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, uel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio resisterit, ut is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non ualeat: electus tamen, sicut uerus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius: quod beatus Gregorius ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionem, uel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum apostolorū

a Pann. l. 3. c. 1. b al. reuerendissimo. c al. redi-
uina. d al. episcopi. e inf. dist. 62. Nulla ratio.

Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus a liminibus sanctę Dei ecclesię separatus abiciatur, sicut Antichristus, inuasor, & destrutor totius Christianitatis: nec aliqua a super hoc ei audientia referretur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retradatione deponatur: cui quisquis adhaerit, uel qualemcumque tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumperit, pari sententia b sit mancipatus. Quisquis autem huius nostrę c decretalis sententię temerato extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum impiis, qui non resurgenti in iudicio, reputetur, omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum Apostolorū Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac uita, & futura furorem sentiat: fiat e habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius non sit, qui inhabitet: fiant f filij eius orphani, & uxor eius uidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eiiciantur de habitacionibus suis: seruetur seruator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis g terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa sint ei contraria, & omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, & in hac uita super eum a perptam uindictam ostendant. Obseruatores autē huius nostri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum uinculis absoluat.

Huius decreti integrum exemplum est in uerustissimo libro Abbatia monasterij Farsensis litteris Longobardicis ante annos penē quingentos scripto, & alibi.

2. pars. Episcopi uero, & ceteri ordines in ipsa constituti, qualiter ordinari debeant ex auctoritate Carthagenensis concilij quarti, s. cui interfuit Augustinus, tempore Honorij Augustij, ostendamus, ab eorum examinatione incipientes.

C. II. Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur.

Qui episcopum ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si uita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante omnia, si fidei documenta uerbis simpliciter asserat, id est, Patrē, & Filium, & Spiritum sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialē, & substantialē, & coeternalem, & omnipotentem prædicans, si singulas h quasque in Trinitate personas plenum Deum, & rotas tres personas unum Deum; si incarnationem diuinam non in patre, neque in Spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis maris filius: Deus uero ex patre, homo uerus ex matre, carnem ex matris uisceribus habens, & animam humanam rationalem, sim ulque in eō ueritas uerisque nature, idem Deus & homo, una persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omnium, quę sunt, & auctor, Dominus, & rector cum Patre, & Spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit uera carnis passio; mortuus uera corporis sui morte; resurrexit uera carnis suę resurrectione k, & uera animę resurrectione, in qua uenit iudicare uiuos

a al. aliquando. b al. sententia. c al. nostri.
d Psa. 1. e Psa. 68. f Psa. 108. g Sap. 5.
h Ordo Romanus pa. 95. Burch. l. 1. c. 8. luo p. 5. ca. 62. Poth. l. 2. tit. 9. i al. singulam quamque personam.
k al. receptione.

& mortuos. Querendum etiam ab eo, si noni & veteris testamenti, id est, legis, & prophetarum, & Apostolorum vnum eundemque credat auctorem, & Deum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Querendum etiam ab eo, si credat huius, quæ gestamus, & non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel penas, vel præmia, si nuptias non prohibeat, si secunda matrimonia non damnet, si carniū perceptionem non culpet, si penitentibus reconciliariis communicet, si in baptisate omnia peccata, id est, tam illud originale contractū, quam illa, quæ voluntariè admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cùm in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene instructus, tunc eum consensu clericorum, & laicorum, & contentu totius provincie episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel presentia ordinetur episcopus. Sucepto in nomine Christi episcopatu, non lux delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat.

¶ *Capit hoc integrum extat in ordine Romano, additis adscriptum huiusmodi. Statuta ecclesiastica, cui similes titulum toti Carthaginensi quarto concilio esse præpositum in aliquos versus codicibus, testantur illic, qui totius conciliorum ediderunt.*

¶ *Acquiescat.* Post hoc verbum tam in concilio, quam in ordine sequitur, in cuius ordinatione etiam ætas requiritur, quam sancti Patres in prælegendis episcopis constituerunt.

C. III. ¶ *Qualis esse debeat clericorum conuersatio.*

Item Isidorus de ecclesiasticis officiis lib. 2. c. 2.

His igitur lege Patrum cautur, ut a vulgari vitis seculi, à mundi voluptatibus sese abstineat, non in pectusculis, non pompis intersit, cuncta publica fugiant, priuata non tantum pudica, sed & sobria colant; vitis nequamquam incumbant, neque turpium occupationes locorum, fraudisque cuiusquam studium appetant, amore pecunie, quali materiam cunctorum criminum fugiant, & secularia officia, negotiaque abiciant; honoris gradus per ambitiones non subeat: pro beneficiis medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos & contumelias caueant: odium, amulationem, obiectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulantia, rudique gestu incendant, sed pudorem, & verecundiam mentis simplicis habitu, incesluque ostendant: obsecrationem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationem, & fugiant, contubernia extranearum feminarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonij vinculo foderentur, senioribus quoque debitam obedientiam præbeant, neque vho tantæ studio semetipsos attollat: postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugiter incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet, ut dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

C. IIII. ¶ *Qui dignè sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuini.*

Item Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.

Tales gaud ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare. Melius est

a al. gloriam. b al. improbet. c Refertur in concilio Maguntino primo, c. 10. d al. timido & gressu. e al. visitationes frequentissimas. f al. ingi. g Poly. l. 4. tit. 31.

enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inuictiles, qui onus graue ordinari adducant.

C. V. ¶ *Si electio in episcopum aliqua obiciuntur, quique vel sex episcopi ad eius purificationem conueniant.*

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 40.

Illud ita tenendum est, ut quando ad eligendum episcopum conuenierimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia sæpe talia facta sunt apud vos) non præsumant ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres tantum, sed postulentur ad numerum supradictorum duo, vel tres, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradictientium: postremo illa etiam, quæ obiciuntur, pertractentur, & cum purgatus fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestre sanctitatis animo concordat, roboretur vestra dignitatis, & responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Satis placet.

C. VI. ¶ *Vota sua promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina.*

Item ex concilio Toletano II. c. 10.

Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adstricti, expedit, tamen est, ut promissionis suæ vota inb cautione spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponcione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, ut vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est aduersurus, non antè honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui adnotatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis deuotione cultodiens, iuste & pie vincere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam præmententi sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis g. Papæ edictum [Qui se icit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quæ exigit, etiam ipse dependat.] Poena etiam huiusmodi ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda, & ab iis, qui transgressores fuerint, perloquenda est.

C. VII. ¶ *Qualiter ordinetur episcopus.*

Dehinc diffinitur, qualiter ecclesiastica officia ordinentur, in concilio Carthagin. 4. c. 2.

Episcopus, cum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

C. VIII. ¶ *Qualiter ordinetur presbyter.*

Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedictore, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput eius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos oratio, utroque humero ambitur, ita tempore consecrationis, eodem oratio debet uti instanter.

a Et in concil. Arel. c. 17. Poly. l. 2. c. 8. Ansel. l. 6. cap. 65. Brev. l. 1. c. 6. Ino p. 5. ca. 60. b al. tantum accedere. c al. dignationis. d Ansel. 7. ca. 88. e al. pronobis. f al. placita sibi. g epist. 82. ad Anastasium Theop. episcopum. h al. tamen. Iorig. i al. inferenda. k Ordo Romanus pag. 100. Poly. l. 2. tit. 9. Ansel. l. 6. c. 49. al. 55. Ino p. 5. cap. 124. Pa. n. l. 7. c. 18. l Et eo. concilio. cap. 3. Poly. l. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. cap. 53. Ino p. 6. cap. 127. Paun. l. 3. cap. 37.

C. IX. ¶ Quod quisque accepit tempore con-
secrationis, ferat tempore obla-
tionis.

Unde in concilio Bracharensi 3. c. 3. legitur.

Ecclēsiasticā, & antiqua institutione præfixum no-
uimus, ut omnis sacerdos, cum ordinatur, oratio v-
troque humero ambiatur, scilicet, ut qui imperturba-
tus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, vir-
tutum semper ornamento, utroque circumseptus ap-
pareat humero. Quia ergo ratione tempore sacrificij
non assumit, quod te in sacramento accepisse non du-
bitat? Proinde modis omnibus conuenit, ut quod quis-
que percipit in consecratione honoris, hoc retineat &
in oblatione, vel perceptione suæ salutis, scilicet, ut cū
sacerdos ad sollempnia missarum accedit, aut per se Deo
sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & san-
guinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter
accedat, quam oratio utroque humero circumseptus, si-
cut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecra-
tus, ita ut de vno, eodemque oratio ceruicem pariter &
utrumque humerum premens signum in suo pectore
preparet crucis. Si quis autem aliter egerit, excom-
municationi debite subiaceat.

4. ps. *Dalmaticis autem, nec episcopis, nec diaconis
absq. Apostolica licentia vti permittitur.*C. X. ¶ Absque Apostolica licentia Dalmati-
cis, nec episcopis, nec diaconis
vtiliter.Unde Gregorius *Arago* episcopo Francorum,
lib. 7. epist. iii.

Communis frater Petrus Diaconus nobis innotuit,
quod fraternitas vestra tempore, quo hic fuit, po-
pulerit, ut sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis
licentiam praberemus. Sed qui ita hominum suorum
infirmirate compulsi desinenter abscessit, ut nec ipse
moror incumbens diutius (ut dignum erat, & res deli-
derata posebat) sineret permanere, & nos in multis
implicitis, ecclesiasticæ rationis consideratio nonum
hoc inconsulte, & subito non permitteret indulgere;
Ideo postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc
verò charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius
auctoritatis nostræ serie, petita concedimus, atque te,
& Archidiaconum tuum dalmaticarum usu decoran-
dos esse concessimus, eisdemque dalmaticis dilectissi-
mo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmissimus.

C. XI. ¶ Qualiter ordinetur diaconus.

Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum
benedicit, manū super caput illius ponit, quia non
ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

5. ps. *Queritur autem, an post benedictionem manus
presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debe-
ant perungi.*C. XII. ¶ Nec presbyteris, nec diaconis in
consecratione, chrismate manus
perungere licet.De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho Archie-
piscopo Bituricensi.

Praterea desiccitatis, vtrum solis presbyteris, an &
diaconis debeant, cum ordinantur, manus chrismi-
satis liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ec-
clesia, cui Deo auctore deferimus, neutris agitur. Sed
& quia sit a nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi
non fallat obliuio) legitimus. Ergo ad E. Innocentij
Pape canonica decietate sanctitatem tuam transmit-
timus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordina-

a perferat. *manus. b Anselm. 6. cap. 88. al.
96. c Ex conc. Carth. 4. cap. 4. ordo Romanus 91. col. 2.
Poly. lib. 2. tit. 32. Anselm. 7. cap. 52. & 60. Iuo. p. 6. cap. 17.
d Pann. lib. 3. c. 37. Iuo. p. 6. c. 121. Iuno. PP. 1. epist. 1.*bus^a obseruanda, principia paginæ ad Decentium Eu-
gubinum Episcopum missæ, te affatim edoccebut.

C. XIII. P A L E A.

EX epistola b Simplicij Papæ Seuero, & Florentino
episcopis directæ. Ad cognitionem nostri examinis,
Gabrensis diaconi relatu, peruenit de quibusdam ip-
sius ecclesiæ clericis, quorum cum vnus ad presbyte-
rium, duo ad leuitarum ministerium consecrarentur, e-
piscopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur ma-
nū suam super eos tantum posuisse, & presbyter quid-
dam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionē
dedisse: qui propter tantam præsumptionis audaciam
poterat acculatus iudicio præsentis damnari, si adhuc
in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præ-
uentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, hu-
mano iudicio aculari non potest, ij, qui super sunt, &
ab eo non consecrationis titulum, sed ignominie pot-
ius elogium acceperunt, ne sibi licentiam talis vltra v-
surpatio faciat, decreuimus, vt à gradu sacerdotalis, vel
leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, deponiti,
& quo iudicio abiciantur. Tales enim merito iudicati
sunt remouendi, quia præuē inuenti sunt constituti.

1. ¶ Ex epistola. *Hæc palea in nullo manuscripto ex-
emplari est inuenta. Burchardus, & Iuo ante hoc caput, quod
incipit, Ad cognitionem, referunt aliud quoddam caput,
quod incipit, Relatio, ex epistola Simplicij missæ Equitio
Florentio, (sive Florentino) & Seuero episcopis. Quam ob-
rem inde potest huc esse translatus titulus. Ceterum caput
hoc à Burchardo citatur ex concilio Braca. ab Iuone in quin-
ta quidem parte, c. 213. ex Charthaginiensi, in sexta vero, c.
102. ex Hispanensi, 2. c. 5. quo etiam loco existit & sequens
caput, Quorundam, est quasi huius summa.*

*Item queritur, an eorum ordinatio sit rata habenda,
quibus episcopus oculorum languore acens manus im-
ponit, & presbyter super eos orationem dicit.*

C. XIII. ¶ Et ordinatur, & ordinatur da-
mnanus sub ea pænâ, cum episco-
pus manū imponit, & alius
orationem dicit.

De his ita statutum est in concilio c Toletano.

Quorundam clericorum, dum vnus ad presbyte-
rium, duo ad leuitarum ministerium consecrarentur,
episcopus oculorum dolore detentus, fertur manū
suam super eos imposuisse tantum, & presbyter quid-
dam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem de-
disse. Sed quia iam ille examini diuino relictus, huma-
no iudicio aculari non potest, ij, qui super sunt, gra-
dum sacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruersè ad-
epti sunt, amittant.

C. XV. ¶ Qualiter subdiaconus ordinetur.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impo-
sitionem non accipit, patenam de manu episcopi
accipiat vacuum, & calicem vacuum: de manu verò ar-
chidiaconi accipiat vrcolum cum aqua f, manile, &
manutergium.

C. XVI. ¶ Qualiter acolythus ordinetur.

Item ex eodem concilio, c. 6.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem do-
ceatur qualiter in officio suo agere debeat: sed ab
archidiacono accipiat cerofarium cum cereo, vt sciat
se ad accendēda ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat
& vrcolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucha-
ristiam sanguinis Christi.

a al. ordinationibus. b Ex conc. Hispanensi. 2. c. 5.
Burch. lib. 1. c. 3. Iuo. p. 5. c. 213. & 6. c. 102. c In concil. Hi-
span. 2. cap. 5. d Ordo Romanus p. 91. Rabanus de instit.
cler. lib. 1. c. 8. Isidorus, lib. 2. offic. c. 10. e Poly. lib. 2. tit. 32.
Anselm. 7. c. 57. Iuo. p. 6. c. 14. Pann. lib. 3. c. 35. f al. aquama-
nili. g Poly. lib. 1. Anselm. 7. c. 58. Iuo. p. 6. c. 15. Pann. lib. 3. c. 35.

C. XVII.

C. XVII. ¶ Qualiter exorcista ordinetur.
Item ex eodem, c. 7.

EXorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: [Accipe, & commenda memorie, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue bapuzatum, siue catechumenum.]

C. XVIII. ¶ Qualiter lector ordinetur.
Item ex eodem concilio, c. 8.

Lector cum ordinatur, faciat de illo episcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: post hæc spectante plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: [Accipe, & esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impleueris officium, partem eam eis, qui verbum Dei ministrauerunt.]

C. XIX. ¶ Qualiter ostiarius ordinetur.
Item ex eodem, c. 9.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus clauis ecclesie de altario, dicens: [Sic age, quasi reddideris Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

C. XX. ¶ Qualiter psalmista ordinetur.
Item ex eodem concilio, c. 10.

Psalmista, id est cantor, potest absque licentia episcopi, sola inuisione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: [Vide, ut quod ore canas, corde credas, & quod ore credis, operibus comprobes.] Clerici comam nutrire prohibentur quorum caput desuper in modum sphaeræ rasum esse debet.

C. XXI. ¶ Clerici comam nutrire prohibentur.
Vnde Anicetus Papa episcopis Gallia.

Rohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphaeræ radat.

C. XXII. ¶ De eodem.
Item ex concilio Agathensi, c. 20.

Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam si noluerint, iniuncti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eius, nisi quæ religionem deoecant, uti, aut habere non liceat.

C. XXIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius II. in concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c. 17.

Si quis ex clericis relaxauerit comam, sit anathema.

C. XXIV. ¶ Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur.

Item ex concilio Carthagini, c. 11.

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem suo k sepiticeo offertur, in talibus vestibus applicetur, quibus semper vira est, professioni, & sanctimoniali aptis.

Vasa quoque sacra, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicate contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

C. XXV. ¶ Vestimenta altaris, & vasa sacra a mulieribus tangere prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiae, epist. 2.

a Poly. l. 2. c. 32. Ansel. l. 7. c. 57. Iuo. p. 6. c. 16. Pann. l. 7. c. 17. b Poly. ibid. Ansel. l. 7. c. 55. Iuo. p. 6. c. 17. Pann. l. 7. c. 18. c al. lector. d bene administrauerunt. e ordo Ro. Poly. ibid. Ansel. l. 7. c. 54. Iuo. p. 6. c. 18. Pann. l. 7. c. 19. f Poly. ibid. Ansel. l. 7. c. 57. Iuo. p. 6. c. 19. Pann. l. 7. c. 40. g Iuo. p. 6. c. 46. h Iuo. in conc. p. 6. cap. 265. 378. i Extra. de vit. & ho. cle. cap. si quis. Poly. l. 4. tit. 25. Burch. l. 8. c. 23. Iuo. p. 7. c. 43. k al. sui.

Sacratas a Deo feminas, vel monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus. Et ne peccatis hæc latius diuulgetur, per omnes provincias ab ite gi citissime mandamus.

C. XXVI. ¶ Sacrarum subdiaconi ingredi non licet.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

Non oportet subdiaconum licentiam habere in sacrarum, siue secretarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXVII. ¶ De eodem.
Item ex eodem, c. 22.

Ministrum non oportet vtorariis; nec hostias derelinquere.

¶ Hostias. Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manifestis, est, ostia, sed ob glossam, non est restituta.

C. XXVIII. ¶ De eodem.
Item ex eodem, c. 23.

Non oportet lectores, aut psalmistas orariis uti, & sic legere aut psallere.

C. XXIX. ¶ Mulier in conuentu viros docere non permittitur.

Item ex concilio Carthagini, 4. c. 99. & 98.

Mulier quamuis doctrix, & sancta, viros in conuentu docere non praesumat. Laici autem praesentibus clericis (nisi ipsi rogantibus) docere non audeat.

C. XXX. ¶ Ministris non sacras vasa Dominica contingere non licet.

Item ex concilio Agathensi, c. 66.

Non oportet in sacratos nisi nostros licentiam habere in sacrarium (quod Græci diaconium appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

C. XXXI. ¶ Cuiuslibet ex lectoribus vasa sacra altaria portare non licet.

Item ex concilio Bracarensi, c. 28.

Non liceat cuiuslibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec alius, nisi is, qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

C. XXXII. ¶ De eodem, ut clerici comam non nutriant.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 41.

Non liceat cuiuslibet ministris tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica. Nec oportet clericis comam nutrire, & ministrare: sed attonso capite, patentibus auribus, & secudum Aaron, talarem vestem induere, ut sint in habitu ornato.

C. XXXIII. ¶ Qualiter sponsus & sponsa sint benedicendi.

Item ex concilio Chartagin, c. 13.

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel a paranympis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.

a Poly. l. 3. tit. 9. Ansel. l. 7. cap. 240. Burch. l. 3. cap. 215. Iuo. part. 2. cap. 72. & part. 3. cap. 265. b Ansel. l. 7. cap. 90. Iuo. part. 3. cap. 105. c Ansel. l. 7. cap. 88. d Ansel. l. 7. cap. 83. Infra, de conse. dist. 4. cap. mulier. Burch. l. 8. c. 83. Iuo. part. 7. cap. 101. & part. 8. cap. 324. e Ibid. cap. 98. f Ferè idem supra ead. c. non oportet subdiaconum. g Apud Mart. Bracar. infra cap. grec. synod. cap. 41. & cap. 66. Iuo. part. 6. cap. 377. h Ibid. cap. 66. Iuo. part. 6. cap. 378. i Exod. 22. k Infra 30. quæst. 5. cap. Sponsus. Burch. l. 9. cap. 5. Iuo. part. 8. cap. 143.

DISTINCTIO XXIII.

Qualiter episcopus sit examinandus, & qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutus sit ordinandus, breuiter monstratum est. Nunc autem videndum est de sacerdotibus, & reliquis, an sine examinatione sint promouendi. De his ita scribit Paulus ad Timotheum: 2 [Manus nemini cito imposueris, & nihil sine praiudicio facias in alteram partem declinando.]

C. I. ¶ De eodem.

Ex decretis Syluestri Papæ in synodo Rom. c. 9.

Nullus b acolythorum vel subdiaconorum r rem consecratam a presbytero alii porrigat (quia aliud minister, aliud assistens) nisi tantum supportet, q̄ ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum.

¶ **Q**uod subdiaconorum. Verba hæc non sunt in synodo Romana sub Syluestro, sed habentur apud Burchardum, & Iuonem, & in iis Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nam in antiquioribus non est: sed post versiculum, declinando, sequitur continenter, Nullus ordinetur.

C. II. ¶ Ante probationem nullus ordinetur clericus.

Item ex concilio Carthagini, c. 22.

Nullus c ordinetur clericus nisi d probatus fuerit, vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

C. III. ¶ Ad ministerium alicuius ecclesie, clerici eiusdem promouentur.

Item Gelasius Papa Celestino episcopo.

Presbyteri e, diaconi, & vniuersi clerici Stomenis f ciuitatis peritorio nobis suggestere porrepto, in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi (quæ in supra dicta ciuitatis parochia i probatur esse constructa) presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse; atque in eius locum Iulianum diaconum ipsius ecclesie pro celebratæ ipsius loci quantum debere ordinari. Et ideo frater carissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, q̄ contra canonum veniat statuta, supra scriptum presbyterij honore decorabis, sciturus, eum vitatoris te nomine, non Cardinalis creasse Pontificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconum in eius ecclesia ministerio, si conuersatio eius patitur, subrogabis, vt locus processiois celeberrimus ad mysteriorum g consecrationem nec sacerdote indigeat, nec ministro.

¶ **Q**uod parochia. In omnibus antiquis codicibus tam impressis, quam manuscriptis sic legitur: cuius vocis loco in recens impressis erat positum parochia, sed visum est antiquam lectionem esse retinendam: præsertim cum dictio hæc etiam græcè aptissimam habeat etymologiam.

C. IIII. ¶ Metropolitanorum, & episcoporum examine promouentur episcopi.

Item ex concilio Laodiceno, c. 12.

Episcopi h iudicio metropolitanorum, & eorum episcoporum, qui circum circa sunt, prouebantur ad ecclesiasticam dignitatem, i ij videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, quam recte conuersationis exemplo.

2. ps. Cum itaque sine examinatione nullus sit ordinandus; quemadmodum, & quo tempore, sacerdotum, & ceterorum infra postorum examinatio debeat fieri, considerandum est.

a Epistola. i. c. 5. Pauli aliter in orig. b Burch. h. 5. c. 34. Iuo p. 2. c. 43. c Ansl. 7. c. 89. d non probatus vel. i. orig. e Ansl. 7. c. 85 al. 89. 93. f Storiensis. Ansl. g al. ministerium. h Dist. 6. c. episcopum. & 63. c. non licet. Burch. h. c. 9. Iuo p. 5. c. 63. i al. potestate.

C. V. ¶ Qui ordinandi sunt, feria quarta ad examinationem conueniant.

De his in concilio Nannetensi, c. 11. ita legitur.

Quando a episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem, vna cum archipresbyteris, b qui eos representare debent: & tunc episcopus a latere suo colligere debet facerotes, & alios prudentes viros gnaros diuinæ legis, & exercitatos in ecclesiasticis functionibus: qui ordinandum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, vbi educati sunt, si sint bene litterati, si instructi in lege Domini, diligenter inuestigent; ante omnia, si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscunq; muneris cupiditate illecti a vero deuiant, vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos, episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic sabbato, qui probati inuenti sunt, episcopo represententur.

Alias autem, sine clericorum videlicet concilio, & populi testimonio, nullum episcopus ordinare presumat.

C. VI. ¶ Sine clericorum suorum concilio episcopus clericos non ordinet.

Vnde in concilio Carthagini, 4. c. 22. legitur.

Episcopus sine concilio c clericorum suorum clericos non ordinet, ita vt ciuium conuenientiam, d & testimonium quaerat.

3. ps. Queritur, quid fieri debeat de his, qui sine examinatione prouelli sunt.

C. VII. ¶ De iis, qui sine examinatione ordinantur, & postea peccata sua confitentur.

De his ita legitur in concilio Martini Papæ.

Si quis e presbyter, aut diaconus sine aliqua examinatione ordinatus, aut certe, cum discuterentur criminosa peccata sua confessi f sunt, aut post ordinationem ab aliis detecti sunt, abiciantur ex clero, Similiter verò & de vniuerso ordine clericorum seruetur: Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta catholica defendit ecclesia.

¶ **Q**uod confessi sunt. In originali est, confessi non sunt, & post ordinationem, &c. Verum in concilio Nicæno, c. 9. vnde hoc caput videtur sumptum, habetur sine negatione, quemadmodum hic: & infra dist. 81. c. si quis sine.

DISTINCTIO XXV.

Quod nullus sine examinatione ordinandus sit, breuiter demonstratum est. Quid autem ad episcopum, quid ad vnumquemque inferiorem pertineat, Ildorus Hispanensis episcopus in epistola ad Ludfredum scribit, ita dicens.

¶ Integra hæc epistola habetur in codice bibliothecæ monasterij Dominicanorum.

C. I. ¶ Quod episcopi, & ceterorum sit officium in ecclesia.

Perlektis g sanctitatis tuæ litteris gauisus sum; quod optatam salutem tuam earum relatu cognoui. De his autem, quæ in sequentibus insinuare eloquij tui ser

a Burch. l. 2. c. 1. Iuo p. 6. cap. 21. Poly. l. 2. tit. 29. b al. presbyteris. c al. consilio. d assensum, & conuenientiam. i. orig. e Apud Martinum Bracarensem, cap. 24. Facit ad hoc c. epist. 5. Zacharie ad Bonifacium episcopum, & 15. q. 8. si quis presbyter. Ansl. l. 8. c. 13. f al. Ludfredum. g Burch. l. 3. c. 50. Iuo p. 6. c. 20. Pann. l. 3. c. 41. mo Ru-

mo studuit, gratias ago Deo, quod sollicitudinem officij pastoralis impendis, qualiterque ecclesiastica officia ordinantur, perquiris; & licet omnia prudentie tue sint cognita; tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte, qua valeo, expediā; & de omnibus ecclesiæ gradibus, quid ad quemque pertineat, eloquar. ¶ Ad ostiarium namque pertinent claves ecclesiæ, ut claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ sunt intus, extraque custodiat: fideles recipiat; excommunicatos, & infideles excipiat. ¶ Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumēnos, & catechumēnos in exorcizando imponere. ¶ Ad acolytum pertinet preparatio luminariorum in sacratio: ipse cerum portat: ipse suggesta^b pro Eucharistia, calices subdiaconis preparat. ¶ Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsoria, & quidquid pertinet ad canendi peritiam. ¶ Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, & ea quæ propheta vaticinarunt, populis prædicare. ¶ Ad subdiaconum pertinet calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & leuitis tradere, eisq; ministrare; vtrouolum quoque, & aquam^d, manile, & manutergium tenere; episcopoque, & presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. ¶ Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi; in baptismo scilicet, in chrisimate, & patena, & calice: oblationes quoque inferre, & disponere in altario: componere etiam mensam Domini, atque vestire, crucem ferre, & prædicare Euangelium, & Apostolum. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconis nouum prædicare præceptum est: ad ipsum quoque pertinet officium precum, & recitatio nominum: ipse præmonet ares haberi ad Deum: ipse hortatur clamare^e: ipse donat pacē, & ipse annuntiat. Ad presbyterum pertinet sacramentum^c corporis & sanguinis Domini in altario Dei cōficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei. ¶ Ad episcopum pertinet basilicam consecratio, vnctio altaris, & consecratio chrisimatis. Ipse prædicta officia, & ordines ecclesiasticos distribuit: ipse sacras virgines benedicit: & dum præcessit vnusquisque in singulis, ipse tamen est præordinator in cunctis. ¶ Hi sunt ordines, & ministeria clericorum, quæ tamen auctoritate Pontificali in archidiaconi cura, & primicerij, ac thesaurij sollicitudine diuiduntur. ¶ Archidiaconus enim imperat subdiaconis, & leuitis: ad quem ista ministeria pertinent, ordinatio vestiendi altaris a leuitis, cura incensii, & sacrificij necessaria sollicitudo; quis leuitarum Epistolam, & Euangelium legat, quis preces dicat, seu responsoria^f in dominicis diebus aut solennitatibus decantet. Sollicitudo quoque parochiarum^h & ordinatioⁱ, & iurgia ad eius pertinent curam: pro reparandis diocesanis basilicis ipse suggerit sacerdoti: ipse inquirat parochias^l cum iussione episcopi, & ornamenta, vel res basilicarum parochiarum; & gesta libertatum^k ecclesiasticarum episcopo idem refert; collectam pecuniam de communione ipse accipit, & episcopo deferat, & clericis proprias partes idem distribuit. ¶ Ab archidiacono nuntiatur episcopo excessus diaconorum: ipse denuntiat sacerdoti in sacratio ieiuniorum dies, atque solennitatum, & ab ipso publicè in ecclesia prædicatur³: quando verò archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimpler. ¶ Archipresbyter⁴ verò se esse sub archidiacono, eiusque præceptis, sicut episcopi sui, se debere:

a alenciāt. b al.vasa suggesta. c laudis sacrificium. d aquamante. e al.scripsit. f al.responsorium. g Solennitatem. h orig.Pannor.Solennitatum)Bure. & Iuo. h Parochianorum. i ori. i Parochiam. k Parochianorum. orig. l al. libertatum.

& (quod specialiter ad eius ministerium pertinet) supra omnes presbyteros in ordine positos eura agere, & assidue in ecclesia stare; & quando episcopi sui absentia contigerit, ipse vice eius Missarum solennia celebret, & collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit. ¶ Ad primicerium pertinent acolythi, exorcista, psalmista, atque leutores: signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vita honestate, & officij meditando, & peragendi sollicitè, lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, & responsoria quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus psallendi² in choro pro solennitate temporum; ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum, quæ sunt in vrbe, ipse denuntiat sacerdoti: epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parochianis^b per ostiarios ipse dirigat: clericos⁵, quos delinquere cognoscit, ipse distringat; quos verò emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat: basilicanos^c ipse constituat, & matriculam^d ipse disponat. Quando autem primicerius absens est: ea, quæ prædicta sunt, ipse exquirat, qui ei aut lege^e proximus est, aut eruditione. ¶ Ad thesaurarium pertinet basilicarum, & ostiarij ordinatio^f, incensii præparatio, cura chrisimatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, preparatio luminariorum in sacratio, & in sacrificiis g.

1 ¶ Clamare.] In epistola B. Isidori, & apud Iuuenem legitur: ipse hortatur orare, ipse clamat, & pacem ipse annuntiat.

2 ¶ Parochiarum.] In epistola legitur, parochianorum, quemadmodum & paulo in sermō: & vox ista sic quens est in antiquis exemplaribus conciliorum Toletanorum.

3 ¶ Prædicatur.] Sic emendatum est ex manu script. Grat. & originali. Antea legebatur, prædicatur.

4 ¶ Archipresbyter.] Hinc usque ad vers. Ad primicerium, non sunt ipsa in epistola Isidori, neque in Pannormia, neque apud Burch. & extra cap. 1. de officio archipresbyteri, citatur ex concilio Toletano.

5 ¶ Clericos.] In primo Vaticano est, clericos vrbs, & post verbum, deferat, additur, ceteri enim, qui sunt extra vrbes, ad archidiaconum curam pertinent, quemadmodum & in nonnullis aliis exemplaribus.

6 ¶ Eruditione] In originali est, eruditione his explendis certus.

2. ps. Ex hac epistola liquet, quid cuiusque officij sit. Est etiam alia distinctio episcoporum, presbyterorum, diaconorum, quam fecit Clemens in epistola sua, tertius, ita dicens.

C. II. ¶ Quid ab episcopis, quid a presbyteris, quid a diaconis audire oportet.

A Vdire h episcopum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei: monita autem vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis verò ordinem disciplinæ. Sacerdos quoque vtrumque humerum orario ambit: diaconus vero sinistram tantum, ut ad ministerium expeditius discurrat.

C. III. ¶ Quare leuita vnum tantum humerum orario ambit.

Vnde in concilio Toletano. 4 c. 39.

V Num¹ orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, prædicat: dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat.

3. ps. Nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes, qui ex quibus ordinibus in quem gradum conscen-

a al.canenda. b al.parochianis. c basilicarios. d al.matriculas. orig. & manuscr. e loco. orig. f reparatio. orig. g preparatio sacrificij. orig. h Anst. 7. c. 76. al. 83. i Anst. 7. c. 80. al. 86.

dere possint, qui post lapsum valeant reparari, vel qui non, quibus culpis a proprio gradu mereantur deici, quo accusante, quibus testificantibus possint convinci, cuius sententia sint absolventi, vel condemnandi, breuiter consideremus. ¶ Ad primum à pontificali gradu incipientes, qualem oporteat esse, qui in episcopum est ordinandus, diligenter inuestigamus. Apostoli regulam secuti, quam in his in quodam re Timotheo: c. 3. Titio scribitur. dicens. [Oportet à episcopum irreprehensibilem esse.] ubi est non obnoxium reprehensio. Hoc ad Timotheum. Ad Titum cautum [Oportet Episcopum sine crimine esse] quod [reprehensio] minus scribitur ad Oceanum d. Jidem est. Nonne autem criminis quodlibet peccatum intelligitur: vnde in eadem epistola Hieronymus dicit. [Res contra naturam ponere est, ut sine peccato aliquis sit: sed talis eligatur, cuius comparatione ceteri grex dicantur.] In epistola vero ad Titum, crimi vocatur criminalis peccatum, vel criminalis infamia: vnde ibi legitur. [Crimen est querela, id est, peccatum accusatione: & damnatione dignum.] Quod autem sine criminatione iubetur esse, qui in episcopum eligitur, non ante baptismum, sed post baptismum intelligendum est: ut à tempore videlicet baptismatis nullius criminis conscientia mentem eius remordeat. ¶ Criminis autem appellatio aliter late patet, completis omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda 4 super epistolam Iacobi. [Peccata, que ex ignorantia, vel infirmitate humana committuntur, dicitur, & præcipit alterutrum confiteri, quia facile dimittuntur: quæcumque vero sunt ex deliberatione, non nisi per penitentiam.] Hinc etiam Augustinus ait. [Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminalis, dum placet.] Alias autem ea demum significat, quæ se melius commissa ad damnationem sufficiunt. Minuta enim ex deliberatione procedunt: quæ nisi sepius iterata, & in consuetudinem fuerint deducta, quamuis grauius possint nocere, non tamen eternaliter perdunt: quia etsi quodam ratione crimina appellentur, tamen non nocent, & capitalia non sunt. Vnde Augustinus in homilia 8 de igne purgatorio, exponens verba Apostoli. [Si quis super hoc fundamentum edificauerit ligna, fenum, & stipulam, &c.] [Multi sunt, qui ledionem ipsam male intellegentes, falsa securitate decipiuntur: dum credunt, quod si supra fundamentum Christi capitalia crimina edificent, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iste, fratres carissimi, corrigendus est: quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne, de quo dicitur Apostolus. [Ipsi qui autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem] non capitalia sed minuta peccata purgantur: de quibus, etsi non omnia, vel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis se inaniter excusare conetur, & dicat se non esse, quæ sunt minuta peccata, vel quæ criminalia capitalia. Et quamuis Apostolus capitalia plura commemoranda sunt, nos tamen, ne desperationem facere videamur, breuiter dicimus, quæ sunt illa: sacrilegium, homicidium, adultèrium, fornicatio, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia: & si longo tempore teneatur, iracundia, & ebrietas, si absidua sit, in eorum numerum computantur. Quicumque enim in aliquo modo de istis peccatis in se dominari cognouerit, nisi digni se emendauerit, & si habuerit spatium, longo tempore penitentiam egerit, & largas elemosinas erogauerit, & à peccatis ipsis abstinerit, illo transitorio igne, de quo ait Apostolus, purgari non poterit: sed æterna illius flamma si-

a 1. Tim. 3. b Ex glossa interlineari ad eum locum. c cap. 1. d Epist. 83. e in frâ ea. c primum. e & in glossa ordinaria ad locum epist. ad Timotheum. In gl. interlineari in frâ dicit. 81. c. Apostolus. 1. ead. c. 1. f Iacob. vlt. g Sermone 41. de sanctis siue 4. de animab. defunctorum. h 1. Cor. 3. i Ibid. k Hic committuntur aliquot B. August. verb. l Vox ista abest ab origin. m aliqua. Orig.

neullo remedio cruciabit. Quæ autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quæa longum est, ut omnia replicentur, opus est, ut ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quam necesse sit, ad minuta peccata nonerit pertinere: quoties plus loquitur, quam oportet, aut plus tacet, quam ex edictis: quoties pars peres in porcum petentes exussperat: quoties cum sit sanus corpore, alius reuuantibus, prandere voluerit, ausu non deditur tardius ad ecclesiam surgit: quoties, excepto desiderio filiorum, uxorem suam cognouerit: quoties in carcere clausus, aut in vinculis positus tardius requisierit: quoties infirmos tardius visitauerit: si discordes ad concordiam reuocare neglexerit: si plus aut proximum, aut uxorem, aut filium, aut seruum excesserit, quam oportet, si amplius fuerit blanditus, quam expedit: si cuiusquam maiori persona, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari voluerit: si pauperibus furientibus, nimium à delictosa, vel sumptuosa conuiuia, si praeparauerit: si se in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die iudicii ratio reddenda est) occupauerit: si dum incaute iuramus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vique perieramus, & cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus, cum scriptum b sit. [Neque maledicti regnum Dei possidebunt.]

1 ¶ Res contra. ¶ Sic ferè in glossa ordinaria ad vocem illam: irreprehensibilem; & est epitome quadam verborum B. Hieronymi in epistola ad Oceanum, explanans locum Apostoli ad Timotheum, & ad Titum.

2 ¶ Vnde ibi. Id est, non apud B. Paulum, sed in glossa ordinaria, ad locum B. Pauli. Sumpta autem sententia est ex B. Augustino ex tractatu 41. ad c. 8. Ioannis: eiusque verba habentur & apud Bedam ad eundem B. Pauli locum, & in frâ dist. 81. c. Apostolus, primo.

3 ¶ Remordeat. ¶ Sequelatur in vulgatis: vnde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum: quæ verba sunt in vulgata, quoniam in nullo manuscripto sunt inuenta: habentur autem in frâ ead. ante cap. primum.

4 ¶ Vnde Beda. ¶ In commentariis ipsius ad e. 5. epistola Iacobi, ad illa verba: confitemini alterutrum: sic legitur: In hac autem sententia, illa debet esse discretio, ut quotidiana leuiqua peccata alterutrum eorum qualibus confiteantur, eorumque quotidiana credamus oratione saluari: porro grauioris lepi & immunditia iuxta legem sacerdoti pandamus, atque ad eius arbitrium, qualiter, & quanto tempore iusserit, purificare curemus.

5 ¶ Nullum peccatum. ¶ In glossa ordinaria in cap. 11. Corinth. ad ea verba: reus erit corporis & sanguinis Domini, citatur hac sententia ex B. Augusti. homilia 24. in Ioannem, in hac verba. Nullum peccatum veniale est, dum placet, quantumcumque paruum: sicut mortale, si vere displicet, nullum iudicatur.

C. IIII. ¶ Quæ sunt venialia peccata, quæ post hanc vitam purgantur.

Item Gregorius Dialog. lib. 4. c. 39.

¶ Valis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur: sed tamen de quibusdam leuibis culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, eo, quod veritas dicit. [Quia si quis in spiritu sancti blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro.] In qua sententia datur intelligi, quædam culpas in hoc seculo, quædam vero in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen, ut prædixi, hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum est, sicut est absurdus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt, aut in non grauius rebus errog

a Cibum non dederit, aut nimium. orig. b. 1. Cor. 6. c. Matth. 12.

ignorantia.

ignorantia, quæ euncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita postis minime fuerint relaxata.

C. V. ¶ De eodem. PALHA.

[Item Augustinus in libro de vera & falsa penitentia, c. 18.]

¶ **Q**uia in aliud saculum dicitur fructum cōuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, et si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem penam, quam vni quara aliquis passus est in hac vita, vel pati potest.

¶ Vel pati potest. Hæc verba non sunt in originali, neq. in fra de pen. dist. 7. c. 18. b. si. vbi hoc idem recitatur. Alias autem ea tantum delicta significat, quorum est perperna infamia.

C. VI. ¶ A die baptismi sine crimine debet inueniri, qui in episcopum est ordinandus.

Vnde Hieronymus b. scribit in eadem epistola ad Titum, cap. 1.

¶ **P**rimū itaq. sine crimine iubetur esse episcopus, quod puto alio verbo ad Timotheum, irreprehensibilem nominatum, non quod eo tantum tempore, quo ordinandus est, sine vilo sit crimine, & prateritis maculas noua cōuersatione diluerit: sed quod ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati conscientia remordeatur. Quomodo enim potest pater ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate corripere peccantem potest, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, quæ corripit.

Ecce, qui ordinandus est in episcopum, non solum tempore sue ordinationis, sed etiam omni tempore post baptismum a crimine immunus esse debet.

DISTINCTIO XXVI.

¶ **S**equitur in vtraque epistola [vnius & vxoris viri] post baptismum videlicet, non ante baptismum.

C. I. ¶ Post baptismum debet esse monogamus, qui in episcopum est ordinandus.

Vnde Hieronymus b. scribit ad Oceanum, epist. 83.

¶ **V**nius vxoris virum, id est, monogamum post baptismum. Si enim & ante coniugem habuit, quæ obierit, nō est imputatur, cui prorsus nouo homini nec stupra, nec alia, quæ ante fuerunt, iam obfunt.

¶ Hieronymus. Sententia quidem huius, & sequentia capitula sunt Patrum, qui citantur, id est, Hieronymi, & Augustini: verba tamen ipsa potius videntur sumpta ex collectaneis Bedæ, & ex glossa ordinaria, huius quidem capituli in primam ad Timoth. cap. 3, sequentis vero in epistolam ad Titum, c. 1.

C. II. ¶ Qui ante baptismum habuerit vxorem, & post baptismum aliam, ordinandus non est.

Augustinus vero contra testatur, scribens in epistola ad Titum.

¶ **A**ctius h. intelligunt, qui nec eū, quæ catechumenus, vel paganus habuit alterā, ordinandū censuerunt: quia de sacramento agitur, non de peccato. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit [Si nupsit virgo, non peccat] satis declarat nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem sacramenti, sicut femina, si catechumena vitata est, nō potest post baptismum inter Dei virgines consecrari: ita nō ab-

a In fra de penit. dist. 7. c. vlt. b. fin. b In commentariis ad c. 1. c. fil' orig. d. 1. Cor. 5. e. 1. Tim. 3. & Tit. 1. Bedæ, & Gl. ord. 1. Tim. 3. ad hæc verba. f. Gl. non habet. g. In gloss. ordinaria in c. 1. epistole ad Titum: sumpta tamen sententia ex B. Aug. in lib. de bono coniug. c. 18. h. 28. q. 3. cap. actius. Iuo p. 8. c. 294. Pann. l. 6. c. 66. Anst. 9. c. 59. Poly. l. 2. tit. 3. i. 1. Cor. 7.

furdū visum est bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non ad vitæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiæ signaculum necessariam. Et sicut plures antiquorum patrum vxores, signatæ uerunt uirtutes ex omnibus gentibus ecclesiis, vni vero iudicata, id est, Christo: ita noster antistes, id est, episcopus vnus vxoris vir significat ex omnibus gentibus vnitatem vni viro Christo subditam.

2. ps. ¶ Itaque sicut duobus dominis seruire, sic ab vno Deo apostatate, & in alterius superstitionem ire, non licet.

¶ De peccato. ¶ Sequebatur, propter sanctitatem sacramenti, sicut si femina, &c. Relictus est totus hic locus ex glossa ordinaria. Nam apud B. Augustinum, & reliquos collectores copiosior etiam est.

C. III. ¶ Bigamus probatur, qui ante baptismum habuerit vxorem, & post baptismum alteram.

Item Innocentius Russi, & Eusebio, & ceteris episcopis Macedon. epist. 22. c. 2.

¶ **D**einde b. ponitur, nō dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atque auiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamq. primam videri, quæ nouo homini copulata sit; quia illud coniugium per baptismum sacramentum cum ceteris criminibus sit ablutum. Quod cum de vna vtiq. dicitur, certè, si tres habuerit in vetere positus homine vxores, 2. erit ei, quæ post baptismum quarta est; sic interpretantibus prima, & virginis æque nomen accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra Apostoli esse præceptum, qui ait, vnus vxoris virum oportere & fieri sacerdotem? Sed obicitur, quod in baptismo totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa, quæ secundum Domini præcepta, ac Dei instituta cōplentur? Vxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (prafata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in q. paradiso præcepit: 3. cum ipse eos benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus influit, h. nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit, [Etenim a Deo preparatur viro vxor,] quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filijs percensetur? Numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, quia ex ea suscepti sunt quæ ante baptismum fuit vxor, eruntq. appellandi vel naturales, vel spurij: quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur à Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit [Quod ergo Deus iunxit, homo non separet.] At ne de his locutus esse credatur, qui post baptismum sortiuntur, meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsum.

¶ **Q**uæro, & sollicitus quæro, si vna eademq. sit vxor eius, qui ante catechumenus, postea sit fidelis, filioq. ex ea, cum esset catechumenus, susceperit; ac post ea alios, cum fidelis: vtrū sint appellandi fratres, an non habeat postea defuncto patre, erciscunda hæreditatis consortium, quibus filiorū nomē regeneratio spiritalis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire, atq. iudicare absurdū est, q. (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, q. aliqua auctoritate corroborari? cū

a Matth. 6. b Barc. l. 4. c. 98. Iuo p. 1. cap. 292. c. p. 8. c. 303. Polyc. l. 6. tit. 4. c. post. orig. d. al. ablatum. e. 1. Tim. 3. ad Tit. cap. 1. f. legit. orig. g. Gen. 1. h. iunxit. orig. i. Prov. 19. 28. q. 1. Nunquid. k. al. consortium. l. Matt. 19.

non possit inter peccata deputari, quod lex praecepit & Deus iniunxit? Nunquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, elemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit; quareo si hęc, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum, totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium a orationibus, atque elemosynis vacantem, angelum audientem per reuelationem, ipsumque Petrum videntem; nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solui inter peccata, credi omnino non debet: eritque integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quod b ex Dei sit voluntate completum.

1 ¶ Bigamus. Rubrica huius capituli, sequenti, quæ in codicibus impressis erat transposita, in suum locum ex aliquot manuscriptis sunt restituta.

2 ¶ Homine vxores. Sic in omnibus manuscriptis, & apud Burchardum, & Iuonem par. 1. c. 292. quamuis in originalibus, & apud eundem Iuonem par. 8. c. 303. paulo aliter, & obscurius legatur.

3 ¶ Præcepit. In orig. & apud ceteros collecti legitur: in paradiso cum ipse eos iungeret, benedixit.

4 ¶ Qui post baptismum. Apud Burchardum, & Iuonem in prima parte legitur: quæ post baptismum sortiuntur. Sed in originalibus, & apud Iuonem par. 8. & in Pannormia, & in sua 28. q. 1. c. nunquid, hoc modo: qui post baptismum vxores sortiuntur. Verum ob glossam nihil est mutatum.

5 ¶ Ipsumque Petrum. Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum est: atque elemosynis reuelationem, Petrumque ipsum vidisse. Apud ipsum Innocentium in tomis conciliorum; per reuelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse. Apud Iuonem: Petrum ipsum reuelatione vidisse.

C. IIII. ¶ In baptisate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur.

Item Ambrosius lib. 1. de officiis, c. vlt.

VNa etiam, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso coniugio lex est, non iterare coniugium, nec secunda coniugis sortiri coniunctionem. Quod plerique mirum videntur, cur etiam ante baptismum iterata coniugij electioni muneris, & prerogatiua ordinationis impedimenta generent, cum etiam delicta obesse non soleant, si lauacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpa est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest horrior esse viduitatis, qui ipse coniugij frequentauerit?

1 ¶ Iterata. Apud B. Ambrosium locus hic variè legitur. Nam in antiquis impressionibus habetur, iterato coniugio, in recentioribus vero iterati coniugij. Item q. in Pannormia, & apud Iuonem. In his tamen, quæ sequuntur, concordat, sic legendo, ad electionem muneris, & prerogatiuam ordinationis impedimenta generentur. Ioannes etiam Baptista, dum Herodem ab incestu prohiberet, dicens: [Non licet tibi habere vxorem fratris tui;] euidenter ostendit inter infideles coniugia esse. Vnde datur intelligi, quod bigami dicuntur, non solum, qui post baptismum coniugia frequentant, sed etiam qui ante

a Act. 10. b al. quia. c Iuop. 8. c. 291. Pann. l. 6. c. 64. d Matth. 14.

baptismum vxorem, & post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus vero in sacerdotem ordinari non debet: non quia deliquerit secundum accipiendæ vxorem: sed quia prerogatiua exutus est sacerdotis.

C. V. ¶ Non peccat bigamus, sed prerogatiua sacerdotis exiuit.

Vnde Ambrosius ad Vercellenses, lib. 10. epist. 82. ait.

¶ Vi^a sine crimine est vnus vxoris vir, tenetur b ad legem facerdotij suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coniugati, sed prerogatiua exiuit sacerdotis.

DISTINCTIO XXVII.

1 ¶ Quid autem vnus vxoris vir episcopus esse iubetur, queritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum, ut tempore sua administrationis, eius possit copula fungi, quam vnica, & virginem sibi desponsauit.

C. I. ¶ Non ordinetur diaconus, nisi castitatem fuerit professus.

Hoc Martinus Papa prohibet dicens.

Diaconus qui eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendæ matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit a ministerio, & vacet a clero.

Hac auctoritate datur intelligi, quod illi, qui vxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profiteantur. ¶ Si vero diaconus a ministerio cessare voluerit, & contracto matrimonio licite potest viui. Nam etsi in ordinatione sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est vis in sacramento coniugij, quod nec ex violatione voti potest dissolui ipsum coniugium.

C. II. ¶ Nubentes post votum non sunt ad inuicem separandi.

Vnde Augustinus in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, cap. 10.

2 ¶ Vidam nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quod grauius peccent, qui tales diuidunt.

1 ¶ Augustinus. Verba propria huius capituli non sunt inuenta apud B. Augustinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc est de voto simplici, ut Gratianus in fine huius distinctionis exponit.

C. III. ¶ De eodem.

Item Theodorus in pœnitentiali.

Sic vir simplex i^o votum virginitatis habens adiungitur vxori, postea non dimittat vxorem, sed tribus annis pœniteat.

1 ¶ Simplex. Abest vox ista ab omnibus manuscriptis, & infra 27. q. 1. cap. si quis votum, etiam ab impressis. In aliquot tamen peruestis, est glossa interlinearis.

C. IIII. ¶ Damnabile est uolentibus virginitatem, velle nubere.

Hieronymus i^o vero e contra scribit.

Volentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est.

1 ¶ Hieronymus. Gratianus hic, & in sua 17. q. 1. c. uolentibus. Magister sententiarum hoc tribuit Hieronymo, apud quem non est inuentum. In glossa ordinaria i. Tim. c. 5. ad ea verba, habentes damnationem, refertur ex B. Augustino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27. q. 1. post principium.

a Iuop. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63. b al. teneatur. c Apud Martinum Brauacensem, c. 39. Distin. 28. diaconi. Iuop. 6. c. 376. Pann. l. 3. l. 97. d Infra 27. q. 1. c. nuptiarum. & proinde. e Ibid. c. si quis votum. Infra 17. q. 1. c. uolentibus. Sent. 4. dist. 38. f Iuop. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 192. C. V.

C. V. ¶ *Damnationem habebit, si nupserit, quæ vir, in itatem venit.*

Idem contra Iovinianum, lib. 1.

S I a nupserit virgo, non peccat b, non illa virgo, quæ semetipsum c Deo sibi dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem; quia d primam fidem iritam fecit.

C. VI. ¶ *Quæ sanctimoniale se esse finxerat, nubere non valet.*

Item Nicolaus Papa ad Albinum & Viennensem ecclesie archiepiscopum.

Q UOD interrogasti de femina, quæ post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimoniale esse, postea verò ad nuptias rediit: bonum mihi videtur, quia per hypocrisim ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto suo permansit, vt penitentiam agat de illusione nefanda, & reuertatur ad id, quod ipopondit, & in sacro ministerio permaneat, quod inchoauit.

C. VII. P. A. L. E. A.

N A M g si consenserim, quod omnia sacramenta ecclesiastica quisque, prout vult, singat, & non verè faciat, omnis ordo ecclesiasticus turbabitur; nec catholice fidei iura consistunt, nec canones sacri ritè obseruantur. Quid enim profuit Simoni h Mago baptismum sacrum ritè suscipere, & in Christianitate mansurum se finxisse, cum per A postololum fraude eius detecta, quod sibi futurum esset, pronunciatum fuit? At enim. [Pecunia tua tecum sit in perditionem: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.] Ideo tales, nisi resipiscant, spiritali gladio percutere censemus. Non enim fas est Spiritui Sancto mentiri, sicut Ananias, & Saphira mentiti sunt, & statim perierunt.

¶ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus (in quibus habetur sine nomine Paleæ) est coniunctum superiori, quem admodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia autem est siuunctum.*

C. VIII. ¶ *In sacris ordinibus constituti non ducant vxores, & si duxerint, separantur.*

Item Calixtus Papa II.

P Resbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdiximus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis dissungi, & personas ad penitentiam redigi debere, iuxta sacrorum canonum definitiones, iudicamus.

¶ *Presbyteris.] Hic canon inuentus est in cod. Vatic. Biblioth. in fragmento cuiusdam concilii ab Urbano secundo habitus, c. 2. ex eodem verò concilio sunt canones, Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum. 24. q. 3.*

¶ *Hic distinguendum est, quod uolentium alij sunt simpliciter uolentes, de quibus Augustinus, & Theodorus locuti sunt: alij sunt, quibus post votum, benedictio accedit consecrationis, vel propositum religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.*

C. IX. ¶ *Incestæ sunt uirgines, quæ post consecrationem nubunt.*

Vnde idem Hieronymus contra eundem Iovinianum libro primo scribens, ait.

V irgines, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ sunt, quam incestæ.

a 1. Cor. 7. b peccauit.] Hier. c al. quæ semel. d 1. Tim. 5. e Valde variant hæc nomina in exemplaribus, & Burch. & Inone. Burch. l. 8. c. 47. Ino p. 7. c. 65. 152. Pann. l. 2. c. 205. f al. ministerio inchoauit. g Burch. & Ino ibid. Pann. l. 3. c. 206. h Act. 8. i Act. 2.

DISTINCTIO XXVIII.

E CCE ostensum est, quod nolentes uouere continentiam, nec ad subdiaconatum, nec ad superiores possunt gradu ascendere. Vnde ad subdiaconatum accedentes, non sine voto castitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui scribens Petro subdiacono lib. 1. epistola 42. in fine ait.

C. I. ¶ *Non fiat subdiaconus, qui se castè victurum non promiserit.*

N VLLUM a facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit. & nonnullis interiecit: Quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

C. II. ¶ *Subdiaconus, & supra constituti, in continentibus, vxorem, aut concubinam ducentes, ecclesiastico beneficio, & officio careant.*

Item Innocentius secundus in concilio Rom. c. 5.

D ECERNIMUS b, vt ij, qui in ordine subdiaconatus c & supra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum, uasa Domini, & sacrarium Spiritus sancti debeant esse, & dici indignum est eos cubiculis, & immunditiis deseruire.

C. III. ¶ *Castè se victuros promittant in diaconos, vel presbyteros ordinandi.*

Item ex concilio Toletano 4. c. 26.

Q UANDO d presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur; oportet eos primò professionem episcopo suo facere, vt castè, & purè e uiuam sub Dei timore, vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam f retineant.

C. IIII. ¶ *Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet.*

Item Gregorius cleo, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

P RIUS quam g ad nos scripta uestra discurrerent h, ps Ioannem diaconum, qui ab altera parte electus est, paruulum habere filiam, ex quorundam relatione cognouimus. Vnde, si rationem uoluisset attendere, nec alij eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione ad episcopatum audeat accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola i teste conuincitur non habere?

¶ *Filiola.] Sic emendatum est ex originali, Anselmo, & Polycarpo, cum antea legretur, filia. Superius etiam dixerat, paruulam filiam, quibus uerbis recens incontinentia manifestè exprimitur.*

C. V. ¶ *Ad subdiaconatum accessari continentiam profiteantur.*

Item ex concilio Toletano 2. c. 1.

D EIIS k, quos uoluntas parentum a primis infantia annis clericatus l officio nancipauit, statui-mus obseruandum, vt mox detonsi, vel ministerio m lectorum traditi, in domo ecclesie sub episcopali presentia n proposito sibi debeant erudiri. At ubi octauum decimum etatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu, uoluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & promissione k

a Infra dist. 31. ante triennium. b Pann. l. 8. cap. 142. c diaconatus.] Pann. d Burch. l. 2. c. 157. Anf. l. 7. c. 106. Ino p. 3. c. 110. & p. 6. cap. 248. Pann. l. 3. cap. 22. e al. pie. f al. disciplina retineat.] cod. regius. g Anf. l. 6. c. 9. al. 16. Poly. l. 2. tit. 2. h al. recurrerent.] al. discurrissent. i Anf. l. 7. c. 42. k al. professionem.

castimoniam suam abque coniugali necessitate propon-
derint seruaturus; hi tanquam appetitores ad illam
viam, leuissimo Domini iugo subdantur; ac primo sub-
diaconatus ministerium habita probatione profes-
sionis suae ad vigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabi-
liter, ac inoffense vigesimum quintum annum aetatis
suae peregerint, ad diaconatus officium, (si scientes im-
plere posse ab episcopo comprobantur) promoueri de-
bent. Cauendum tamen est his, ne quando suae spon-
sionis immemores, ad terrenas nuptias, aut ad furuios a
concupibus ultra recurrant. Quod si forte fecerint, vt
saecilegij rei^b ab ecclesia habeantur extranei. Quibus
autem voluntas propria interrogationis tempore de-
siderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo
licentiam auferre non possunt; ita vt cum prouecta ae-
tatis in coniugio positi, renuntiaturos se pari consensu o-
perib. carnis sponderint, ad sacros ordines^c adspirēt.

1 ¶ Clericatus.] In omnibus editionibus, & duobus
codicibus Vaticanis conciliorum legitur, in clericatus of-
ficio, vel monachali [al. monachi] posuit. Sed in codice
Lucensi regio habetur eodem modo atque apud Gratianū.

2 ¶ Ministerio lektorum.] In omnibus codicibus con-
ciliorum ante citatis (etiam Lucens) legitur, ministerio e-
lektorum. Verum in epistola prima Syriaci ad Himerium,
c. 9. & Innocentij 24. c. 5. (ubi de eadem feri re agitur) est,
lektorum ministerio, seu officio.

C. VI. ¶ In coniugio constitutus ad sacer-
dotium assumi non debet.

Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.

3 ¶ Assumi aliquem ad sacerdotium in coniugij vin-
culo constitutum non oportet; nisi fuerit pro-
missa conuersio.

C. VII. ¶ Non ordinentur diaconi, qui
castitatem non profitentur.

Item ex eodem tertio.

Præterea placuit, vt deinceps non ordinentur dia-
coni, nisi qui prius conuersionis proposito professi
fuerint castitatem.

1 ¶ Præterea] In Arelatensibus, quæ extant; hic ipse
penitus canon non inuenitur. Sed sententia habetur in ter-
tio c. 2. in fine.

¶ Verum illa priori auctoritate diaconis videtur per-
mitti coniugium, cum ad sacerdotium tantum coniugati
prohibeantur assumi. Porro sequenti auctoritate videtur
permitteri subdiaconis, cum de diaconis specialiter præcipi-
tur, vt sine probatione castitatis non ordinentur.

C. VIII. ¶ Diaconi non prohibeantur a mi-
nisterio, si in ordinatione dicunt se
continere non posse.

Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permis-
sum, in qua, c. 10. (al. 9.) sic statutum est.

Diaconi quicumque, cum ordinantur, si in ipsa or-
dinatione protestati sunt, dicentes, velle se habere
vxores, nec posse se continere, hi si postea ad nuptias
venerint, maneat in ministerio; propterea quod his
episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacue-
runt, & susceperunt manus impositionem, professi con-
tinentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio
cessare debebunt.

C. IX. ¶ Presbyter ducens vxorem, ab or-
dine deponatur.

Item ex concilio Neocaesariensi, c. 1.

6 ¶ Resbyter si vxorem duxerit, ab ordine suo illum
deponi debere: Quod si fornicatus fuerit, vel
adulterium commiserit, extra ecclesiam abiici, & ad
penitentiam inter laicos redigi oportet.

a al. abortiuos. b al. rei damnentur, & ab.]
orig. manu ser. reg. c al. gradus. d Paulo aliter
in orig. e Pann. l. 3. cap. 87. Poly. l. 5. tit. 31. Burch. l.
2. cap. 108. Ino part. 6. s. 185. f Pann. l. 3. cap. 92.

1 ¶ Inter laicos] Græci legitur, ἡ ἑκείνων ἑξουσία, &
ἐξουσία αὐτῶν ἐς παρανομίαν: quia Dionysius exiguus ver-
tit: amplius peili debet, & ad penitentiam redigi. vbi
nulla mentio fit penitentiam inter laicos agenda: de qua
re copiosius dicitur in fr. 30. dist. c. fin.

C. X. ¶ De eo, qui relictam cuiusdam dia-
coni duxit vxorem.

Item Gregorius lib. 11. epist. 59.

7 ¶ Via sunt culpæ, in quibus culpa est, relaxare
ps vindictam; querenda semper est veritas, vt
inquiri debeat, vtrum accusatum noxa condemnet, an
à pœna innocentia patefacta subducatur. Itaque perue-
nit ad nos Fantinum^b defensorem vltionem exercere
in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo, quod
(quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore,
quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam
iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens, nec eam
virginem^c ad eum venisse; denique nec religionem
mutasse vestem, postquam ille in ordine sacro promo-
tus est; adiiciens etiam, priusquam ad diaconum per-
ueniret, & postea, prauam illam opinionem vixisse: Ideo
fraternitate tuam his hortamur affatibus, vt eum dñi,
sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inue-
stigatione perquirat, vt, si in coniugio diaconi mulierē,
de qua agitur, fuisse constiterit, & supra scriptus latōr
memorato defensori, & rectori patrimonij, ad vindi-
ctam modis omnibus tradatur, & cum competenti e-
mendatione ij, qui male sociati sunt, dislingatur. Si ve-
rò in eius coniugio non fuit, memoratum Fantinum ex
nostro mandato commone te volumus, vt ei facere
nil præsumat, nec falsa e illum accusatio apud eum in
aliquo prægrauer.

C. XI. ¶ De vxore presbyteri, vel diaconi,
si alius se communerit.

Item ex concilio Aurelianensi c. 15.

8 ¶ Iste cuiquam mulier duplici coniugio, presbyteri, vel
diaconi relicta coniunxerit, aut separentur: aut
certè, si in criminis intentione perstiterint, pari ex-
communicatione plectantur.

C. XII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ.

9 ¶ Iste qui vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi
maritum acceperit; nullus clericus, nulla religiosa
persona^c cum ea cõuiuium sumat; nunquam commu-
nicet: morienti tamen^d ei sacramenta subueniant.

C. XIII. ¶ Cuiusdam episcopi ordinatio dif-
feritur, quia vxorem habet, &
filios.

Item ¶ Pelagius Cæbege patricio.

10 ¶ De 1 Syracusanæ vobis antistite optaueramus in
ps ipso initio, gloriæ vestræ desiderijs obedire, ni-
si nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus or-
dinationem differre sacerdotij coegisset, ob hoc, quod
vel personæ qualitas (sicut & vos melius nostis) vel su-
perstes vxor, aut filij (per quos ecclesiastica solet peri-
cilitari substantia) nostros animos diutius ab eius ordi-
natione suspenderent. Et quantum ad cautelam huma-
nam pertinet, integro penè anno distulimus, opinan-
tes, quod in melius Syracusanorum prouenire posset
electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irreuoca-
biliter perstiterunt, & nullus est alius in eadem reper-

a Ino p. 9. c. 126. b Ino p. 6. c. 84. c virgi-
nem illam. Jorig. d vt nec religiofam vestem mutare
presumeret.] in orig. & apud Inonem. e Est etiam
apud Inonem, non autem in orig. f al. castigati. al. ca-
stitate seruata. separentur. g al. eriminum. h Apud
Martinum Beacar. c. 29. & conc. Tol. 1. c. 18. i abest à
concilio. k al. tantum. l Ansel. l. 6. cap. 42. al.
46. Poly. l. 2. tit. 1.

tus ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur sparijs; ne paulo amplius intantirent (sicut filij nostri magnifici viri pratoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia causam, propter quam principalis constitutio a habentem filios, & vxorem ad episcopatus ordinem promoueri prohibet, sglua dispositione consilij b, muniremus. Qua de re summo studio ab eodem Syracusana vrbis episcopo, pruisquam a nobis contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, presentis temporis habita rerum descriptione, substantiam, & nihil vnquam per se, aut per filios, & vxorem, siue quamlibet propinquam aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus vsurparet ecclesia, & vniuersa sui episcopatus qua sita tempore, ecclesia sua dominio sociaret: nihil vltra id, quod modo scriptum est, filijs suis, vel heredibus reliquiturus.

¶ Item Pelagius.] Anselmus, & auctor Polycarpi eadem epistola referunt hac, que caput istud antecedunt. Quod de ordinando ecclesie Carinensis episcopo, factis electione iudicij fieri desideratis, agnouimus: confessim sequenti die eum iuxta morem discutientes, tertio, quo venit, die, episcopum consecrauimus: simili quidem modo & de Syracusana, & que sequuntur. In Polycarpo tamen inscriptio est. Gelasius Papa Ceto, Iuo autem in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem, que incipit, Causam Beluacensis, &c. ita scribit. Si enim Papa Gelasius quondam Syracusana vrbis electum, vxorem habentem, & filios interueniente Cethego patricio, &c.

¶ Ecce hac auctoritate electus in episcopatum non prohibetur habere vxorem, & filios. Fugit autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus vero non, nisi necessitate cogente: siue ergo presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit, apparet, quod in presatis ordinibus constituti, licet & matrimonio vri possint. ¶ Quia ergo auctoritate Gregorij, qui relictam diaconi, marito tradidit, puniendus est; item in Neocæsariensi concilio presbyter ducens vxorem, non diaconus, iubeatur deponi; item in Ancyrana synodo, diaconi, qui in ordinatione sua dicunt se velle habere vxores, si postea venerint ad nuptias, non prohibentur a ministerio: patet, quod nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi a coniugio. Sed quod de electione obicitur, verum quidem est in episcopatum non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutum, sed ipsius vxorem habere, & filios, non repugnat præsatis auctoritatibus de continentia clericorum. ¶ In laicali enim habitu, vel in minoribus constitutus potuit habere vxorem, & filios: & si postea ex consensu vxoris continentiam professus, subdiaconatum, vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipsam necessaria ministrare oportebat. ¶ Illud autem Gregorij duobus modis soluitur: vel quia ecclesia illa, cui diaconus ille ministraverat, nondum continentia votum susceperat in diaconis & reliquis ministris; vel quia (sicut de electo in episcopum antea scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocæsariensis & Ancyrana synodi, vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco, quia vtraque synodus orientalis est, & orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis: hoc tamen diligentis obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.

¶ Non prohibetur. ¶ A plerisque veteris exemplaribus abest dictio, non: Referat tamen est, quoniam hic

a Nonella 6. c. 12. in prim. b a concilio. c a legi. ime. d alias, ministrarati.

Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus prius citatis pre se fert hoc probare, subdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuisse prohibitum vxorem coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse postea declarat a versi. Sed quod, vsque ad versi. Illud autem. Hac de re agitur etiam infra in notatione ad principium distincl. 31.

C. XIII. ¶ Presbyter causa religionis non contemnat propriam vxorem. Item opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorum, c. 5. al. 5.

¶ Si quis docuerit sacerdotē sub obtentu religionis propria vxorem contemnerē, anathema sit. ¶ Gratianus refert sensum canonis, ceteri collectores ipsa etiam ferē verba.

C. XV. ¶ Anathema sit, qui presbyterum coniugatum discernit a communione, nuptiarum occasione. Item ex concilio Gangrensi, c. 4.

¶ Si quis b discernit presbyterum coniugatum, tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinere, anathema sit.

¶ Græcè est, Εἰς διακονίῳ παρὰ πρεσβυτέρῳ γαμήλιος, ὅς μὴ γένοι, λειτσεργήσῃ αὐτῷ, ὡς φοβῆς μετὰ λαμῶσιν, ἀνάθεμα ἐστίν. id est. Si quis discernat se à presbytero, qui vxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiā peragente, de oblatione percipere, anathema sit, que versio non multum discrepat à versione Dionysij exigu.

C. XVI. ¶ Ab officio abstineat presbyter non legalibus nuptiis deuentus.

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 26.

¶ Resbyterum c per ignorantiam non legalibus nuptiis deuentum, cathedram quidem habere, sed ab officio d abstinere præcipimus: sufficit enim huiusmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim, sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum d ignorantia, quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuātē benedicat; nec corpus Domini dispenset alijs, nec alio modo ministret: sed sufficiat ei, quod præsidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantia sua. Manifestum est autem, quod huiusmodi non legitima nuptia soluentur, & nullatenus vir accessum habeat ad eam, propter quam sacro ministerio priuatus est.

¶ Ab officio. ¶ Græcè est, τῶν ἱερῶν ἐργῶν, id est, à ceteris officijs.

C. XVII. ¶ De Presbyteris non est laicis iudicandum.

Item Nicolaus ad consula Bulgarorum, c. 70.

¶ Consilendum e decernitis, vtrum presbyteri f habentem vxorem debeatis sustentare, & honorare; an à vobis proicere. Ad quod respondemus; quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles; vos tamen Deum conuenit imitari; qui f solem suum oriri facit super bonos, & malos. Deicere verò eum à vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum eiecit: Verum de presbyteris, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidpiam inuestigandum, sed episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia referendum.

a Burch. l. i. c. 78. Iuo p. 5. cap. 184. Pann. l. 3. cap. 117.

b Burch. l. 3. c. 75. Iuo part. 2. cap. 128. & part. 3. cap. 158.

c Simile etiam in 3. canone eiusdem synodi. & apud Basilium in epist. ad Amphiloebium, cap. 27. d τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παρὰ τῶν λαϊκῶν. e Iuo p. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12. f Matthe. 5.

¶ Presbyterum. In ultimo capite hanc responsionem referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud se esse Græcos, & Armenos, & alios, qui diversa docerent. Nondum enim à Romana sede episcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, coningatus erat.

DISTINCTIO XXIX.

S Ed notandum est, quòd secundum Isidorum, pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt.

C. I. ¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regule canonum intelliguntur.

Ait enim Isidorus.

S Ciendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intrinsecando impinguntur, cum ante indicant, quam intelligant, ante inculpant, quam iterando lecta perquirant.

C. II. ¶ Pro diversitate rerum temperantur regulæ sanctorum.

Hinc etiam Gregorius ait.

R egulæ a sanctorum Patrum pro tempore, loco, & perona, & negotio, instantane necessitate tradita sunt.

C. III. ¶ Pro diversitate locorum, temporum, & hominum, scriptura intelligende sunt.

Item Hieronymus in proximo epistole ad Ephesios.

N ecesse est, ut iuxta diversitates locorum, & temporum, & hominum, quibus scriptæ sunt, diversas causas, & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Iohannes b in Apocalypsi sua, ad septem scribès ecclesias, in vnaquaque earum specialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat, ita & sanctus apostolus Paulus, per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis: nec adinstar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.

¶ Quibus scripta. Antea legebatur, quibus diversæ scripture facta sunt. Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.

DISTINCTIO XXX.

I lliud autem, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit heresis Manichæorum, quia coniugium detestabantur, sicut etiam quorundam superstitione multa in catholicorum detestationem introduxisse inveniuntur, contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.

¶ Manichæorum. Proprie Gangrensis synodus statuit contra Eustathianos, ut supra dist. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Eustathiani hauserat à Manichæis.

C. I. ¶ De multitudine superstitione hæreticorum, quos Gangrense concilium anathematizavit.

S i quis filij parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum i in eis venerentur, quòd fideles sunt, anathema sint. d

¶ In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnicò capite, & coniuncta oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea

a Ansel. l. 4. c. 53. b Apocal. l. c. Iuo p. 8. c. 319. d al. sit.

quæ est Dionysij exigui, longè magis respondet originali græco, quamuis neque ipsa neque quæque.

¶ Ut hoc ipsum. Græce est, *Ἡ ἡμετέριος διὰ τὸ πρῶτον ἐστὶν τῆς βραχέως. Id est, Quòd scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.*

C. II. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 17.

Q uæcumque a mulier, religioni iudicans conuenire, comam sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis, anathema sit.

¶ Religioni. Græce est, *Διὰ τὸν κομῆσιν ἀποκομῆν, id est, Ob eam, quæ exillimatur pietatis exercitatio; quòd Dionysius vertit; propter diuinum cultum, ut existimat. Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie ἀρετῶν nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysij, in octaua autem Iuo prisam.*

¶ Ad velamen eius. Hæc non sunt in græco originali, neque in versione Dionysij. Videntur autem sumpta ex epist. prima ad Corinthios. c. xi.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 14.

S i qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema sit.

C. IIII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 10.

S i quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positus per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 9.

S i quis vel virginitatem, vel continentiam professus, tam quæ abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solum, quòd continentia, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

¶ Professus. Hic erat aditum, in coniugio: quòd neque est in canone græco, neque etiam in latino, qui citatur in fra dist. 31. c. quicumque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.

C. VI. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 13.

S i qua mulier suo proposito vitæ iudicans, ut virile veste utatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit.

¶ Imitetur. Græce legitur, *Καὶ αὐτὴ τῷ ἐσθῶτι ἡμιανδρῶν ἀμφόσμιον, αὐτὴ δὲ εἶναι ἀνάλογον, quæ Dionysius exigui aptè vertit, & pro solito muliebri amictu virile sumit; sicq; habet Burchardus, & ferè etiam Iuo.*

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 18.

S i quis tanquam hoc continentia conuenire iudicans, die Dominice icinauerit in ciuilem diei contemptum, anathema sit.

¶ In ciuilem. In originali huius prisca versione est, aut in ciuilem diei contemptum: quod in versione Dionysij, quam attulerunt Burchardus, & Iuo, istis uerbis videtur exprimi, aut contumaciam, al. propter contumaciam. Sed in græco vitigato nihil est, quòd istis respondeat.

a Burch. l. 8. cap. 62. Iuo part. 7. cap. 80. & part. 8. cap. 320. * Iuo part. 8. cap. 226. & 317. b al. condemnando. c Repetitur in fra dist. 31. c. quicumque. ex versione Dionysij. Burch. l. 8. cap. 64. Iuo part. 7. cap. 82. d & part. 8. cap. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione. Burch. l. 8. cap. 61. Iuo part. 7. cap. 79. e Burch. l. 8. cap. 60. Iuo part. 7. c. 78. f Burch. l. 11. c. 219. Iuo part. 4. c. 51.

C. VIII.

C. VIII. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 19.

Si quis a eorum, qui in proposito sunt continentia, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius ecclesie perfecta in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit.

¶ Propter necessitate. Nihil mutatum est ob glossas: ceterum nullis modis discrepat a prisca versione, & a Dionysiana, quam secuti sunt Burchardus, & Iuo. Prisca sic habet: Si quis eorum, qui in proposito sunt continentia, praeter necessitate corporalem, & superbia ieiunia communia totius ecclesie putauerit contemnenda, perfecta in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit. Dionysiana autem hoc modo: Si quis eorum, qui continentia student, absque necessitate corporea, tradita in communem ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissolvit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema sit. Quae verso in caeteris quidem partibus original: Graeco vulgato satis respondet: sed in postrema instiguitur varietas. Nam ubi Dionysius habet, stimulo suae cogitationis impulsus, in Graeco vulgato est, δακρυγετης, id est, nimirum perfecta, quae in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. In manus scriptis a tunc. huius canonis. ex exemplaribus partim est, παρὰ τὸν θεόν, id est, perfecta in eo residente ratione, partim, εν τῷ θεῷ, id est, perfecta, quae in ipso est, ratione sibi auxilium ferente. Notantur vero Eustathiani (quos postea Bozomilici sectati sunt) qui ita statuebant, per alio certo quodam ieiunio, ad eam se perfecte vitae rationem pervenisse, ut postea omnia sibi essent indifferencia, nullumque praecipuum obligarentur, sed soluti omnino, ac sine peccato quidem possent: qua de re Balsamon in capitulis huius interpretatione.

C. IX. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 20.

Si quis per superbiam tanquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiant, vel accenserit, vel etiam oblationes quae ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

C. X. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 5.

Si quis docer domum Dei contempibilem esse debere, & congregationes, quae in ea sunt, anathema sit.

C. XI. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 6.

Si quis extra ecclesiam privatum populum congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones, ipsamque ecclesiam apud se sine concilio & episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

¶ Sanctiones. Post hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta, aliterque ea, quae sunt ecclesiae, voluerit usurpare, non conveniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque, & caetera, quae hic sequuntur. Dionysii autem verso, quae optimè respondet verbis Graecis, & refertur a Burchardo, haec est: Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciet ecclesiam, ea, quae sunt ecclesiae, voluerit usurpare, non conveniente presbytero iuxta decretum episcopi, anathema sit.

C. XII. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 1.

Si quis nuptias in accusatione m duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormien-

a Burch. l. 13. c. 5. Iuo p. 4. c. 38. b Pannorm. l. 2. c. 8. c Burch. l. 3. c. 94. Iuo p. 3. c. 84. d Burch. l. 3. c. 95. e al. consilio. f 7. 31. dist. e. si quis nuptias. ex versione Dionysii. Burch. lib. 8. cap. 61. Iuo p. 7. cap. 79.

tem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse conjugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

C. XIII. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 2.

Si quis carnem manducantem ex fide cum religione, praeter sanguinem, & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condemnandam, tanquam spem non habentem, qui eam manducant, anathema sit.

C. XIII. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. 15.

Si quis dereliquerit proprios filios suos, & non eos saluerit, & (quod pietatis est) necessaria non praebuerit, sed sub occasione continentiae negligendos putaverit, anathema sit.

¶ Quod pietatis est. Longè fidelis Dionysius: & quod ad se pertinet, non ad pietatem divini cultus informat. Graecè est enim, ἡ τοσοῦτος ἐστὶν αὐτῷ ὡς θεοῦ. Subintelligitur autè particula negans, id est, μή, ex superiore membro.

C. XV. De eodem. Item ex eodem, cap. 2.

Si quis virorum putaverit tancto proposito (id est, continentia) conuenire, ut pallio vtatur, canquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehendat vel iudicat alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veste communi, quae in vtu est, anathema sit.

C. XVI. ¶ De eodem. Item ex eodem, cap. ultimo.

Haec autem scriptimus non abdicentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctae propositum continentiae eligunt: sed eos, qui suscipiunt habitum eius, & in superbia efferuntur aduersus eos, qui simplicitatis viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt praeccepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramus, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus: & renunciationem saecularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum vinculum, quo secundum castitatem sperdurat, honoramus; & diuites cum iustitia, & operibus bonis non abicimus.

¶ Eos, qui suscipiunt habitum. Graecè est, τὸς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως ἐν τῷ ὄρει Παύλου κατὰ τὴν ἀφελέστερον βιωτικῶν ἐπιμετρήσας τε & παρὰ τὴν γοηφίαν, ἢ τὴν ἐπιληστικῶν κενῶν κημισμῶν ἐπιμαρτυροῦντες: id est, qui ex illicito exercitacionis huiusmodi, capiunt occasionem sese ostendendi, seque extollunt aduersus eos, qui simplicitatis viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

¶ Et nuptiarum vinculum. Graecè: ἡ γάμος σιωπῶν σιωπῶν, quae Dionysius vertit: & nuptiarum castum vinculum.

¶ Non abicimus. Post haec verba in concilio ipso proximi sequuntur, quae habentur i. cap. parsimoniam. dist. 41.

C. XVII. ¶ Anathematizatur, qui Manichaeorum superstitiones sequitur.

Item ex Concilio Martini Papae.

Si quis presbyter propter publicam poenitentiam a sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Ma-

a Iuo par. 4. c. 30. b al. immolatum, & suffocatum. c Iuo p. 8. c. 318. d Burch. l. 8. c. 67. Iuo p. 7. c. 81. e al. bens. f Iuo p. 8. c. 321. g castitatem secum. orig. & Iuo. h Apud Martinum Bracarensem c. 57. Burch. lib. 1. c. 20. Iuo p. 4. c. 42.

admodum etiam in episcopo Innocentius legitur, Nam si Paulus. Sed non est mutatum, quoniam est in titu capitis.

C. VI. ¶ Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur.

Item Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

Eos ad sacrificia fas sit admitti, qui vel cum vxore non exercent carnale officium.

1. ¶ Hos.] Apud Innocentium, c. 7. dist. 82. c. Propofuit, ubi hoc idem est repetitum, legitur, neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale confortium.

C. VII. ¶ Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est cavendum.

Item Hieronymus contra Iovinianum, lib. 1.

Si laicus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: si semper orandum non est, ergo semper matrimonio cavendum.

Quod autem Manichæorum causa de coniugio & sacerdotum illud se prædictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo cap. 1. sic statutum legitur.

1. ¶ De coniugio.] Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant alicquem Christianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec frater edius proprie contra Manichæos, sed contra quemdam Ensatihum, qui hunc errorem cum aliis multis in Armenia disseminauerat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias, s. dist. 30. sed ex alia versione.

C. VIII. ¶ Anathema sit, qui nuptias vituperat.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabile æstimat, velut, quæ regnum Dei intrare non possit, anathema sit.

C. IX. ¶ De eodem.

Item ex eodem, cap. 8. c. 9.

Quicumque de virginitate custodians, aut continentiam studens, vel ut horrescens nuptias, nec speret hoc, quod bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assument, anathema sit.

3 pars. Potest & aliter intelligi illud, quod in canone Apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo, et cura sua abicere, quin ei necessaria videatur.

C. X. ¶ Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentie.

Probatur hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait.

Lex continentie eadem est altaris ministris, quæ episcopis, atque presbyteris: qui cum essent laici, siue lectores, licet & vxores ducere, & filios procreare poterunt, sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, & caput eis non licere, quod licuit. Vnde, ut de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quod & salua sit charitas, & cessent opera nuptiarum.

a 7. dist. 82. c. propofuit. Pannor. lib. 3. c. 95. b Pannor. lib. 3. c. 96. c 5. dist. 30. c. si quis nuptias, s. dist. 30. s. si quis vel virginitatem, ex alia versione. Burch. l. 8. c. 61. duo p. 7. c. 79. d 5. dist. 28. c. si quis. Bur. l. 2. c. 114. Ans. l. 7. c. 135. & 6. c. 204. Paly. l. 4. tit. 21. l. no. p. 6. c. 68. Pann. l. 3. c. 106. e 1. Cor. 7. f. accessit exercitatio nuptiarum.

C. XI. ¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura sua non acitiat.

Item Leo IX. 1. contra episcopum Nicetæ Abbatem.

Omnino a contemtu non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxorem causa religionis abicere a cura sua, scilicet, ut ei viduum, & vestitum largiatur; non vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legitimus egisse, beato Paulo Apostolo b dicente: [Nunquid non habemus 2 potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut fratres Domini, & Cephas? Vide insipiens, quia non dixit [Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed [circumducendi,] scilicet ut de mercede prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

1. ¶ Leo IX.] Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & monachi aduersus Latinos editum, quam responsionem, cum nomine Leonis IX. cuius erat legatus, scripserit, potest recte nomine ipsius citari, sicut multa, ex Ennodii libro nomine Symmachi citata inueniuntur, s. dist. 32. c. concilia, & 7. 40. dist. c. non nos, & 81. dist. c. nemo recte, 8. q. 4. cap. nonne, & 9. q. 3. c. aliorum. Ac 5. dist. 22. nomine Nicolai citatur caput, omnes, quod habetur in oratione Petri Damiani.

2. ¶ Nunquid non habemus.] Variæ sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iovinianum ostendit.

Hinc, & illud Gregorij [Presbyter quidam.] quod requiret, dist. seq. c. penult. ¶ Vigetur ex his auctoritatibus, apparet, sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita vero reddere non valent.

4 pars. ¶ Sed obicitur illud Triperitæ historici, libro 2. cap. 14.

C. XII. ¶ Dissuasit Paphnutij Nicæna synodus non constituit, quod presbyteri cum suis vxoribus non dormirent.

Nicæna synodus corrigere volens hominum vitam in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi i cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contraxit, honorabiles confestus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria concubitu, suavitque concilio, ne talem poneret legem, graue esse afferens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset in expertus) exposuit: synodusque laudauit sententiam eius; & nihil ex hac parte sancit: sed hoc in vniuersumque voluntate, non in necessitate dimisit.

1. ¶ Et subdiaconi.] In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt hæc istæ voces. Socratus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græce, quam in Latina veteri, & noua versione, ut etiam Nicephorus.

C. XIII. ¶ Non in perpetuum, sed temporis oblationis a complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant.

Item Synodus sexta, cap. 13. lib. 8. c. 19.

Quoniam in d Romani ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quod iam suis non copulentur vxoribus; nos antiqua sequentes canonem Apostolicæ diligentie, & constitutiones, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo

a Pannor. libro 3. cap. 115. b 1. Corint. 9. c Pannor. libro 3. cap. 85. d Pannor. lib. 3. c. 86. e ordinandi; sed ob glossam non est mutatum.

modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluētes; aut priuantes eos familiaritate adinimicem in tempore opportuno. Quicumque ergo diligens inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam in tempore ordinationis suæ profiteri cogatur; quoddam abstinere debeat à legali propriæ vxoris familiaritate.

Item 7. ¶ Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis b sanctorum continentes esse in omnibus; vt à Deo possint consequi, que simpliciter possulant. ¶ Si quis igitur præsumserit contra Apostolicos canones aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare consortiū, & communionem legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religionis causam vxorem suam expellit, excommunicetur: si verò in hoc permanerit, deponatur.

¶ Quoniam.] Græcè sic habetur: *ἰσχυρὸν ἐστὶν τῆς ποσειδῶνος ἐκκλησίας ἐν πάσῃ ἰερῶν & πατρῶν δόξῃ διὰ τὸν ἰσχυρὸν. Id est, Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c.* Hanc verò ecclesie Romanæ traditionem non solum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humerius supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Basilianus in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verùm de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sciendum, ad c. Habeo librum. dist. 16. satis explicatum fuit.

Hoc autem ex loco intelligendum est. Orientalis enim ecclesia (cui sextæ synodus regulam viuendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

C. XIII. ¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum.

Vnde Stephanus Papa ait in prima sessione synodi, ab ipso in Basilica Lateranensi congregata.

5 **A**liter & se orientatum traditio habet ecclesiasticam, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesie. Nam earum sacerdotes, diaconi, atque subdiaconi matrimonio copulantur: istius autem ecclesie, vel occidentalis nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium fortiendi.

¶ Matrimonio.] Id est, possunt simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neq; illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.

¶ Similiter & capitulum Nicolai ex loco consideratur, quia gens Bulgarorum d nouiter ad fidem conuersa, propositum sacre religionis ex integro assumere nondum didicerat.

¶ Quod autem in c. 6. synodi, presbyter non legitimis carnibus detentus puniatur, non legales nuptiæ secunde intelligende sunt, à quibus auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis. illud autem Gangrensis concilij: [Si quis discernit presbyterum coniugatum, &c.] similiter intelligendum est, vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat. Illud quoq; Martini & Papæ: [si subdiaconus secundam duxerit vxorem] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim vxorem ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professus, promouetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundus desiderauit nuptias, sententiæ Martini & Papæ subiacet.

DISTINCTIO XXXII.

1 **S**eruanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.

C. I. ¶ Neq; etiam subdiaconis connubium conceditur.

a lege, dignus.] sed ob glossam non est mutatu. *b* al. tracta. *ionis.* *c* Pann. l. 3. c. 84. *d* s. 28. dist. 1. c. 7. l. *e* s. 28. dist. c. presbyterum. *f* s. 28. dist. c. si quis. *g* j 34. dist. c. si subdiaconus, ex Martino Bracarensi.

Vnde Leo Papa ad Ananias episc. 82. cap. 3. & 4. ait.

Omnium & sacerdotum tam excellens est electio, vt hæc, que in aliis membris ecclesie vacant b à culpa, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constituti, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sic liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentie puritatem, nec subdiaconis quidem connubij carnale conceditur, vt & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertiove seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus existimet, qui se à voluptate vxoria necdum frangere detegitur.

¶ Vxorita.] Sic emendatum est ex epistola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquam Iuone in part. 6. cap. 98. nam ibi est, vt ante a. apud Gratianum, luxuria. Ex isto autem epistole loco ostenditur eo quoq; tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi a propriis vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatum omnibus ecclesiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullum. s. dist. 28. & c. ante trionium. dist. 31.

C. II. P. A. L. E. A.

Item Gregorius Leoni Episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.

Multorum & relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miserentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, a seruo Dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostræ decessoris est illo modo prohibitum, vt eodẽ tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnũ e duobus eligerent, id est, aut à suis vxoribus abstineret, aut certè ministrare nulla ratione præsumeret. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hære ab administratione se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à minitrio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. & post aliqua. ¶ De cetero verò fraternitas tua sit omnino sollicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoveri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur, sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus dilictione constituat.

C. III. ¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.

Sed qui verò sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, fortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere, quia & de eisdẽ patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quod diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque providendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenedi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

C. IIII. Subdiacono vxorem ducere non licet.

a Burch. l. 1. c. 5. & lib. 2. c. 148. Ansel. lib. 7. c. 137. & lib. 6. c. 18. in fin. Iuo. par. 5. c. 59. & p. 6. c. 98. & 221. Pannor. l. 3. c. 100. *b* al. non vocantur ad culpam. *c* j. 27. q. 2. Ansel. l. 7. cap. 138. Polyc. l. 4. tit. 31. *d* j. 12. q. 1. quia tua. *e* si quis. Iuo. par. 6. cap. 86. Pannorm. lib. 3. cap. 108. *e* *Act. 2.*

Item Nicolaus Papa Odoni a Viennensi Archiepiscopo.

De bello clerico, Aluercio e nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsq; ad subdiaconatum caste vitiose dicitur. cur vtrius auctoritate vxorem duxerit, miramur. eo quod nulli vnquam (excepte illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi d. licentiam damus.

C. V. ¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

Nullus e Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: [Quicumq; sacerdotum, & diaconorum, &c.] Sicut in subsequenti 1 cap. Alexandri II. continetur.

¶ Sicut in subsequenti. ¶ Haec clausula est Gratiani mittentis referre ex capite Nicolai ea, quae proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus II. in epist. quae extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Roma habuit xxiij. episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander II. (vt ipse etiam testatur in epist. * manuscripta) in concilio à se habito isidi verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.

C. VI. ¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet.

Item Alexander secundus.

Praeter hoc autem praecipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens. ¶ Quicumque sacerdos, diaconus, subdiaconus post constitutum beatae memoriae praedecessoris nostri sanctissimi Papae g Leonis, ac Nicolai de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum apostolorum Petri, & Pauli praecipimus, & omnino contradicimus, vt Missas non cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum his qui praefate constitutioni obediētes fuerint, maneant, neque partem ab ecclesia suscipiat. ¶ Praecipientes etiam statuimus, vt hi praedictorum ordinum, qui eidem praedecessoribus nostris obediētes castitatem seruauerint, iuxta ecclesiam, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosi clericos) simul manducet, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesia competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, vt ad Apostolicam, communē scilicet vitam, summo opere peruenire studeant, quatenus perfectionem cum his consecuti, qui centesimo h. fructu ditantur, in caelesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimae, & primitiae, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesiae Dei, fideliter reddantur à laicis, & vt in dispositione episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctae ecclesiae communione separentur.

¶ Et rogantes. ¶ Haec vsq; ad vers. deinde, addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est praeterea sequens vers. sic deinde, qui in epist. Alexandri non est.

3 pars. Verum principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo, & Augustino, & ceteris, qui Christi sacramenta neq; in bono, neq; in malo homine fungienda ostendunt, sicut in subsequenti causa Simoniacorum ple-

a al. Adoni. b Iuo, par. 6. cap. 119. c al. Aluico. d al. habedi. e In synodo Romana 113. episcoporum in basilica Constantiniana. Pann. l. 3. c. 135. * in epist. proxima notat. indicata. f Pannorm. ibid. & lib. 8. c. 142. g Leo IX. in conc. Romano. h Matt. 13. i 1. q. 1. neq; in homine.

niki demonstrat. Sed Urbanus II. in epist. destinata praeposito sacri Iuvenij bane contrarietatem determinat, dices: [Ad hoc 1 vero quod subiungitur in eadem epistola, id est, ritum sit ritendum ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis, vt ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi. Ad hoc, inquam, ita respondemus. Si schismate, vel heresi ab ecclesia non separantur, eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta, sancta, & veneranda non negamus, sequentes beati Augustinum 2, qui super Ioannem de huiusmodi tam copiose, quam veraciter disserit. At enim [Baptizatus seruus bonus, siue seruus malus: non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem] & paulo post: [Non horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem] & infra. [¶ Attamen decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Mis]is sacerdotum, quos tales reuera esse constituit, fideles abstinerere decreuerunt, vt & peccandi licentiam ceteris auferrent, & huiusmodi ad digna poenitentia lamenta reuocarent. Scribit hoc praedecessor noster Gregorius b Radulpho Duci Sueviae, & Bertulpho Duci Carentanorum inter cetera: [Officium Simoniacorum, & in fornicatione iacentium, scilicet nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales à sanctis ministeriis, vt oportuerit, prohibeatis, &c.] Porro ad haec, quae tibi syllogistici in eadem epistola obiciuntur, id est, si corpus & sanguis Christi non sunt, & alia, quae praediximus, proprias non habent virtutis dignitates, quid agentibus obstant? Ad haec, inquam, ita respondemus, proprias quidem habent virtutis dignitates, vt praefatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas, sed agentibus, vel suscipientibus eadem sacramenta contra praefatorum Pontificum instituta (nisi forte sola morte interueniente, vt pote ne sine baptismo, vel communionem quilibet humanis rebus excedat) eis, inquam, in tantum obstant, vt vere à idololatra sint, cum talibus & ordinationum, & sacramentorum consecutio, & aliter, quam praescriptum est, scilicet susceptio, vehementer à sanctis canonibus prohibeantur. At enim Samuel e propheta. [Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriae nolle acquiescere.] ¶ Haec de malis catholicis, qui intra ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum, & haereticorum sacramenta, quonia extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramenti initiati per manus impositionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum vero, quod canones Apostolorum, (quorum auctoritate orientalis, & ex parte Romana visitur ecclesia) et insignis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cum eodem baptisma haereticorum, lauacrum diaboli appellant. Stephanus g verò, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus h in lib. de baptismo eundem Cyprianum, & praefatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptismum, siue ab haeretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratum, ratum esse: & merito: quia alia in baptismo, & alia in reliquis sacramentis consideratio est, quippe cum & ordine prior, & necessarius sit. Subito enim morituro, prius baptizante, quam Dominici corporis communionem, vel alius sacramentis consulitur, & dum forte catholicum non inuenitur, status est ab haeretico baptismi sacramenti sumere, quana in atarum perire. Et hanc sententiam praescriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt In-

a Tract. 5. ad cap. 1. Ioannis, circa medium. b Gregorius VII. lib. 2. reg. epist. 45. c mysterij. Iorig. d al. ferè. e 1 Reg. 15. * Can. 45. 46. & 47. f Lib. 1. epist. 12. ad Ianuarium, & epist. ad Iubitanum, quae ante illius concilium posita est. g In concil. Stephan. a. h Aug. lib. 7. contra Donatistas.

nocentius & Syricus b. Leo, Anastasius, & magnus Gregerius, & omnis catholica ecclesia.

¶ pars ¶ Prohibentur ergo de manibus talium sacerdotum sacramenta suscipi, non quin sint vera, quantum ad formam, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotibus se a populo contemptos viderint, rubore verecundia facilius ad penitentiam prouocentur.

¶ Ad hoc. ¶ Hinc usque ad finem capituli omnia accepta sunt ex epistola Irbam I. l. Præposito sancti Iuenij apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliotheca Vaticana, cuius epistole in initium, & magna pars habetur f. c. saluator. r. q. 3. atq; in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica, De eodem.

C. VII. ¶ Qui uxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat.

Item ex sexta Synodo, cap. 6.

¶ Id quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptialium iure mulierum copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

C. VIII. ¶ Lectores aut uxores ducant, ante continentiam profiteantur.

Item ex Concilio Carthag. III. cap. 19.

¶ Lectores e, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri.

C. IX. ¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet.

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconis f. tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam finis contumacia aut temeritate corumpi.

C. X. ¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant.

Item Urbanus II. in synodo apud Melphiam, cap. 13.

¶ Os g, qui post subdiaconatum t vxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine remouemus, officioq; atque beneficio ecclesie carere decernimus. Quod si ab episcopo communiti nō se correxerint, principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipent seruituti. Si verò episcopi consenserint eorum prauitatis, ipsi officij interdictione mulcentur.

¶ Subdiaconatum. ¶ Antea legebatur, diaconatū. Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio, cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est Gallias. Diaconus enim nunquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius, quos Syricus, & Innocentius semper eadem continentie lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconus quoq; post B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in e. ante driennium. s. dist. 31. eadem lex fuit constituta, quam Urbanus II. hic innotandam statuit.

C. XI. ¶ Excludendi sunt a suorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continententes esse nolunt.

Item Dominico Patriarchæ Gradeni.

¶ Rubescant h. impij, & aperte intelligat iudicio Spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & castè vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorū autē, & cognitor Deus, & iudex est.

a Innoc. Victrico, epist. r. c. 15. b Syricus Himerio, c. i. e. Leo de cons. dist. 4. bi de quibus. ¶ * Anastas. dist. 19. c. 2. d. Extra de ata. & quali. ca. a multis. Pann. l. 3. c. 102. e. Pann. l. 3. c. 111. f. Pann. l. 3. c. 99. g. Pann. l. 3. c. 101. h. In c. a multis & rubescant, extr. de atar. & qual. Pann. l. 3. c. 103.

C. XII. ¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probata castitatis.

Idem in Melphie. si synodo præsidens dixit, cap. 12.

¶ Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi virgo, aut probata ut castitatis, & qui vique ad subdiaconatum vnicam, & virginem uxorem habuerit.

C. XIII. ¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant.

Item in concilio Carthaginensi V. c. 3.

¶ Lacuit b episcopos, presbyteros, diaconos t secundum priora statuta etiam ab vxoribus abstineret: quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remouentur officio: cæteros verò clericos ad hoc non cogit, sed secundum vniuersumq; ecclesie consuetudinem obseruari debere.

¶ Diaconos. ¶ Sequēbatur, subdiaconos, quæ vox subblata est, quoniam abest ab originali, & ab Africanis, c. 37. & a Carthaginensi Græco, c. 71. & j. dist. 84. c. cum de quorundam: quæ uis habetur in Carthaginensi codice canonum, cap. 5.

¶ Secundum priora statuta. ¶ Græci est, & rēs idēs dēs, & Balsamon interpretatur, tempore vicis iuz: quod ab originali sententia alienum est.

C. XIII. ¶ In minoribus ordinibus constituti uxorem ducant, nisi voto, aut religio habitu prohibeantur.

Item Leo IX. contra episcopum Nicetæ Abbatis.

¶ Eriatim e, & aperte prosequemur, quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolytos, si extra votum, & habitum monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, uxorem ducere virginē cum benedictione sacerdotali permittit, non autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem sortitus uxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quod si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere, nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: vt fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neq; permittitur postea vxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius.

C. XV. ¶ Non liceat clericis alterius seclæ uxorem accipere.

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 14.

¶ Voniam d in quibusdam prouincijs cōcessum est clericis & psalmistis uxores ducere, statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere seclæ alterius uxorem.

C. XVI. ¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi qua naturali fœdere omnem suspicionem excludunt.

Item in Nicæno concilio, cap. 7.

¶ Interdixit f per omnia sancta g synodus non episcopo, non presbytero, non diacono, vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierē, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam i eas idoneas personas, quæ fugiant suspensiones.

¶ Ant etiam. ¶ Græci est, & à pēna rēpōnē rōi onē rōi vīa dīa nī dī pō. id est, vel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspensionem.

a In c. a multis, extr. de etat. & quali. Pannorm. lib. 3. cap. 104. b Pannorm. lib. 3. cap. 105. c Humbertus Cenomanensis, legatus, Leonis IX. in responsione contra Nicetam. Pannorm. lib. 3. cap. 107. d Pannorm. lib. 3. c. 110. e Iræpōdēy. f Burch. l. 2. c. 109. Ans. l. 7. c. 133. & 6. c. 202. Ino p. c. 186. Pann. l. 3. c. 112. g magna.

[Item Hieronymus ad Nepotianum de Vita clericorum, & alibi.]

Hospitiolum tuum aue raro, aut nunquam mulierum pedes terant: Quia non poterit a toto corde cum Deo habitare, qui feminarum accessibus copulatur. Quia femina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Nunquam de formis mulierum disputat. Quia femina nomen tuum nouerint, & uultum nesciant. Quia femina, quam bene uideris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia. Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.

1. Hospitiolum. Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Palea nomine. Est autem collectum ex variis B. Hieronymi locis, in quibus de uitanda mulierum consuetudine agitur.

2. Non poterit. In epistola ad Oceanum, que non putatur esse B. Hieronymi, legitur, Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

3. Femina. Ibidem paulo superius, siam migerio igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exortique fundamenta mentium.

4. Nouerint. Antea legebatur, femina nomen tuum nesciant. Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.

5. Frequetia. In epistola ad Oceanum est, frequenter ornata.

C. XVIII. Presbyter uxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. Item Gregorius in dialogo, lib. 4. cap. 2.

Presbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis presbyteriam suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere non sinebat, eamque sibi appropinquare nulla occasione permittebat, ab ea sibi communionem fundicus familiaritatis abscedit.

C. XIX. Vidua, vel seniores, presbytere appellatur.

Presbyteram uero quam debeamus accipere, Laodicensis concilium, c. 11. ostendit dicens.

Mulieres, quae apud Graecos presbyterae appellantur, apud nos uiduae, seniores, uiniuae, & matricariae appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.

1. Mulieres. Sic habet Prisca uersio Graeci. Sed et non est in uersio Latina. Quod non oporteat eas, quae presbyterae, uel praesidentes dicuntur, in ecclesia collocari, quae est Dionysii uersio, praeterquam in ultimis uerbis. Ille enim habet, ecclesiis ordinari. Et uidentur esse Balsamon ad eum locum.

DISTINCTIO XXXIII.

Secundus, quod in sacris ordinibus constituti uxores habere non possunt, uel si bigami aliqui fuerint inueniunt, ad sacros ordines ascendere non ualent. Sed queritur, si quis praeter uxorem concubinam habuerit, utrum in sacerdotem promoueri ualeat? Talis a sacro ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibetur, in quibus c. 17. sic statutum legitur.

C. I. Secundus nuptiis post baptismum copulatus, aut concubinam habens, ad sacrum ordinem ascendere non ualeat.

Si quis post acceptum baptismum secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut

In epist. ad Oceanum. Ibidem. In epist. ad Nepotianum praepositem. In epist. ad Rust. In epist. ad Oceanum, l. i. contra Iovin. b. Pann. lib. 3. c. 14. c. Anselm. lib. 1. c. 14. l. 1. p. 8. l. 3. d. 1. c. 1. d. 1. c. 1. d. 1. c. 1.

prorsus eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

1. Ministerio. Graeci: τῆς ἱερωσύνης τῆς ἡγιασμένης, id est, qui sunt in catalogo sacerdotali.

Deseruiens sacro ministerio, intelliguntur subdiaconi, & uicarij diacono, & acolyti, qui cum ceteris diaconis praecedunt, unde & ceterosarii dicuntur: quos etiam uinum, & aquam praeparando calicis subministrat. Concubina intelligenda est praeter uxorem, ut ipse sit sensus capituli: Si quis post acceptum sacrum baptismum secundis nuptiis fuerit copulatus, aut concubinam duxerit, distinguendum est, an tequam uxorem duxerit, siue post mortem uxoris.

C. II. Duarum Matronarum maritus post baptismum clericus non ordinatur.

Vnde B. Gregorius l. i. c. i.

Matrum a duarum post baptismum matronarum clericus non ordinandum, neque eum qui uiam quidem, sed concubinam, non matrona non habuit, nec illum, qui uiam quidem aut repudiatam, uel meretricem in matrimonio assumpsit: nec eum, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, uel iusto, uel iniusto timore superatus, truncauerit: nec illum, qui uisuras accepisse conuincitur, aut in scena iussisse dignoscitur: nec eum, qui publica penitentia mortalia crimina desueuit: neque illum, qui in furiam aliquandiu uersus insanit, uel afflictione diaboli vexatus est: neque eum, qui per ambitionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulerit.

1. Gregorius. Hoc caput sumptum est ex c. 72. libri de ecclesiasticis dogmatibus, qui inter opera B. Augustini editus est, atque ex eo alibi fuisse ab ipso Gratiano citatur. A Trinitario autem adscribitur. Menino, ab alio Isidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt, ut Valerius Strabo lib. de re. eccl. c. 20. Petrus Lombardus sent. 2. dist. 8. S. Thomas quodlib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alij.

C. III. Arreptiui, uel epileptici sacris altaribus non ministrant.

Item Pius Papa.

Communiter diffiniunt, ut nullus de iis, qui in terra arrepti a daemionibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursum effugerunt, uel sacris audeant altaribus ministrare, uel indiscussis se ingerant sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus de diuinae huiusmodi passionibus in terram probantur elisi: qui tamen & ipsi tandem erunt ab officij sui ordine, & loco suspensi, quousque unius anni spatium per discretionem episcopi inueniantur ab incursum daemone liberati.

C. IIII. De eodem.

Item Nicolaus Papa.

Clerici, qui in adolescentia a daemionibus cognoscuntur obsessi, ad superiores sacri regimini gradum ascendere non possunt.

Simile quiddam habetur in concilio Auausico, c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluino Louansi archiepiscopo, ad quem etiam fuisse scribitur c. quorundam, 7. dist. 34.

C. V. De eodem.

Item Gelasius Papa, episcopus ad uniuersos episcopos per Lucaniam constitutor, c. 21.

Uisus adeo sane comperimus illicita quaeque prouenerit, ut daemionibus, similibusque passionibus ireritis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Qui-

In Anselm. lib. 7. cap. 22. al. 26. Iuo, part. 8. cap. 295. Polyc. lib. 2. tit. 31. b. de ster. Iorig. c. ad pra. ordinatione. d. Act. 8. c. offert. Iorig. f. Burchar. lib. 3. cap. 72. Iuo, par. 2. cap. 125. Polyc. lib. 4. tit. 31. g. alieni. I ceteri collectores. h. Iuo, par. 11. cap. 104. i. Burchar. lib. 2. cap. 20. Polyc. lib. 3. tit. 9. cap. 11. Iuo, part. 2. cap. 88. & par. 6. cap. 40.

bus si in hoc opere positus, aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis fidelium de sua salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humane, tanta prospexit calamitate vexari? Atque ideo necessario remouendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur in firmis. Postremo, si corpore san-
ciatum fortassis, aut debilem nequaquam sancta contingere lex² diuina permisit, quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non conuenit (quod est deterius) mente percussos?

C. VI. ¶ Qui tempore baptismi uxores habent, si postea religioſi vixerint, clerici fieri non prohibentur.

Item Innocentius Papa I. Felici episcopo Nucerino, epist. 4. c. 4.

3 **L**icet b, qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, adhæserint, si non concubinam, non pellicem nouerint, si in omnibus bonis operibus vigilaerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

4 pars Ceterum ante susceptum sacrum ordinem quodam legimus concubinam habuisse, quos tamen sacri canones non reiciunt, si post sacrum ordinem ab eius commiſſione sese immaculatos custodiunt.

C. VII. ¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit.

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino episcopo, lib. 2. epist. 4. sive c. 83.

Habuisse c te concubinam manifesta veritate comperimus¹, de qua etiam cōtraria est quibusdā nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuæ conscientie eligimus committendum. Quare te, si in sacro ordine constitutus eius te permissione esse recolis maculatū, sacerdotij honore deposito, ad ministrandum nullo modo præsumas accedere, sciturus in animæ tuæ periculo d te ministrare, & Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris.

1 ¶ Comperimus. ¶ Sequetur, & te illius criminis participationem habere, quæ verba sunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum sublata sunt, quoniam absant & ab aliis editionibus, & a cæteris collectoribus, & a Ioanne diacono, lib. 3. num. 43. vite eiusdem Gregorij, omninoq; sententiam perturbant.

DISTINCTIO XXXIII.

1 **D**omesticarum quoq; personarum immoderata familiaritatem episcopum vitare oportet.

C. I. ¶ Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet.

Vnde Nicolaus Papa ad Albinum c Archiepiscopum.

Quorundam f relatione fidelium, nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus episcopus, qui & iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere duntaxat Germanos, & Gallos irreuerenter implicat. Verum iste (si ita est, vt audivimus) meritis iuuenis dicitur, qui iuuenilibus desiderijs occupatus, nulla g grauitate constringitur. ¶ Nam (vt beatus dicit Hieronymus) ve-

a Leuit. 22. b Ansel. lib. 7. cap. 29. al. 34. Iuo. p. 6. cap. 95. Pannor. lib. 3. cap. 45. c Burchard. lib. 1. cap. 195. Iuo. par. 5. cap. 310. Polyc. lib. 4. tit. 39. d al. periculum. e al. Aluimim. f Iuo. par. 5. cap. 353. g nulla senium grauitate. h Iuo. h ad cap. 5. Michæ, & in Psal. 90.

natiorem nunquam legimus sanctum. & infra. Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apollotatum nostrum, quod cum quadam filia sua immoderatam tenet familiaritatem, & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re a sanctitate tua, cæterisq; coepiscopis suis communitus, atque correptus est, sed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maxime dicitur, & magis, ac magis deteriore de se reddit opinione, in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiscoporum suorum rationibus non obedit, & per inobedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis, & suffraganeis tuis conuocare concilium, & hunc salutaribus eloquijs episcopum conuenire; atque illi pastoralium auctoritate præcipere, quatenus ab omnium bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat; atque ab immoderata filie suæ familiaritate semet omnino cœrceat. Quod si parere contempserit, & tam pro venationis declinatione, quã pro immoderata filie suæ conuersatione vitanda vobis admonitionibus obedire distulerit, a vestro collegio excommunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, a ministerio cessare debet.

C. II. P A L E A.

[Ex concilio Aurelianensi III.]

Episcopus a, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate b sæpius detentus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione c suspendatur; diaconus vero ab omni officio, & communione suspendatur.

1 ¶ Aurelianensi. ¶ Hac Palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. cap. 1. citatur ex concilio Aurelianensi, et in Pannormia ex cap. 8. Sed in Aurelianensibus, quæ extant, non est inuenta. Burchardus, & Iuo. par. 6. cap. 288, citant ex Meldensi. Eadem vero sententia est in Agathensi, cap. 55. (quod etiam citat Iuo. p. 5. c. 366. & p. 13. c. 30.) & in Epauensi, cap. 3.

2 ¶ A communione ¶ In decretalibus legitur a communione, si presbyter, duobus; si diaconus, ab omni officio suspendatur. Apud Burchardum est, se a communione suspendat, presbyter duobus; diaconus vero ab omni officio, & a communione suspendatur: neq; multo aliter apud Iuonem, par. 6. & in concilio Epauensi. In Agathensi autem, & apud Iuonem, par. 5. Se a communione suspendat; presbyter duobus mensibus se abstineat: diaconus vero ab omni officio, & a communione cessabit. Verum apud eundem Iuonem, par. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo legitur: se a communione abstineat, d presbyter duobus mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio, vel communione cesset.

C. III. P A L E A.

Omnes c ferus Dei venationes, & syluaticas venationes habeant, interdicitur.

¶ Hec etiam Palea habetur eod. tit. de cleric. ven. c. 2. ubi ex eodem concilio Aurelianensi citatur, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia istidem penè verbis est in synodo Francica sub Zacharia Papa, quæ & conciliorum tomis est inserta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manifestipia etiam inter epistolas Zacharia in codice sæpe memorato monasterij Dominicanorum.

Concubina autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus le galibus instrumentis venata est, & coniugali affectu asci-

a Extrã de cleric. ven. cap. 1. Burchard. libro 2. cap. 213. Iuo. par. 5. cap. 366. & par. 6. cap. 288. & par. 13. cap. 30. Pannorm. libro 3. cap. 167. b al. voluntate sæpius detentus. c al. vel. d al. suspendat. e Extrã de cleric. ven. cap. 2. Burchard. lib. 2. cap. 214. Iuo. par. 6. cap. 289. f al. saſigationes.

scitur, hanc coniu. em facit affectus. concubinam verò lex nominat. De hac dicitur in concilio Toletano l. c. 17.

C. IIII. ¶ Qui non habet uxorem, sed loco illius concubinam, a communione non repellitur.

Is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen b vt vnus mulieris, aut vxoris, aut concubine sit coniunctione contentus.

¶ Is, qui non.] Integer concilij canon. qui apud Iuonem quoq. in Pannormia refertur, est hic: Si quis habens uxorem fidelis e, concubinam habeat, non comur licet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen d, vt vnus mulieris, aut vxoris, aut concubine (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Alias viuent abiciatur, donec desinat, & ad penitentiam reuertatur. Neq. vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittatur. De quibus quidam legibus gentilium Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certe Iustinianus nouella 18. c. 5. (vt est apud Iulianum antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo vxoribus, quas sine dotalium tabularum solemnitate ducta fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scribit B. Augustinus in lib. de bono coniugali, & refertur, j. 2. c. 5. de. In quibus hac tria erant necessaria: primum, vt vterq. e sit solutus: deinde fides mutua, quod alteri non iungeretur, neq. a procreatione filiorum abhorrerent: tertium, vt vsq. ad mortem in ea vite coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici, nuptias esse, & coniugium, quamuis sic habitam non audeat appellare uxorem: quia non internerant instrumenta dotalia, & alia, qua iure ciuili, & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in predicta nouella 18. c. 5. c. 5. c. aliter. Itaq. huiusmodi mulieres, cum non essent vxores, vocabantur concubine: sed ob illa tria, ac precipue, quod in affectu maritali permanere statuerant, permittatur ipsis communicare, habeanturq. tanquam vxores minus solenniter ducte. Et hoc est, quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro uxore, & loco vxoris habere concubinam: Idq. Gratianus ipsi ad finem capituli anteceditus, concubina, indicauit. Nam concubinam ad tempus adhibitam, etiamsi filiorum procreandorum causa haberentur, plene illicitus erat concubinatus: quod asserit idem B. Augustinus, c. audite. j. ad. & in eodem lib. de bono coniugali, cap. concubina. j. 32. quest. 2.

C. V. ¶ De eodem.

Item Ildorus de distantia & noui, & veteris Testamenti.

Christiano f non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum, aut vxorem; aut certe loco vxoris (si coniux deest) concubinam.

C. VI. P A L E A.

[Ex dictis Augustini in lib. 5. Homiliarum, Homilia 219.]

Avdite g charissimi membra Christi, & marris catholice ecclesie filij. Quod dico competentibus & fidelibus, audiant penitentes. Quod dico fidelibus, dico & competentibus, & penitentibus. Audiant catechumeni, audiant omnes, omnes timeant, nemo contemnat: sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit in testimonium dolor meus: Competentibus dico, fornicari vobis non licet: sufficient vobis vxores, audiat Deus, si vos surdi estis: audiant angeli, si vos con-

a Iuo par. 8. cap. 64. Pannorm. lib. 6. c. 49. b al. tantum. c al. fidelem. d al. tantum. e al. consonantia. f Iuo par. 8. cap. 66. Pannorm. l. 6. cap. 50. g Burchard. lib. 9. cap. 15. Poly. lib. 6. tit. 8. Iuo par. 8. cap. 153. Pannorm. libro 6. cap. 43.

remittis. Concubinas vobis habere non licet: etsi non habetis vxores, tamen non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittat, & ducatis vxores: tanto magis damnatio vobis erit, si volueritis habere vxores & concubinas.

1 ¶ Competentibus.] Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes, atq. intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex aliis.

2 ¶ Vxores.] In hac precipue parte non sunt relata propria verba B. Augustini: sed nonnulla omisa, ac mutata. Nam ipse ita scribit: sufficient vobis vxores, aut nec vxores: concubinas vobis habere non licet: Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiat competentes, quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittat.

3 pars Ceterum, si non talis concubina fuerit, & etas illius, de quo agitur, futura incontinentia si suspicionem auferre dignoscitur, apostolica concessione ad ordinem diaconatus prouehi potest.

C. VII. ¶ Qui post mortem vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittitur.

Vnde Pelagius Papa scribit Florentino a episcopo.

Fraternitatis b tuae relatione suscepta, eius latore secundas quidem nuptias expertum non fuisse didicimus, castitatem tamen eum c priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint, que in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitas a auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporu, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distinctionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & z ras illius, de quo agitur, future incontinentie suspicionem auferre dignoscitur, vt ad diaconatum possit prouehi, temporus, vt dictum est, condescendentes defectui concessisse nos noueris. ¶ j. ¶ Miceam e vero ancillam eius, de qua se post transitum vxoris, filios habere confessus est, iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio continentiam professura tradatur.

1 ¶ Tradatur.] Apud Anselmum sequitur: vt meliori sorte ad quod promouetur officium, sub bona possit famae merito ministrare, nec aliqua opinionis eius maculae relinquatur occasio: neq. multo aliter in Polycarpo.

Hoc ex dispensatione misericordiae: ceterum ex rigore discipline intelligitur illud Aurelianensis 2 concilij.

2 ¶ Aurelianensis.] Hac ad verbum habentur in concilio Gerundensi, cap. 8.

C. VIII. ¶ Non admittatur ad clericum, qui prater uxorem, aliam cognouerit.

Si quis de laicis post uxorem, aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus admittatur.

4 pars Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur, propter speciem future incontinentie constitutum creditur: quia difficile continentiam seruat, qui se illicito concubitu maculare non metuit. Vt prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitalis amisit, vel quia meretricis non desinit, licet in uxorem ducatur. Virumq. enim impediendum cui libet prestat, quo minus ad sacros ordines peringere valeat.

a al. Florentie. b Anst. l. 7. c. 68. al. 73. Poly. l. 2. tit. 1. c al. cum. d al. substitutio. e al. Mitinam. f al. &

C. IX. Qui virginem non duxit uxorem, ad sacros ordines non accedat. Vnde Hilarius Papa in synodo Romana, cap. 2. scribit dicens.

Verandum a ergo b in primis est, ne ad sacros ordines c (sicut gelitis prioribus ante praescriptam est) quisquam, qui uxorem non virginem duxit, aspiret.

C. X. Bigamus, vel penitens, corpore vitiat, literas ignorans, curia vel conditioni obnoxius, clericus non fiat.

Item Gregorius vrbis Romanae praesul Squid- latino d Epist. lib. 2. epist. 25.

Racipimus e, ne vquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem non est fornicatus uxorem, aut ignorantem literas, vel in qualibet parte corporis vitiatam, vel penitentia h vel curie, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere.

C. XI. Non fiat sacerdos, cuius uxorem euidenter constat adulterium admisisse.

Item in Neocaesariensi concilio, cap. 8.

Si laicus, euidenter fuerit comprobatus hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam eo constituto, adulterauerit, data repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

C. XII. De eodem. Item ex concilio Martini Papae.

Si laici l vxorem in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clernici vxor adultera fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, ad ministerio alienus fit. Praemissa auctoritatibus bigami, & qui virgines non sunt sortiti uxores, a sacris ordinibus prohibentur. Sed quatinus, si quis ante baptismum viduam duxerit uxorem, an propterea sit prohibendus a sacris ordinibus.

C. XIII. Qui ante baptismum, seu post baptismum viduam duxit uxorem, non admittatur ad clericum.

De his ita scribit Innocentius Papa Niceno concilio Rothomageni episcopo, epistola 2. cap. 5.

Si quis viduam (licet laicus) duxerit uxorem, siue ante baptismum, siue post baptismum, non admittatur ad clericum; quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptae vxoris consortium relaxatur. & j. Quod si non putatur vxor esse computanda, quae ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur.

C. XIII. Qui secunda coniugia sortitur, clericus non fiat.

Prohibentur etiam bigami a quolibet ordine clericatus, in xia illud Ambrosij, epist. 82. ad Veracellensem ecclesiam.

Cognoscamus m, non solum hoc de episcopo, & presbytero Apostolum statuisse, sed etiam Patres in con-

a cautendum. Jorig. b Anst. 7. c. 12. al. 15. Pann. l. 3. c. 50. c Gradus Jorig. d forte Scillacino. e Anst. 7. c. 35. al. 42. Polyb. l. 2. u. 31. luo. p. 8. c. 288. f al. penitenti. al. publici penitentem. al. salenitex penitentem. g Anst. l. 7. c. 19. h Apud Martinum Bracarensem. c. 28. i al. enim laici. Jorig. k Anst. 7. c. 11. luo. p. 6. c. 55. l cap. 6. ansilem epist. m luo. p. 8. c. 29. Pann. l. 6. c. 63.

cilij a Niceni tractatu addidisse, neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

5 pars Similiter etiam viduam mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.

C. XV. Spectaculis publicis mancipatam, vel eieclam, vel ancillam dicens uxorem, diaconus non fiat.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

Si quis viduam, aut eieclam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quae publicis spectaculis mancipantur: non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

C. XVI. Quae sit vidua, vel eiecla, vel meretrix.

Qua autem sit vidua, quae eiecla, vel meretrix, Hieronymus epist. 12. ad Eubolam de vesce sacerdotali ostendit, dicens.

Vidua e est, cuius maritus est mortuus: Eiecla est, quae a marito viuite proicitur. Meretrix, quae multorum libidinipater.

7 pars Sed postea temporis defecui condescendens Papa Martinus, in minoribus ordinibus eos constitui permittit, non regulam praesigendo, d dicens.

C. XVII. Inter leiores, vel ostiarios deputetur subdiaconus, secundam dicens uxorem.

Si subdiaconus secundam uxorem duxerit, inter leiores vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

Necessitate tamen exigente bigamus vsq. ad subdiaconatum potest promoueri.

C. XVIII. Viduam ducens uxorem, subdiaconus, si necessitas exigat, fieri potest. Vnde Martinus Papa ait.

Leior e, si viduam alterius, uxorem acceperit, in leioratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 pars Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuiis interesse.

C. XIX. Nuptiarum conuiuiis presbyteri interesse non debent.

Vnde in Agathensi concilio, cap. 39. legitur.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi vxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum eunt conuiuia, nec his coetibus miscantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obsceni motus corporum choreis, & saltationibus effertur, ne auditis, aut obtutus sacris mysterijs deputati turpium spectaculoru, atq. verboru contagione polluantur.

1. Licentia non est. In codicibus impressis legebatur, licentia modo non est. Expuncta est dictio, modo, quae neq. in originali, neq. in relictis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Ikonensi concilio, c. 11. (ubi hoc idem repetitur) habetur. Ac presbyteris quidem nunquam, ne apud Graecos quidem, licuit ducere uxores.

Vidua vero intelligenda est, si post solenne sedus nuptiarum, morte interueniente, a viro suo diuisa fuerit. Ceterum, si antequam conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint, licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur, nec ex eius copula a sacris ordinibus aliquis prohibetur.

a al. concilio Niceni tractatus Jorig. b luo. p. 8. c. 297. c. Pann. l. 6. c. 68. Apud Martinum Brac. c. 44. Ex concilio Toletano l. 4. d. Haec verba non regulam praesigendo, absunt ab aliquot exemplaribus. e. l. ibid. c. 43. Ex concilio Tolet. l. 3. f. Burch. l. 2. c. 134. luo. p. 6. cap. 209. Polyb. lib. 4. tit. 31. g al. ministerium.

C. XX. ¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptiam, uxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur. *Ende Pelagius Papa scribit.*

Valentino a clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponsa b, coniugali est copula sociata, quia iterum c velamen accepit, nullum in promouendo generetur obiaculum, quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet inlicitis.

DISTINCTIO XXXV.

A quibus ordinibus bigami prohibeantur, & utrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt uxorem, & post baptismum alteram, & an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est. ¶ Sequitur autem in descriptione illa Apostolica d, vt sic sobrius, qui ordinatus est, non vinolentus: quod ex autoritate veteris Testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum, & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & vsensus eorum rigeat semper, & tenuis sit, vel quia venter meri a suam facile desumatur in libidinem. Vnde Noe e in ebrietate nudauit femora: Loth, quem Sodoma non vicit, vna vicerunt. ¶ Quod tamen & vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequenter vino repletus debet intelligi.

C. I. ¶ Diaconus, presbyter, & episcopus ebrietati, & alea deseruientes, nisi desierint, deponantur. *Hinc etiam in canonibus Apostolorum, Can. 41, & 42 legitur.*

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, alea, atq; ebrietati deseruient, aut desinat, aut certe damnetur h. Subdiaconus aut lector, aut cantor similia facies, aut desinat, aut communione priuetur i. Similiter etiam laicus.

C. II. ¶ Esus carnis, & vini potus, post delictum concessus legitur: post Christi aduentum inhibitus. *Item Hieronymus lib. 1. contra Iovinianum.*

A b exordio conditionis humane nec carnis vebrietati deseruimus, nec dabamus repudiu, nec pra putia nobis enipiebantur in signum. Hoc cursu ad diluuium vsque peruenimus. Post diluuium autem cum datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingestae sunt ad velendum, & repudia concessa duritia, & cultellus circumcisionis applicitus, quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quam necesse est. Postquam autem Christus venit in saecula temporum, & reuoluit ad a, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudiu nobis dare permittitur, nec circumcidimur n, nec comeditur mus carnes, dicente Apostolo n Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere. Et vinum enim cum carnis bus post diluuium dedicatum est.

C. III. ¶ Alienum est a sanitate potationibus & ebrietatibus vacare. *Idem lib. 2. contra Iovinianum.*

Luxuria a res vinum, & tumultuosa ebrietatis; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

a Simile 27. q. 2. cap. quod autem b item si sponsa. Ius p 6. can. b al. sponsa. c al. interim. d i. Timoi. ¶ In gl. ad e. in locum habentur haec omnia ex Hier. epi. 81. e. Levit. 10. ¶ ea. c. venter. f Gen. 9. & 19. g al. aut. h. interlineari. i. Tim. 3. b no. i. c. d. ad est. de ponitur. i. communiacione prouertit. k Burc. 1. 14. c. 3. p. l. c. l. 6. u. 18. Ius p. 13. c. 72. Patm. 13. c. 730. Rab. p. c. 2. l. Matt. 19. m. Ad. 15. Galat. 5. n Rom. 14. o. Prou. 20.

C. IIII. ¶ Ignominiosum est sacerdoti affluere delicis, epulis, atq; lasciuia.

Idem in Michaeam ad c. 2.

Eclesia principes, qui delicis affluunt, & inter epulas, atq; lasciuas pudicitia seruare se credunt, propheticus a sermo describit, quod euicendi sint de spatio: si domibus, lautisq; conuiujs, & multo labore epulis conquisitis, & euicendi propter malas cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quod euicendi sunt; Euangelium b lege: in tenebras scilicet exteriores, tibi erit sicut, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Iesum crucifixum, magistrum pauperum, atque esurientem, factis praedicare corporibus; scilicet unionumque doctrinam ruentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

C. V. ¶ De eodem. P A L E A. *Item ad Oceanum, epi. 87.*

Venter merito est uans cito desupsum in libidines: Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

C. VI. ¶ De eodem. P A L E A. *[Idem ad Nepotianum, de uita clericorum.]*

Vinolentum c sacerdotem & Apostolum damnat, & vetus d lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant e in templo Dei, prohibentur vinum, & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggraentur corda eorum. Siceram Hebraeo sermone omnis portio nuncupatur, quae inebriare potest. ¶ Quid quid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum. [Nolite, ait Apostolus g, inebriari vino, in quo est luxuria.] ¶ Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibat. Sponsa Christi i vinum fugiat vt venenum: vinum, & ebrietas incendium est.

i ¶ Sponsa Christi. In epistola ad Eustochium sic habetur: Hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. ¶ paulo post: vinu, & adulescentia duplex est incendium voluptatis.

C. VII. ¶ De eodem. *Item Prosper de uita contemplatiua, lib. 2. cap. 22.*

Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

C. VIII. ¶ In Paradiso abstinentia, post paradysum edendi lasciuia incipit. *Item Ambrosius in lib. de Elia, & ieiunio, cap. 4. & 5.*

Sexto die bestiae sunt creatae, & cum bestiis orta eden di potestas est, & vitus escarum. Vbi cibus cepit, ibi hnis factus est mundi: ibi i cepit sua incrementa necesse, vbi k ceperunt diuina opera circa eum fieri. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desit augere. ¶ Et vt sciamus non esse nouum ieiunium, primam illic legem constituit de ieiunio. ¶ Et, si quisque nemo prauariari nouerat, vt adhuc orta non esset, quae prima est prauariatio. Indictum ieiunium, abstinentiae lex a Domino Deo: prauariatio legis a diabolo; culpa per cibum, latebra post cibum: cognicio infrmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. ¶ infra ¶ Serpens gulae persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaq; gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad paradysum

a Michaeam 2. b Matt. 22. c s. initio dist. Hieron. in epistola ad Titum. ad cap. 1. in epistola ad Oceanum. d Levit. 10. Numero 6. e al. arto deseruiant. f orio. g Ad Nepotianum. h Iphesios cap. 15. i Ad Eustochium, epistola 22. j vbi. k orig. k i. orig.

reuoauit errantem & j. a. ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noë vineam plantauit: dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. & j. ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noë. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum b. suum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inuocussa libertas: nemo sciebat à consorte natura sua obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas nõ fuisset. Obreperat quidem iam fraterna prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paterna pietatis reuerentia. Lasa pietas est, dum videtur ebrietas. Non illis itaq; solis nocent vina, quos tentat, sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus & etiam, quod patrem Lothinebriauerit filia in monte, ad quem timetes incendium Sodomitaram confugerant, & habitabant in spelunca. & j. d. ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis partus deterior. ¶ At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac, etiam Angelis hospitibus exhibebat. Caeli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed rectè illic de erat materia peccati, ubi erat remissio peccatorum. Denique annunciauit eum Ioannes s. non manducans panem, neq; bibens vinum. Qui enim Christum annunciat, ab omni vitiorum incentiuo præ stare se debet alienum.

C. IX. ¶ Triginta diebus à communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse conserit.

Item ex concilio Agathensi, cap. 41.

Ante f omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nuxix est. Itaq; eum, quem ebrium fuisse conserit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statim submouendū, aut corporali subdendum supplicio.

DISTINCTIO XXXVI.

ps Oportet etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandū, qui sub nomine simplicitatis excusant fultitiam sacerdotum. Prudentem & autem episcopum oportet intelligi non solum literarum peritia, verum etiam secularium negotiorum dispositione h.

C. I. ¶ Illiterati, & corpore vitiali non promoueantur ad clerum. Vnde in epistola Gelasij Papæ ad episcopos per Lucaniam, cap. 18. & 19.

Illiteratos l, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere: quia literis carens sacris non potest esse aptus officiis: & vitiosum nihil Deo prius offerri legitur k præcepta sanxerunt. ¶ Similiter l qui seipios abscondunt.

i ¶ Vitiatos, vel.] Iste due voces absunt à plerisq; vetustis exemplaribus Gratiani, & originalis, cuius expressa est potius sententia, quàm verba relata.

C. I. E. ¶ Ad summum sacerdotium non aspi-ret, qui diuini stipendij, vel disciplinis non est eruditus.

Item Zoimus Papa epist. ad Ithicium episcopum Salonitanum.

Q Vi m ecclesiasticis disciplinis per ordinem nõ est imbutus, & temporum approbatione diuini sti-

a Ibid. c. 5. b Inuentum.] vera lectio. c Gen. 19. d Gen. 18. e Matt. 11. f Burg. l. 14. c. 11. luo p. 17. c. 79. g Gl. ordinaria. 1. Tim. 3. h al. dispensatione. i Burg. l. 2. c. 18. luo p. 6. c. 27 & 75. Pann. l. 3. c. 46. k Lexit. 22. l Ibid. c. 19. m j. dist. 59. c. 1. Anselm. 6. luo p. 5. c. 102.

pendij eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatoris eius careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum.

Ece quod sacrum literarum oportet episcopum habere peritiam: vnde in veteri Testamento a inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶ Hinc etiam veteres b, quibus arca portabatur, iugiter annuli erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de introuertendis veltibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumferretur, sacris literis semper debent insistere, ne tunc querant discere, cum ex officio alios debeant docere. ¶ Hinc etiam David c prius ex gratia Spiritus sancti donum scientie percepit, & postea administrationem regni affectus est. ¶ Salomon d quoq; non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petiit, & impetrauit. ¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore propheta, & postea cõstituit eum super gentes, & regna, dicens ad Hieroniam e. [Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.] ¶ Hinc etiam Malachias f ait [Labia sacerdotum custodiet scientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.] ¶ Hinc etiam saluator g nosser prius in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea predicare cepit, quia prius quisq; discere, & postea predicandi officium suscipere debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius h. ait [tempus tacendi] & postea i [tempus loquendi] quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem Dominus ait k. [Qui audit, dicat; veni.] Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens l. [Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbe.] Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, et scripturas explanauit, & postea dixit m eis [Euntes in mundum vniuersum, &c.] Vnde, cum n de quinq; panibus quinq; militia hominum vellet rescire, prius panes accipiens, fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarum prius disserendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus disseper. sanit. ¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus ecclesie scriberet, ait o. [Parati esse debetis reddere ratione omni posceti vos satisfactione de eade & spe, quæ in vobis est.] ¶ Hinc etiam Paulus p scribens ad Timotheum ait. [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] ¶ Ex quibus omnibus liquido colligitur, quod non sufficit prælati bona conversatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrine. ¶ Vnde sacerdos q ingressi tabernaculum, prius lauebantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mirerum. ¶ Hinc etiam in Cantico canticorum r oculi, per quos prælati ecclesie intelliguntur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluentia plenissima.

C. III. ¶ Sacerdos est legis scientiam habere: non bellis, sed orationibus vacare.

Hinc etiam Hieronymus i in Lenit.

Siquis vult pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur s de eis? quod non discedat de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indelinitenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populū doceret. Hæc duo sunt

a Exod. 28. ex interpret. lxx. b Exod. 15. c 2. Regum 5. d 3. Regum 3. 1. Paralipom. 1. e Hierem. 1. f Malach. 2. g Luca 2. h Eccl. 3. i Ecclesiast. 3. k Apocal. 22. l Matth. 10. m Marci 16. n Matth. 14. o 1. Petri 3. p 1. Timoth. cap. 4. q Exod. 38. r Cant. 5. s Lenit. 8.

Pontificis opera, ut aut a Deo discat, legendo scripturas diuinas, & sapius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, quia a Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quia Spiritus sanctus doceat. Est & aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid a facit dicitur, & donec ille orat, vincit populus eius: si relaxauerit, & dimiserit manus, populus eius vincitur, & tunc gatur. Oret ergo & sacerdos ecclesie indefinenter, ut vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt demones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Christo.

1. Hieronymus. Citatur ex B. Hieronymo, & extat in Homilia 6. Origenis in Lenticum: quas quidem Homilias cum aliis multis B. Hieronymus Latinas fecit, sed ita, ut noxia quaeq; detruncavit, vilia transulerit. Quod ipsius ad Theophilum episcopi. 62. ad Vigilantium episcopi. 75. & in Prologo lib. 1. in Michaeam professus est. Ac sequens Gratianus ea, quae sunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia praecipui ecclesiae doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eos, quo dictum est, modo vertendo, penes sua fecerat.

DISTINCTIO XXXVII.

Ed queritur, an secularibus literis oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in concilio Carthaginensi III. cap. 16.

C. I. Libros gentiliū non legat episcopus.

Episcopus gentiliū libros non legat: haereticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

C. II. Reprehenduntur sacerdotes, qui omnibus Euangelis comœdiosis legunt. Item Hieronymus ad Damasum Papam de falsis prodigijs, episcopi. 146.

Accedentes Dei omilij Euangelis, & prophetis videmus comœdias legere, amatoriam bucolicorum verbum verba canere, Virgilium tenere, & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.

C. III. In vanitate, & obfcuritate sensus ambulat, qui secularibus disciplinis occupatur.

Idem ad cap. 4. episcopi ad Ephesios, lib. 2. comment.

Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & obfcuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus dialectica arte torquetur, qui phisicus persequator oculis trans caelum leuat, & ultra profundum terrarum, & abyssi, in quoddam inane demergitur, qui iambus ferit, qui tantum metrorum syllogum in suo studiosus corde distinguit, & congerit, & ut ad alteram partem transeat, qui diuitias per fas, & nefas quaerit, qui adulter regibus, haereditas captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicurus, ignorat?

1. Ferit. Antea legebatur, iambum feruit. In originali autem impresso est, iambum struit. Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo scribit.

Iambus ipse sex enim locis manet,

Et inde nomen inditum est senario;

Sed ter feritur, hinc trimetros dicitur.

Secundum binos quod pedes coniungimus.

At de istis senariis Isidorus lib. 1. Etymolog. cap. 38. ait: hos Graeci, quia geminos ferunt, trimetros dicunt.

a Exod. 17. b al. demiserit. c Anselm. libro 7. cap. 202. Burchard. libro 1. cap. 95. Iuo. part. 4. cap. 160. & part. 5. cap. 197. Pannorm. lib. 2. cap. 130. Polyc. lib. 4. tit. 7. d Iuo. part. 4. cap. 162. Pannorm. lib. 2. cap. 131. e al. tenere in manibus. f Ephes. 4. g al. abyssi quae adhaerent immans demergit. h al. tantam.

De Episcoporum pericia & ignorantia, & quarum literarum eos oporteat esse peritos. 122

C. III. Qui scripturas sacras male intelligit, vel seculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicca.

Idem lib. 9. ad cap. 28. Isaia.

Vino inebriantur, quod scripturas sanctas male intelligunt, atque peruertunt: sicca, quando seculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quae non tam vincula sunt appellanda, quam phantasmata, id est, umbrae quaedam, & imagines, quae cito pereunt, atque soluantur. Idem b. Secundum tropologiam pseudopphetas eos debemus accipere; qui aliter scripturarum verba accipiunt, quam Spiritus sanctus sonat, & diuinos eos, qui coeucturae mentis suae, incerta futurorum, quasi vera pronuntiant, atque diuino auctoritate verborum. Idem c. Quicumque scripturas non ita intelligit, ut rei veritas habet, vnam cerbam comedit.

C. V. Reprehenduntur episcopi, qui filios suos secularibus erudunt literis.

Idem lib. 3. ad cap. 6. episcopi ad Ephesios.

Legant episcopi, atque presbyteri, qui filios suos secularibus literis erudunt, & faciunt illos comedias legere & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbanam pro peccato virgo, vel vidua, vel rotam substantiam suam effundens quilibet pauper obrulerat, hoc in Calendariam strenam, & saturnalicium sportulam, & minuale munus grammaticus, & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipites, aut in fordidam coena conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correctione; supinus cecidit, & mortuus est.

C. VI. P A L E A.

[Item ex responsione Hadriani Papae ad Carolum, cap. 49.]

Omne vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt haeretici, quae, philosophorum sententiae, definitur non ad fruendum vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

1. Hadriani. Hoc caput antea tribuebatur Urbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum Augustinum, cap. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. cap. 3.

C. VII. B. Hieronymus ab Angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat.

Item Rabanus de pressuris Ecclesiasticis.

Legimus de beato Hieronymo, quod cum libroslegeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eod quod vir Christianus paganorum signentis intenderet.

Hinc etiam filius ille prodigijs in Euangelio reprehenditur, qui de siliquis, quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat. Hinc etiam Origenes in ciniphos, & rana, quibus Aegypti sunt percussis, ranae dialecticorum carrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non est ab ecclesiasticis secularium literarum quaerenda peritia. Sed contra legitur, quod Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldaeorum eruditi fuerunt. Legitur enim, quod praecipit De-

a al. tendicula. b Hier. 1. ad c. 29. Ter. c Hier. 1. 6. comment. ad c. 31. Ter. d Iuo. p. 4. c. 166. e 1. Reg. 2. f Iuo. p. 4. c. 229. g al. inuentorum. h Ex Hieron. ad Eustochium de custodia virg. Iuo. p. 4. c. 164. Pann. 1. 2. c. 132. i Luc. 15. k Act. 7. l Dan. 1. m Exod. 3. n II.

minus filii Israel, ut exspoliarent Aegyptios auro, & argenteo, moraliter in fructu, ut siue aurum sapientiae, siue argentum eloquentiae apud poetas inueniremus, in usum salutiferum eruditionis vertamus. ¶ In Leuitico a etiam primitias mellis, id est, dulcedinem humanae eloquentiae, Domino in iubentur offerre. ¶ Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes philosophiae volunt intelligi. Denique, ut in expositione Psalterij 3 Cassiodorus iestatur, omnino splendore rhetoricae eloquentiae, omnino modus poeticae locutionis, qualibet varietas decorae pronunciationis a diuinis Scripturis sumptis exordium. ¶ His c. ¶ Ambrosius ait super epistolam Colossensium. [Omnia ratio sit, omnia se perne, vel terrenae creaturae, in eo est, qui est caput eorum, & auctor: ut qui hunc nouit, nihil vltra querat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quidquid alibi queritur, hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiae. Quod infideles non putat, quia non legunt in Euangelio, & Prophetis. Astrologiam, Geometriam, & alia huiusmodi: quae ideo despecta sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animae non habent. Qui verò Christum nouit, thesaurum sapientiae, & scientiam inuenit, quia id nouit, quod vtile est.]

- 1 ¶ Origenes] In Homilia 4. ad cap. 7. Exodi, raras quidem comparat poeticis, cunctis autem dialecticis.
- 2 ¶ Primitias.] Leuitici cap. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiae tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vos in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Ithyrio autem paganorum doctrina, cuius primitiae ad imitationem B. Apostoli Pauli possunt Deo offerri.
- 3 ¶ Cassiodorus.] In prologo Psalterij, cap. 5. sequenti multis verbis Cassiodorus diuinam Scripturam eloquentiam explicat, & commendat. Sed quae asserti in principio explanationis Psalms 6. valde videntur his, quae nunc referuntur, conuenire.
- 4 ¶ Ambrosius.] Ex B. Ambrosij principio expositionis cap. 2. epistolae ad Colossenses, haec summam collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum eum Anselmi verbis, Gratiani verba magno perè sunt similia.

C. VIII. ¶ Non prohibeantur clerici sacras literas legere.
Hinc etiam Beda lib. 2. Rerum, c. 9. in Samuelis allegorica expositione sua.

Verbat eacumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis secularibus literis omnimodo abstinet prohibendos, in quibus de se qua inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, vel literis Aegyptiorum paterentur erudiri, quorum tamè superestiones simul & delicias horrebant. Nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis vel scripsit indidisset, vel didicit.

2 pars. Cur ergo legi prohibentur, quae tam rationabiliter legenda probantur? Sed, seculares literas quidam legunt ad voluptatem, & poetarum frumentis, & verborum ornatum delectatio quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, ut errores gentiliam legendo deserviant, & vtilia, quae in eis inueniunt, ad usum sacrae eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter seculares literas addiscunt. Vnde B. Gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat, sed quia contra episcopale officium prolezione Evangelica, Grammaticam populo exponebat.

C. IX. ¶ Saculares literae legende sunt, ne ignorentur.
Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proemij.

a. Lenit. 1. b. Matt. 2. Rab. ad huc locum Matt. c. Iuo, p. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133. d. al. quibus vbi libet inuenta vtilia. e. l. 9. reg. ep. 4. d. 7. d. 8. d. 8. c. cum multa.

Legimus aliqua, ne negligatur, legimus, ne ignoremus, legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus.

1 ¶ Negligantur.] Sic etiam in Pannormia, sed in originali, & in vno Gratiani manuscripto, ne legantur. Ibi enim agitur de pseudo-euangelis. Sed non est mutatum ob glossam. C. X. ¶ Grammatica legenda est, vt per eam scire Scripturam intelligantur.

Item Hieronymus ad cap. 1. epistola ad Titum. Sciam, vt rationem recte loquendi habeat, & inter falsa & vera diiudicet, non inprobamus. ¶ Geometria quoque, & Arithmetica, & Musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est, nosse legem, intelligere prophetas, Euangelia credere, Apostolos non ignorare. ¶ Grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad vitam, dum fuerit in meliores usus assumpta.

- 1 ¶ Non inprobamus.] Absunt istae duae voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolae ad Titum, & cognitionem veritatis, quae est iuxta pietatem, ita scripsit. Est plane veritas, quae non habet pietatem, & si quis grammaticam, & c.
- 2 ¶ Grammaticorum.] Haec non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 17. ex quo citat Iuo.
- C. XI. ¶ Exemplo Danielis probatur non esse peccatum secularibus literis erudiri.

Item Hieronymus in cap. 1. Danielis. Quod de mela Regis, & de vino potus eius noluit comedere, ne polluantur, vtque ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum, nunquam acqiescerent discere, quod non licet. Discunt autem, non vt sequantur, sed vt iudicent, atque conuincant, quomodo si quisquam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematicis, nisi pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaeorum, qua & Moyses fontem sapientiam Aegyptiorum didicerat. Idem g. ¶ Si quando cogimur literarum secularium recordari, & aliqua ex his discere, quae olim omisimus, non nostrae est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissima necessitatis, vt probemus ea, quae à sanctis prophetis ante saecula multa praedicta sunt, tam Graecorum, quam Latinorum, & aliarum gentium literis contineri.

C. XII. ¶ Magistros, & doctores episcopis congruis locis constituant.

Item ex Iuano Eugenij I. Papae II.

Magistros, neque curam inueniri pro studio literarum. Idcirco in vniuersis episcopis, subiectisque plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri & doctores constituantur, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata adiuue doceant: quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

1 ¶ Eugenij.] Apud Anselmum citatur ex synodo habita Roma in consilio Laterano, à Beato [] In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum verò est in synodo Eugenij Papae II. & in synodo Leonis III. quatuor synodorum, vt alibi didicim est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi à Gregorio VII. Romae habitae, talis cuiusdam capituli haec pontificum summa, vt omnes episcopi artes literarum in suis ecclesiis doceri faciant.

a. Pann. l. 2. c. 134. b. Pann. l. 2. c. 135. c. Iuo, p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 136. d. Polyc. l. 4. tit. 7. e. no vult. f. orig. & Poly. & sic deinceps f. Act. 7. g. Hier. in prolog. in Dan. b. Iuo p. 4. c. 214. h. fl. 7. c. 2. Poly. l. 4. tit. 22.

C. XIII. ¶ *Auctoritatem gentilibum, eorum panitas vetur dicitur, atque conuenitur*

Item Augustinus contra Faustum Manichaeum, lib. 17. cap. 15. a

SI quid veri de Deo Sibylla, vel Orpheus, aliue gentium vates, aut philosophi praedixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam; non tamen ad ipsorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim dicitur de Christi aduentu inter praedicationem Angelorum, & confessionem daemoniorum; tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

C. XIII. ¶ *Ad intelligentiam sacrarum Scripturarum, secularium peritiis necessaria ostenditur.*

Item Clemens Papa I. epist. 5. ad suos discipulos.

Relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus commemorantes, aduersantur sacris & doctrinis: & prout eis videtur, non secundum traditionem patris, sed iuxta sensum suum, docere videntur. Multas enim quidam, vt audiimus, vestrarum partium ingeniosi homines, exiis, quae leguntur, vtriusque multitudines capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quae possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte praesumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus aduiteretis, alienum, & extraneum debetis querere; aut quoquomodo ipsum scripturarum auctoritatem confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi tradita seruaui; vt ipse possit ea, quae re à se suscepti, competenter asserere. Cum ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis suscepit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberilibus studiis, quae forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

C. XV. ¶ *Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere.*

Item Iudorus in lib. 3. sententiarum de summo bono, cap. 13.

Ideo f. prohibetur Christianus figmenta legere poetarum; quia per oblectamenta inanum fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim solum thura offerendo, demonibus immolatur; sed etiam eorum dicta libentius capiendos.

S pars vs itaq; ex praemis, apparet, imperitia g sacerdotibus semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam, cocati b alius ducatum praesumere ceperint, amba in sono. am cadunt: unde dicitur in Psalm. [Obscurentur oculi eorum, ne videant; & dorsum eorum semper incurua.] Cum enim obscurantur illi, qui praecunt, ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaq; sacerdotibus, vt ignorantiam a se quasi quandam pestem abiciant. Licet enim seruum & nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicitur vapulare paucis, no tam hoc de omnibus generaliter intelligitur. Aut enim Apostolus [Qui ignorat, ignorabitur.] Qd de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt bene ageret.

C. XVI. ¶ *Unde Augustinus ait in libro Quaest. veteris, ac noui Testamenti, quae 67.*

a sed sibi sustulit. b ibid. 7. c et sanis. d secundum ingenij hominum. e orig. e al sensum extrinsecus alienum. f luo p. 4. c. 167. Pan. l. 2. c. 17. g ex Greg. in 1. pastor. c. 1. h Matt. 15. i Psal. 35. k Luc. 12. Ps. 68. l 1. Cor. 14.

Non omnis ignorans immunis est à poena. Ille enim ignorans potest excusari à poena, qui à quo diliceret, non inuenit. Istis autem hoc ignosci perit, qui habentes à quo dicerent, operam non dederunt. Huiusmodi non licet ignorare: accipiant ergo veniam, si conuertantur.

¶ *Cavet hoc in plerisque, vetus Gratiani exemplaribus committunt e. Superiori. Est autem responsio ad quaestionem, quam praesit B. Augustinus his verbis: Quid est, quod in carne positus Saluator? ait: Pater ignosce illis, non enim sciunt, quid est, quod ignoscitur, maxime cum dicat Rex Abimelech ad Deum: Nunquid gentes ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis est, &c. In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso beato Augustino, quo sententia sit integrior.*

DISTINCTIO XXXVIII.

C Vnitaq; voluntaria ignorantia, omnibus noxiis suis sacerdotibus est periculosa.

C. I. ¶ *Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est.*

¶ *Unde in concilio Tolet. iij. cap. 2. legitur.*

Ignorantia & mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Paulus apostolus, dicens ad Timotheum d. [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinae.] &c. [semper permane in his.] Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones, vt omne opus eorum in praedicatione, & doctrina consistat: atq; edificet cunctos tam fidei licentia, quam operum disciplina.

C. II. ¶ *Officiale libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur.*

Item ex eodem Tolet. iij. c. 25.

Qvando g presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem à suo sacerdote accipiunt, vt ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant: ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum vero ad Litanias, vel ad concilium venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent.

C. III. ¶ *Inscitia sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia.*

Item Leo episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitana urbis, epist. 22.

Sih in laicis vix tolerabilis viderur in scitia; quanto magis in his, qui praesunt, nec excusatione digna est, nec venia?

C. IIII. ¶ *Canones non licet sacerdotibus ignorare.*

Item Celestinus vniuersis episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis, epist. 3.

Nvlli i sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quae enim à nobis res dignè seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libertate, licentia populis permissa, frangatur?

C. V. ¶ *Qua sint sacerdotibus necessaria ad discendum.*

a Luc. 23. b Genes. 20. c Bernardus lib. 1. cap. 100. luo part. 3. cap. 202. Ansel. lib. 7. cap. 144. d 1. Timoth. 4. e Ibidem inferius. f Concil. Arel. 4. cap. 1. g Bernardus libro 2. cap. 57. Anselmus libro 7. cap. 117. luo part. 3. cap. 21. h Anselm. libro 7. cap. 119. Poly. libro 4. tit. 4. Bernardus libro 2. cap. 160. luo par. 6. cap. 251. i Anselmus libro 7. cap. 108. Poly. libro 4. tit. 4. k al suos canones. l al digna.

Item ex dictis Augustini.

Quæ a ijs sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est, liber sacramentorum, lectionarius, anepiphonarius, baptisterium, computus, canon penitentialis, psalterium, homiliae, per circulum anni Domini, diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit: quia valde periculosa sunt euangelicæ minæ, quibus dicitur ^b [Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in fossam cadunt.]

¶ Ceteri etiam Collectores Augustinum citant. Ferè autem omnia hæc habentur in penitentiali Bedæ, & in libro de officiis ecclesiasticis, & alibi.

C. VI. ¶ Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus.

Item ex VII. Synodo, cap. 2.

Omnes c̄ psallentes repromittimus Deo [In d̄ iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.] Quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est; sed præcipue hos, qui hierarchicæ consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus omnē, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium nosse; vt ex hoc & omnis clericus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligētē a metropolitano; si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie, tam sacros canones, & sanctum Euangelium, quam diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam; atq; secundum mandata Dei conuersari, & docere populū sibi commissum. Substantia enim summi sacerdotis nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est, vera diuinarum scripturarum disciplina, quæ a modū magnus perhibet Dionysius c̄. Quod si disceptauerit, & ita libenter facere, & docere minime spondenerit, nullatenus consecratur. Ait enim propheticè f̄ Deus. [Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.]

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthaginensi III. c. 3.

Placuit, vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcetur; ne se aliquid contra statuta concilij fecisse peniteat ḡ.

C. VIII. ¶ Sacra scriptura in hærentes non obstruantur iniquitate mundana.

Item Zepherinus Papa epist. I. ad episcopos Siciliae.

Sicut stellæ cæli non extinguunt nox; sic mentes fidelium, firmamento in hærentes sanctæ scripturæ, non obscurat mundana iniquitas.

C. IX. ¶ Ignorantia scripturarum, est ignorantia Christi.

Item Hieronymus ad Eustochium in proœmio Comment. in Esaiam.

Si iuxta h̄ Apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, Dei quæ sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam, ignorantio scripturarum, ignorantio Christi est.

C. X. ¶ A Domino sciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei sunt, sciunt, vel ignorant.

Item Gregorius in pastoralis, par. 1. cap. 1.

Qui, quæ Dei sunt, sciunt, a Domino sciuntur; & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, a Deo nesciuntur, Paulo attestante, qui ait [Si quis ignorat, ignorat]

a Burc. l. 2. cap. 2. & l. 19. c. 8. Ansel. l. 7. c. 109. Polyc. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 22. Pannor. l. 3. c. 24. b Matih. 15. c Mutatus est perodi dultus. Iuo p. 5. cap. 372. d Psal. 118. e Cap. 1. eccles. Hierarchia. f Osee 4. g al. p̄. miteant.] al. asserant. h 1. Cor. 1. i 1. Cor. 14.

bicur.] Idem a. Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pena.

1. ¶ Dei. [In loco indicato legitur: Qui ea, quæ sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.]

C. XI. ¶ Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire, quod nescit, errare probatur.

Item Augustinus, in Enchiridio ad Laurentium, cap. 17.

Quamuis b̄ errare c̄, quanta possumus cura, capsc̄ quendum sit, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non tamē est consequens, vt continuū erret, quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire, quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod est erroris proprium. Veruntamen in qua re quisq; erret, interest plurimum. Nam in vna eademq; re, & nescienti sciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuersis autem rebus, id est, cum ille scit alicui, ille alia; & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiā noxia; quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientē? sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire sit melius.

3 pars Sed licet per ignorantiam Grammaticæ artis aliquid vitiosum proferat episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo a scholasticis sunt despicendi: quia morum vitiis magis, quàm verborum, sunt præcauenda.

C. XII. ¶ Non contemnans scholasticæ ecclesiasticam simplicitatem.

Vnde Augustinus in libro de Catechizandis rudibus, cap. 9.

Sedulū d̄ monendi sunt scholastici; vt humilitate induiti Christiana, discant nō contemnere, quos cognouerint morum vitiis, quàm verborum anipius deuotare, & cordi casto linguam exercitatem nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. 7. His etiam maxime vtile est, nosse ita esse præponendas verbi sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non iridebunt, si aliquos antistes, & ministros Ecclesiæ forte animaduertent, vel cum barbaris, & solacismis Deum inuocare, vel eadem verba; quæ pronunciant, non intelligere, perturbareque distinguere, non quia ista minime corrigenda sunt; vt populū ad id, quod planè intelligit, dicat, Amen: sed quia epiē toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa, non nunquā fortē bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest.

1 ¶ Scholastici. ¶ Vox ista abest ab originali. Sed in hoc præcedunt: Sunt item quidam de scholis vltatissimis grammaticorum, oratorumque venientes; quos neque inter idiotas numerare audeas; neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. Hic ergo, qui loquendi arte ceteris hominibus excellere videntur, cum veniūt, vt Christiani fiant, hoc amplius, quàm illis illiteratis impartire debemus, quod sedulo admonendi sunt, vt humilitate, &c.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius ad Leandrum episcopum Hispaniensem, in præfat. Moral. ad fin.

Indignum vehementer existimo, vt verba celestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶ Hoc, & duo sequentia capita absint a multis antiquis exemplaribus, neq; glossam habent.

a Lib. Moralium 15. cap. 27. mutato verborum ordine. b Senten. l. 3. distin. 38. c illud. e al. error q. p. c. canendus.] orig. d Iuo p. 6. c. 383. e tamen.] orig.

C. XIII. P A L E A.

[Item Augustinus de vera religione, c. 49.
& cap. 50.]

Locutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguam proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua, sua quaedam propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.

C. XV. P A L E A.

[Item Hieronymus ad Pammachium, epist. 52.
cuius initium est: Christiani interdum
pudoris est.]

Eccelesiastica interpretatio, etiam si habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet, & fugere a, vt non otiosis philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi.

C. XVI. ¶ Propter opprobrium senectutis,
a parulis, & a minimis non erubescat discere episcopus.

Item Clemens Papa, epist. 3.

Nullus episcopus b propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis a paruulis, vel minimis ceruditis, si quid forte est vilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuunt, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli, quam Christi membri esse ostenditur: & potius infidelis, quam fidelis monstratur.

DISTINCTIO XXXIX.

Ecce plenarie monstratum est, quod sacerdotes oportet literarum tam sacrarum, quam secularium esse peritos. Nunc quaeritur, an secularium negotiorum oporteat eos habere peritiam. Hanc praelatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namque praelati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem praelati hæc omnia plene possint perficere, secularium negotiorum oportet eos habere solertiam: vt eorum cauela & ecclesie seruiantur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrantur. Vnde quidam in episcopum electus, a Beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesie dilapidarentur.

C. I. ¶ Secularium negotiorum imperiti non
sunt in episcopos ordinandi.
Sic enim scribit Gregorius clero, & nobilibus
Neapol. lib. 8. epist. 40.

Petrus d diaconus, quem a vobis electum afferitis, omnino (vt dicitur) simplex est: & notiss, quia talis hoc tempore in regiminis debet a ree constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vilitate, & cautela sciat esse sollicitus.

DISTINCTIO XL.

Oportet quoque episcopum esse ornatum, & hospitalem. Ornamenta episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ a Domino eis re promissæ sunt, cum dicitur [Sacerdotes eius induant salutari.] Vnde in veteri & testamento variis rebus est præcepto Domini sacerdotes ornatu leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis, vt gradus conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctam faciunt sacerdotem. Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se non erint affectos.

a al. non fugere. b abest ab originali. c al. minus. d Ansel. l. 6. cap. 13. Polyc. l. 2. tit. 1.
e 1. Tim. 3. f Psal. 132. g Exod. 28.

C. I. ¶ Officium sacerdotum non confert, sed
adimit peccandi licentiam.
Vnde Symmachus Papa ait.

Non a nos beatum Petrum, sicut dicitis, a Domino cum sedis privilegium, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritum dotem cura hæreditate innocentie nisi ad posteros. Quod illi concessum est pro actu luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendore illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat.

¶ Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: iureque Symmachi nomine citatur, quod cum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt parem ei cum synodus, & apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.

C. II. ¶ Filij sanctorum sunt, qui exercent
opera eorum.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1.

Non b est facile stare loco Pauli, & tenere gradum Petri, iam cum Christo regnatum: quia hinc dicitur, non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

¶ Quia hinc.] Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dicitis, etiam ceteri collectores.

C. III. ¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis,
sacerdotes notificet.

Item Gregorius.

Nos c qui præsumus, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

C. IIII. ¶ Non loca, vel ordines, sed merita
nos Deo iungunt.
Item Gregorius ad Anastasium presbyterum,
lib. 6. epist. 29. vel 193.

Non d loca, vel ordines creatori nostro proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disjungunt.

C. V. ¶ Magnitudo peccati, vel dignitatis
quemque fortiter deicit.

Item Ioannes Chryostomus. [Id est, auctor operis imperfecti in Mattheum, homilia 40. ad c. 21.]

Homo Christianus fortiter cadit in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.

C. VI. ¶ Damnatur Apostolicus, qui suæ,
& fraternæ salutis ei negligens.
Item ex dictis c. Bonifacij 1. martyris.

Si Papa suæ, & fraternæ salutis negligens, depreps henditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper a bono taciturus, quod magis officit sibi, & omnibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus. Huius culpas illic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cum eos ipse iudicaturus, a nemine est indicandus, nisi deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tantò instantius orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.

a Polyc. l. 3. tit. 7. b Infrà 2. q. 7. c non omnes. Polyc. l. 3. tit. 8. Birc. l. 1. c. 207. Ino p. 5. c. 321. c Birc. l. 1. c. 208. Ino par. 5. 322. Polyc. l. 3. tit. 7. d Polycibid. e al. gestis. f Ino p. 5. c. 23. g al. vapulaturus.

¶ **D**idicis Bonifacii. *Nauclerus Gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacii martyris. Et in Deno dedit presbyter Cardinalis tit. Apostolorum in Eudoxia tempore Victoris Papae III. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruantur. Et libro 1. c. 21. ex gestis sic habent etiam multis Gratiani codices. Et in* Bonifacii martyris, & Archiepiscopi Moguntini, sedis Apostolicae legati, haec sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: *Et quidem ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur. Sancta Romana ecclesia privilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Antiquitatis, vel rectoris sui qualitatem, & valentiam afficit totius Christianitatis membra, ut illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & cogadeant: & nihilominus eius languoribus suo languore consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolorum a conglorificantur, sic eius detractione deiciuntur, ut illud propheticum in eo precipue compleri deprehendatur. [Omne d. caput languidum, & omne cor marens, a planta pedis vsq; ad verticem, non est in eo sanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem praefatae Apostolicae sedis omnes suspiciunt, ut nonnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianae religionis institutionem magis ab ore praecessoris eius, quam a sacris paginis, & paternis traditionibus expectant: illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam conseruationem & ipsi remittant aut intendant. Quod si ut summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, ut vere fatear, vniuersum penes mundum secum atronitum, & sollicitum post Deum eurgere facit, ex vtroque sexu populos diuersae professionis, conditionis, & aetatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constitutus ducit. Si vero sae, & fraternae salutis negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper a domino taciturnus (quod magis officit sibi, & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio generis cum ipso plagis multis in aeternum vapulaturus: cuius culpae sitic redarguere praesumit mortalium nullus: quia cum sanctus ipse iudicaturus a nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo enim diuinae omnipotentiae mysterio, ut dignum est, lo co ab ipso secundo, illud B. Iob. c. non incongrue aptari sanctae Romanae Ecclesiae potest. [Si destruxerit, nemo est qui edificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continnerit aquas, omnia sicabuntur: & si emisserit eas, subuertent terram.] nec immerito: cum ipsa specialius in Petro caeli, terraeq; retinet habenas. Haec cum omnium fidelium in Christo spiritualis sit mater, nemo debet reuere illius ferri disciplina, vel emendari censura, iuxta illa proueria d. Salomonis. [Ne dimittas legem matris tuae, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abiicit disciplinam, infelix est: & nullus homo despiciat matrem suam.] & rursum [Est maledictus a Deo, qui exasperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta:] illa vtiq; quae arrogant, f. diuisa a sede illius, cui dictum est [Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.] & super arcem nam conuulsa carnalis, seu humanae praesumptionis, pro-*

a 2. Corin. 1. b Isa. 14. c Iob. cap. 12.
d Prou. 1. 6. 18. e Eccles. 3. f fortasse] arrogan-
ter. g Matth. 16.

bantur posita: cursus riuus minime prosperatur, si a fonte diuidatur.

C. VII. ¶ *Non ordines, sed vita merita nos Deo commendant.*

Item Augustinus ad Valerium, epist. 148.

¶ **A**nte omnia peto, ut cogiter religiose prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & laetius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfundiorie, atque adulatorie res agatur, sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. ¶ Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici, & eo tempore, quo discere coepi, vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

C. VIII. ¶ *Corruptum, & ad terram sacerdotum trahitur, nisi legaliter, & iuste seruetur.*

Item Isidorus.

¶ **S**icut viri, & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus: ita clericatus, & sacerdotum vnum facit presbyterum, & electio & consecratio vnum facit episcopum: quae omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

C. IX. ¶ *Gratia non locus saluat animam.*

Item Ambrosius lib. de paradiso, c. 4.

¶ **I**llud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: ut aduersitas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquique gratiam sibi comparat. ¶ Denique extra paradisum factus, hoc est, in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quae in meliore loco, hoc est in paradiso facta est, inferior reperitur.

C. X. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius lib. 6. reg. epist. 3. seu c. 169.

¶ **Q**uia saluare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conuictus erratibus electorum. Nam Loth in ipsa perueria ciuitate fuit iustus: in monte peccauit. Sed ista cur dicimus eam maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius? quid caelo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de caelo peccado cecidit.

C. XI. ¶ *De eodem.*

Idem.

¶ **A**d primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est, quia Dei nobilitatem a se deiecit, nobilitate loci primatus est.

¶ **P**rimo libro B. Gregorii in Ezechielem, homil. 9. leguntur haec verba, quae non nihil ad hanc rem facere videntur: Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit.

C. XII. ¶ *Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos.*

Item Ioannes Chrysostomus, [Id est, auctor operis imperij, in Matth. hom. 43. ad c. 23.]

¶ **M**ulti sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedra, quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedra, non locus sanctificat hominem,

a A. sel. l. 6. c. 196. Inop. 6. 389. b Ansel. l. 6. c. 126.
c Quo loco illud aduerso] orig. d al. Quamlibet.
e Gen. 19. f Burs. l. 1. c. 226. Inop. 5. c. 320.

sed homo locum, non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui a bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa, qui male sederit, iniuriam facit cathedrae, ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo erimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium in index es; si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris. b Nam bene viuendo & bene docendo, populum instruis, quomodo debeat viuere; bene autem docendo, & male viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. Idem e. ¶ Quicumque desiderauit d primatum in terra, inueniet confusionem in caelo, nec e. ¶ Inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit, nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alius maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur; quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradu.

¶ Nec inter. ¶ In loco indicato legitur, vt inter seruos Christi non sit de primatu certamen, nec vnusquisque, &c. Sed obstitit glossa, ne mutaretur.

DISTINCTIO XLI.

¶ **E**cce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus. Sed praeter ea oportet illum esse ornatum in exterioribus; habitu videlicet & incessu: habitu, vt nec sordidus, nec fordidus se vestibus ornent. Vt enim ait Hieronymus, nec assueti sordes, nec exquisitae deliciae laudem pariunt, quod tam de vestibus, quam de cibis intelligendum est.

¶ Hieronymus. ¶ Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit, nec affectatae sordes, nec exquisita munditiae conueniunt Christiano. Ad Nepotianum quoque in eandem sententiam, velles pullas aequae deuita, vt candidas, ornatus, vt sordes pari modo fugiendae sunt: quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

C. I. ¶ Pro moribus eorum, cum quibus vinimus, etiam vsi debemus alimentis.
Vnde Augustinus ait lib. 3. de doctrina Christiana, c. 10.

¶ **Q**uisquis e rebus praetereuntibus restrictus vitur, quam sese habent mores eorum, cum quibus vinit, aut intemperans, aut superfluitosus est. Quisquis vero sic eis vitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus reru, sed libido ventis in culpa est. ¶ *in f. d.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vitur, inhians autem foedissima gula flamma in vilissimum olus ardeat, & sanius f quisque maluerit, more Domini q, pisce vesci, quam lenticula, more Esau h nepotis Abrahae, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleraeque bestiae, quia villioribus aluntur cecis: Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vitur, sed ex causa vitendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

¶ Intemperans. ¶ Apud sanctum August. & Ino-rem legitur: temperans. Sed ob glossam non est mutatus.
C. II. ¶ Non cibus, sed appetitus in culpa est.
Idem super epistolam Ioannis.

¶ **D**eliciae quilibet, si absque desiderio percipiantur, non officunt: & viles tibi appetenter accepti, im-

pediunt profectum abstinentiae. Dauid a enim aquam male concupitam, effudit: & Helias b carnes comedit.

¶ In operibus beati Augustini, aut impressis, aut manuscriptorum, quae hactenus ad manus venerunt, haec non sunt inuenta. Ceterum apud Prosuperum de vita contemplatiua, l. 2. cap. 22. eadem sepe leguntur: Nec deliciae quilibet, si absque desiderio percipiantur, officunt: & viles tibi plerumque abstinentiae profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quod sanctus Dauid aqua in se concupiscentiam calligauit; atque eam sibi a suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliae perceptio carnum non concupita, non nocuit.

C. III. ¶ Contra sua infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vt non cogantur.

Idem de verbis Domini secundum Mattheum, serm. 5. c.

¶ **N**on cogantur diuites pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suae; sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem mutant, aegrotant. Vtantur superfluis, dent inopibus necessaria: vtantur pretiosis, dent pauperibus vilia.

C. IIII. ¶ Aequanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi, iustitiam facit.

Idem lib. 2. quae. Euang. c. 11.

¶ **Q**uod dicit Dominus in Euangelio e [In iustificatae sapientia intelligere; nec in abstinentia, nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quantum sumas, interest multum: cum videamus aliorum stomachum citius saturari; & eos tamen illi ipsi paruo, quo satiantur, ardent, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam petiti, & vel ante ora postas epulas, si id in tempore opus sit, cum tranquillitate apicere, neque tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personae suae, & pro sua valetudinis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate, & serenitate animi careat, cum his vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus f dicit [Scio & minus habere: scio & abundare: vbique & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.

C. V. ¶ Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur.

Item ex concilio Gangrensi, c. vltimo.

¶ **P**arsumptam e cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum praeter corporis diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus: & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam sanctos, & viles recipimus: pietatem in priuatis lomibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei adificatum honorantes: & congregationem in ecclesia factam ad vilitatem communem recipimus, & bona

a 1. Pet. 3. b al. es. c Ibid. homilia 35. ad c. 20. d al. desiderat. e Inop. 4. c. 24. Pann. l. 2. 195. f al. Panu. g Luc. 24. h Gen. 25.

a 2. Reg. 23. b 3. Reg. 17. c ad illi verba] pe-
tite, & dabitur vobis] sed pauli aliter. d Ino part. 4.
cap. 23. e Matth. 11. & Luc. 7. f Philip. 4.
g Ino part. 8. cap. 32.

opera, quae supra vires 2 in fratres pauperes exercetur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quae conveniunt traditionibus Apostolicis, & sanctorum scripturarum praeceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

1 ¶ Prater corporis.] Est ex prisca versione. Graecè est, δι' ἐπιπέλειου μίμου τῶ σωματικῶ ἀπαγορεύει. id est: propter corporis tantum curam minime superuacane eam atque operosam sed ob classiam non est mutatum.

2 ¶ Supra vires.] In prisca illa versione est: iuxta vires Dionysiana habet, ut Grat. Graecè autem: τῶς κατὰ τὴν φύσιν ἀπορίας τῶν ἀδελφῶν τῶς κατὰ τὴν φύσιν ἀπορίας εἰς τῶς πλοῦτος γινώσκεις, id est, quibus excellentes fratrum beneficentias, quae secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

C. VI. ¶ Sub specie virtutis sepe se vitia ingerunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. reg. epist. 24.

Saepe se vitia esse virtutes mentiuntur, ut tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiae, remissio, pietas vel vitia.

C. VII. ¶ Meritis fidei, & vitae, non diuitiis, episcopalis auctoritas quaeritur.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 15.

Episcopus vilem suppellecilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suae auctoritatem, fide, & vitae meritis quaerat. ¶ Hospitium quoque non longe ab ecclesia habeat.

C. VIII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 45.

Clericus professione suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quaerat.

Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obseruare monemur, sic & de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur, [Quisquis contemptis his, cum quibus viuimus, laetiora sibi, vel ea superiora praeter ceteris indumenta, vel alimenta quaerit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] In incessu autem debet esse sacerdos ornatus, ut grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (ut Augustinus dicit) inaequalitatem indicat mentis. Unde hystorographus c. ille cum eius mutabilitatem describeret, cuius conscientia excita fueris mentem vastabat, & inter cetera hoc etiam notabile indicauit, dicens [Civis modo, & modo tardus in incessu.]

DISTINCTIO XLII.

1 H ospitalem vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum quibus in iudicio dicitur [Hospes heram, & non suscepisti me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatem debet imitare, quomodo hospitalitatem exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum a seipso, & a domestica ecclesia sua debet exigere, quod postea populo imperet, si primum, imitando Christum, ipse debet facere, quae postea populo doceat, necesse est, ut pauperes hospitio recipiat, quod ad hospitalitatem facilius sub exemplo subditos attrahat. ¶ Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abrahamus, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placere, & Angelos hospitio meruerunt recipere, quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi Loth, cum familia sua liberauerunt, quomodo clausas domos cum hospitibus, ignis ingressus per-

a Ibid. c. 14. b Burch. l. 2. c. 209. Iuo p. 6. c. 284. Ans. l. 7. c. 202. c Supra c. c. quisquis. d epist. 109. ad Monachos habetur. e Salust. de Catilina. f al. excitatam, al. exigitam. g al. exabat. h Matth. 25. i Gen. 18. & 19. Glard. Gen. 19. ex Alcinus.

diderit, quomodo etiam secundum Hieronymum, aliena rapere conuincitur, qui vitia necessaria sibi retinere probatur: ac si per opera pietatis se instruat, ut & praesentis vitae subsidia, & aeterna claritatis praemia a Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Unde Apostolus scribens ad Timotheum dicit [Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem est utilis ad omnia, habes promissionem vitae, qua nunc est, & futurae.] Ab hac quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. ¶ Si enim vidua & in ecclesia recipi prohibetur, quae pauperes non recipit hospitio, quae pedes sanctorum non lauit, quae omne opus bonum non est executura, multo magis sunt prohibendi a sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Unde a hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. 11.

C. I. ¶ Non sunt despicendi, qui conuiuia pauperibus exhibent.

Si quis despicit eos, qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huicmodi uocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistola sua quendam Diotrophem excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eiciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum, sed indifferenter quibuscumque sufficimus, hospitalitates nos exhibere debemus.

C. II. ¶ In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio.

Unde Ioannes Chryostomus in epist. ad Hebraeos, hom. 11. c. 6.

2 Quiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica & peremptoria. Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nomen, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum vertitur, non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimento postulat, nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim eam vitam, quos accipis; nec eadem tibi retributurus est Deus, sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.

Sed licet ipsa conuiuia despicenda non sint, non tamen in ecclesia celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

C. III. ¶ Clericos ad agapem vocati partes sibi non tollant.

Unde in Laodicensi concilio, c. 27.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos ad agapem vocatos, partes tollere propter iniuriam, quae ex hac occasione ecclesiastico ordini posset deputari.

1 ¶ Clericos.] In concilio Graeco, & prisca etiam versione additur, vel Lucos.

2 ¶ Propter iniuriam.] Graecè est: ἵνα τὸ τῶν ἁγίων τῶν ἐκείνων ἐξ ἑσῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν, id est, eod quod ecclesiastico ordini iniuratur contumelia.

C. IIII. ¶ In locis Deo sacratis, nec comedere, nec accubitus sternere liceat.

a In regula Monacharum, c. de paupertate. b 1. Tim. 4. c. 1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo d. al. Vt de quida, e Burch. l. 19. c. 124. Iuo p. 15. c. 136. Ans. l. 5. c. 76. f al. perniciosa. g Ans. l. 5. c. 77. Iuo p. 13. c. 138.

Item ex eodem, c. 28.

Non oportet in basilicis, seu in ecclesiis agere pem facere, & intus manducare, vel accubitus sternere.

Et intus.] Græc est, & c. τῶν ἱερῶν τῶν ἱερῶν, quod Dionysius vertit, nec intra domum Dei, sed apud Balsamouem abesse, vox, Dei.

C. V. Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur.

Item ex concilio Carthagin. c. 30.

Vili episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum potest fieri prohibeantur.

C. VI. De eodem. P A L E A.

Item ex dictis beati Benedicti Abbatis.

Ratorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur, vel condatur, quam quod diuinis ministeriis conueniat.

C. VII. De eodem

Item Augustinus epist. 109 de regula monachorum.

In oratorio, præter orandi, & palli di cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

D I S T I N C T I O X L I I I .

Prædicare quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indelens exhibeat. Vnde in canticis canticorum f. gene sponsa, id est, prædicatores, virtuti comparantur. Debet etiam gratiam docendi habere: quia, vt Hieronymus ait, g. Innotens, & absq. sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo pastorum, lupi sunt arcendi. In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.

Baculo.] In epistola B. Hieronymi legitur, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.

C. I. De discretione p. adicationis, & silentij.

Vnde Gregorius par. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.

Si rector discretus in silentio, utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores in prouidendo humanam amittere gratiam, formidantes, loqui liberè recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequequam iam regis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat, dicens: [Canes muti, non valentes latrare.] Hinc rursus queritur, dicens: [Non ascendis ex adverso, neque opposuisti murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex adverso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse? qui nimirum si progrege se obicit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur: [Pro-

pheta tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua esse præsentia indicant, que sunt v. n. zura manifestant: quos diuinus sermo falsa videre redarguit, quia dum culpas corripere meruunt, incassum delinquentibus promissa securitate blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiuert: quia ab inci perationis voce conticebant. Clavis quippe apertionis est sermo correctionis, quia increpatio culpam detegit quam sepe nescit ipse etiam, qui perpetravit. Hinc Paulus ait: [Vt potens sit in doctrina sana exhortari: & eos, qui contradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiam b dicitur: [Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.] Hinc per Esaiam c Dominus admonet, dicens: [Clama, ne cesses, quasi tuba ex alia vocem tuam.] Præconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocè daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod super pastores primos in d linguarum specie Spiritus Sanctus infudit, quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur e, vt tabernaculum, sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, vt videlicet prædicationis voces habeat, ne superbi inspectoris iudicium ex silentio offendant: scriptum quippe est [vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur.] Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu necedit. Aptè autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quam recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait: [Sacerdotes tui induantur iustitia.] Vestimentis itaque illius tintinnabula inharerent, vt g vitæ viam cum lingua sonitu ipsa quoque bona opera sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum parat, sub quanto cautela iudicio loquatur, attendat, ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum potasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter absceadat. Hinc namque veritas dicit h. [Habere sal in vobis, & pacem habete inter vos.] Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magno opere metuat, ne eius eloquio audientium vnitatis confundatur. Hinc Paulus i ait: [Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.] Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam k vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitatis designatur? Nam sicut in malo punice, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur, sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitatis fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc, quod iam præmissimus, per semetipsum veritas discipulis clamat: [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos: ac si figuratè per habitum sacerdotis dicat, mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidè nimè & inordinate proferantur: quia sæpe ditorum virus perditur, cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate lenigatur, & auctorem suū

a Bur. l. 7. c. 82. luo. par. 3. c. 32. Anst. l. 5. c. 78. b Bur. l. 3. c. 83. luo. p. 3. c. 74. c In regu. B. Benedicti. c. 52. Bur. l. 3. c. 81. luo. p. 3. c. 71. d al. laudib. * Sensus non verbis. Ildon. Ety. l. 15. c. 4. e Smaragdus in re. B. Benedicti. c. 25. Bur. l. 3. c. 80. luo. p. 3. c. 72. f Cant. 5. ex gl. in verb. libi. g Ad Oceanum, epist. 83. & gli. or. in. i. i. i. m. 3. in ver. do. Herem. h Ioan. 10. i Esa. 56. k Ezer. 13. l Thren. 2.

a Ad Tit. 1. b Malach. 2. c Esa. 58. d Act. 2. e Exod. 28. f Psal. 131. g al. li. h Mar. 9. i Rom. 12. k Exod. 28. l Mar. 9.

hæc eadem loquacitas inquinat, quæ servire auditoribus ad vltim profectus ignorat. Vnde bene per Moysen dicitur. *[Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est.]* In mente quippe auditorium, semen securitæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis, quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mēte generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius seminiferus dicitur vocatus. Qui ergo fluxu seminis patitur, immundus asseritur, quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat: quod si ordinatè promeret, plectem rectæ cogitationis edere in auditorium corda contemisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vltim generis, sed ad immundiciam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de infantia prædicationis admoneret, dixit. *[Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, in ipsa oportunitate, importunè.]* dicitur importunè, præmissis oportunitè, quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua utilitate lequitur, si habere importunitatem opportunitatem nescit.

C. II. ¶ Porcis, & canibus sacra non sunt committenda.

Item Clemens episcopus in extremo.

IN mandatis habemus, ut venientes ad civitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus, quantum magis nosse convenit, quis, qualis sit is, cui in mortalitatis verba credenda sunt? Solliciti enim, & valde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me noticiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari, quod bona sint, emendatus est, & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si nitens, & humanus (quæ utique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, ut ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest fidei, & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his, quæ palam sunt, peccatis involutus permanet, & inquinatus, non me oportet et aliquid de secretioribus, & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari, & conuenire eum, ut peccata desinat, & a suis fociis ad virtutis emendat. Quod si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, iudiciorum causa vtile non videtur: ne fortè exidiment nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentium propositum nostrum.

C. III. ¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prelati non subtrahant.

Item Anacletus, episcopus, in omnibus episcopis.

Sicutus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant, & placita propriæ voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) à recta emulatione, & bonæ intentione recedere debent, scientes, quia beati, qui perfectionem patiuntur propter iulitiam.

C. IIII. ¶ Non est mundus à sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annuntiat.

Item Gorgonius, in libro 1. episcopus, 33.

Pheliss Paulus dicit. *[Munda sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum: non enim si bier fugi, quomodo manus annuntiare omne consilium Dei vobis.]* Munda ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium

a. L. 15. b. Act. 17. c. al. corde. d. 2. Tim. 4. e. Matt. 10. Mar. 8. f. Matt. 7. g. Luc. 10. p. 5. cap. 237. h. in injurione. i. Matt. 13. k. Act. 20.

annuntiare nolisset: quia eum increpare delinquentes noluerit, eos procul abio tacendo pastor occidit.

C. V. ¶ Aeterna damnationis poenitentiam incurrit prædicator, qui semen diuini verbi non spargit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est. *[Proposueramus.]*

Dispensatio a est nobis caelestis seminis iniuncta: v. a. si non sparsimus: v. a. si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamer, quanto magis cultibet exigu metuedum est? Proinde sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & ecclesie correctione quod congruit, ita his (quod abist) non mediocriter periculum est, qui cum debeant parere, despiciunt.

4. ps. Pariter & quoque observare debet sacerdos, ne indignus, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione referre incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione [Beati immaculati] dicitur: *[Vltimum est secreta mysteria vulgare indignis: quod si vbi loquacitate incauta, dum sine iudicio voluit irremocabile verbum, vel adulatione, vel ei placeat, nisi secreta veniat, vel adulatione scientia, ut plurastiro videatur.]* In quibus omnibus profectio datur intelligi, quanta a debeat esse discretio in prædicatione sacerdotio: quia si forte carnerit, inquam torto naso, sacerdotalis officij indicatur indignus.

DISTINCTIO XLIIII.

¶ In autem vinolentus esse prohibetur, gula intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Virumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis. *[Non in comestationibus, & ebrietatibus.]* Venter & namque ingluvies ad luxuriam provocat facile, & omne opus bonum dissolvit. Vnde veter & gentilia sibi metipsis vicina sunt: vi ex vicinitate membrorum confederatio intelligitur ritiorum. Hinc etiam Nabuzardan principem coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deferunt, edificia virtutum ad solum redigis. Sacerdos itaque, de alio vivere, non luxuriam querat, v. a. ait Hieronymus. *[Tibi o sacerdos de altario vivere, non luxuriam permittitur.]* Sunt autem comestationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis iuxta: qui festinos, & solennes dies non aliter se dignè celebrare putant, nisi comestationibus deferant.

C. I. ¶ Non est tacandum comestationibus, & ebrietatibus.

Vnde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum, episcopus, 64.

Comestationes h, & ebrietates ita concessæ, & licite putantur, vt in honorem etiam beatissimorum martyrum, non solum per solennes dies, (quod ipsum quis non legendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. & post pauca: Non ergo alperere, quantum existimo, non dantes, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quam iubendo, magis monendo, quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium. Sinceritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si

a. Dispensatione nobis. b. 1. Cor. 9. c. Glos. sa ord. ex Amb. ser. 2. in psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.] d. Rom. 13. e. Hier. in ep. ad Amandum, & Aug. de Temp. serm. 65. Greg. in pastor. par. c. 20. f. A. Reg. v. secundum 70. g. In Mcl. cam. c. 2. in extremo. h. In sup. 12. cap. 68. i. ab: ab orig. Inone & aliquot manus scriptis Gratiani.

quid

quid miramur, cum dolore fiat, de scripturis cōminando vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales, aut spiritibus proximis quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera malitiam frangatur.

C. II. *Nulli clericorum, aut continentium licet tabernam intrare.*

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

Non oportet clericos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros, aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito continentie sunt, tabernam intrare.

1. Clericos seruientes. *Græcè est, εγγυγος, quod Dionysius vertit, sacro ministerio deditos: quam uersionem concilium Aquisgranense, Burchardus, & Iuo attulerunt.*

2. Tabernam. *Sequitur in impressio, nisi causa necessitatis, qua sunt expuncta, quia neque in plevisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in episcopo concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (ubi c. 60. hoc idem reperitur), leguntur: videntur tamen accepta ex canon. Apost. 54.*

C. III. *Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere uoluerit.*

Item ex sexta synodo, c. 9.

Vili clerico licet tabernam, aut ergasterium habere. Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quando magis aliis ministrare in ea? Si quis uero tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

1. Tabernam, aut ergasterium. *Græcè est, κεντρυγος, id est, cauponariam tabernam.*

C. IIII. *Nisi necessitate compulsi clerici tabernam non ingrediantur.*

Item ex concilio Carthagini, c. 27.

Clerici d, edendi, vel bibendi causa tabernam non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

C. V. *Corripendus est episcopus, qui conuiuio occupatur.*

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epist. 14.

Multis ab urbe tua uenientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuio occupatum: quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiam necesse.

C. VI. *De eodem.*

Idem ad eundem, lib. 2. epist. 37.

Omnia, quæ ex intentione impendendæ charitatis sunt, rectè uestra fraternitas in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate ueraciter procedunt, cum in eis nulla absentium uita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur; nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, sed uerba factæ lectionis audiuntur: cum non plus, quàm necesse est, seruiat corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, ut ad usum exercendæ uirtutis habeatur. Hæc itaque si uos in uestris conuiujs agitis, abstinentiam, d fateor, magistri uilis.

C. VII. P A L E A.

(Item ex concilio Nannetensi.)

a. Conc. Aquisgran. c. 60. Burch. l. 2. c. 131. Iuo p. 6. cap. 205. b. Aquisgran. conc. 90. Burch. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204. c. al. audita. d. al. abstinentia.

Nullus a presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigessimum, aut septimum, vel tertium alii cuius defuncti, aut quatuorue uocatione ad collegium presbyteri conuenit, se inebriare uillatenus presumat, nec precatus amore b sanctorum, vel ipsius anime bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel te aliena precatione ingurgitare; nec plausus, & rilius inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantore presumat, aut turpia ioca, vel uisio, vel tomasticibus ante se fieri c patiat: nec laruas demonum ante se fieri consentiat: quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibetur.

1. *Demomonum.* Burchardus addit, quas uulgo Talamas dicunt.

C. VIII. *De eodem. P A L E A.*

Quando d autem conuenierint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis e prior illorum, uersum ante mensam incipiat, & cibum benedicit; & tunc secundum ordinem sedent, alter alteri honorem praebentes; & per uices cibum, & potum benediciunt; & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum g Domini, sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

C. IX. *De eodem. P A L E A.*

Item ex eodem.

Quando h presbyteri per Kalendas simul conueniunt post peractum diuinum mysterium, i ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas resident: ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sepe etiam tardè ad ecclesiam redeuntis maioris damni de reprehensione consequuntur, quod k de grauedine mutua contrahunt, quam lucrum ibi l faciunt. Nam de huiusmodi conuiuium Paulus Corinthios m reprehendit, qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam Dominicam, id est, ad collationem uerbi sub occasione conueniunt, & ex ueritate n ventris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui uoluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime ultra tertium uicem poculum non contingant, & sic ad ecclesias redeant.

C. X. *Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent.*

Item ex concilio Laodicensi, c. 55.

Non o oportet ministros altaris, vel quoslibet ps clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis [q p uulgus comestalia appellat] conuiuia celebrare.

C. XI. *Sacrarum scripturarum lectio sacerdotibus semper conuiujs ministratur.*

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

Pro reuerentia Dei, & sacerdotum, id uniuersa sancta constituit synodus, ut quia solent crebro mentis otiosæ fabulæ interponi in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum miscatur. Per hoc enim & animæ edificantur ad bonum, & fabulæ non necessaria prohibentur.

a De consec. dist. 5. c. nullus. Burch. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. cap. 252. b al. in amore. c al. facere permittat. d Burch. l. 2. c. 162. Iuo p. 6. cap. 253. e decanus, aut aliquis. f Burch. g Matth. 26. h Burch. l. 2. c. 164. Iuo p. 6. cap. 255. i al. ministerium. k Cor. 1. al. tibi. m 1. Cor. 11. n al. ingluuitate. o Conc. Aquisgran. c. 83. Reg. in pœ. c. 27. p Ista sunt addita loco cuiusdam glossæ. q Burch. l. 2. c. 169. Iuo p. 6. c. 260. Reg. in pœ. c. 28. Apud Martin. Braca.

C. XII. ¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 61. & 66.

Non liceat sacerdotibus, vel clericis; sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos, ante sacram horam diei tertiam intrare conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno dicto, comedere panem, & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergo laicis comestiones damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus impudenter adhibendum. Venter enim pinguis (vt Hieronymus dicit) crassum sensum generat: cui sacerdotalis sensus contrarius vigilare esse debet, & ieiunium: atque ideo edacitatis vitio obnoxius in sacerdotibus vngi non debet. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorum bello subiacent, nequaquam per predicationis usum præfesse magisterio cæterorum debent.

DISTINCTIO XLV.

¶ Sequitur (non percussorem.) Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbatum sensu, vt percutiat, qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.

C. I. ¶ Verborum correptione, non verberibus timere debet episcopus.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. cap. 91.

¶ Videtur autem de episcopis, qui verberibus timere volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra nouit, Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit. [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua verò, atque inaudita est ista prædicatione, quæ verberibus exigit fidem.

C. II. ¶ De eodem.

Item in concilio Romano sub Syluestro, c. 17.

¶ Eminens quicumque peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus clericum, vel seruitorem ecclesie ad cædem perducatur. Sed sit ita causa exigit clericum, triduo priuatur honore, vt penitens redeat ad matrem ecclesiam.

C. III. ¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui prouocandi.

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapoli. lib. 11. epist. 15.

¶ Vi sincera intentione exerraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorū mentem reddita ad se planam ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consuetudine ritus sui volunt cultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas probantur artendere. ¶ Iudæi huiusmodi Neapoli confidentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, superuacua rei videntur operam dare. Nam, quid utilitatis est, quando, etsi contra longū vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter caeremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt

a Burch. l. 2. c. 165. luo p. 6. c. 256. c. 66. b Epist. ad Neopolitanum lib. 23. c. 10. c 1. Tim. 3. & ibi gl. ord. & Ansel. ex Hier. ad Oceanum. d 10. Diac. l. 3. c. 9. Poly. l. 4. tit. 9. e 2. Tim. 4. f Nemo. Jorig. g al. plane. h luo. p. 13. c. 103. i ad adhibere.

ratione potius, & mansuetudine prouocati, sequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesie Deo possimus adiuuante conuerrere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout poterit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illis solennitatibus inquietari denuo non permittat: sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hætenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa eolentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandi que licentiam.

C. IIII. ¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos pralati corrigant.

Item Gregorius IIII. in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constituit.

¶ Licet à plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas, plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato uiuat. Nam si Dominus ceterum post trinam negationem beatorum Petrum apostolorum præceptorē nostrum iudicasset, non tatum ex eo fructum, sicut fecit, receperisset. Expectandi ergo, atque corrigendi magis sunt rectores ecclesie, quam statim iudicandi: cum maiora negotia, & difficiliore causarum exitus, sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati, iubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi, nostroque moderamine finire. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæque negotia post multarum experientia causarum sollicitudinis perspicere, & diligentius præcaueri: quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum, & presumptio inuicem atque oppressio simplicium fratrum de ecclesie Domini auferantur. Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari, ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult fieri. Iudæi non sunt cogendi ad fidem, quam tamen si inuicti susceperint, cogendi sunt retinere.

¶ Inuicem. ¶ In epistola Gregorij IIII. (quæ est in sæpe memorato codice bibliothecæ Dominicanæ) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur, Iudæorum.

C. V. ¶ Sicut non sunt Iudæi ad fidem cogendi, ita non conuersi ab ea recedere permittuntur.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est.

¶ De Iudæis autem præcipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus, miseretur, & quem vult, indurat.] Non enim tales inuicti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo proprii arbitrij voluntate serpenti obediens perit, sic vocante se gratia Dei, propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, iudandi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis, & sanguinis Domini exitisse participes, oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.

a Infrà ea cap. licet. luo. part. 5. cap. 368. b al. commotio. c Matth. 26. d proffici. Jorig. e Burch. l. 2. cap. 72. luo. part. 1. cap. 276. & par. 13. cap. 94. Pann. l. 1. cap. 72. f Rom. 10.

C. VI. ¶ *Benevolentia plus quam seueritas erga corrigendos agit.*

Item Leo Papa, *epi. 7. 82. ad Anastasium episcopum Theſſalonicenſem, c. 1.*

Licet non nunquam acciſant, quæ in ſacerdotilibus ſunt reprehendenda perſonis, plus tamen erga corrigendos agit benevolentia, quam ſeueritas, plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam poeſſas. Sed hi, qui quæ ſua ſunt, querunt, non quæ Jeſu Chriſti, facile ab hac lege diſcedunt: & dum dominari magis, quam conſulere ſubditis querunt, placet honor, inſtat ſuperbia, & quod prouiſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam.

C. VII. ¶ *Deiciatur ab officio preſbyter, & diaconus, & episcopum verberibus timeri querens.*

Item ex canone Apoſolorum, c. 28. *iuxta priſcam verſionem.*

Epiſcopum, aut preſbyterum, aut diaconum percutientem ſidèles delinquentes, aut infidèles iniquè agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deiici ab officio ſuo precipimus, quia nuſquam non docuit hoc Dominus. Econtrario verò ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum male diceretur, non remale dicebat: cum pateretur, non comminabatur.

C. VIII. ¶ *Non verberibus, ſed verbis ſubditos episcopi corripiant.*

Item ex concilio Bracarenſi, c. 6.

Cum beatus Apoſtolus, & arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia precipiat, extra hæc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis caſibus in honoratis ſubditos efferre, quanta poterat atrocitatum promereri perſonæ. Et ideo, qui gradus iam eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, preſbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacere, non eſt dignum, vt paſſim vnusquisq; prælacus honorabilia membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubiciat, & dolori: ne dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoq; debitam ſibi ſubditorum reuerentiam ſubtrahat, iuxta illud, quod quidam ſapientis dixit. [Leuiter g caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autem nimie increpatione nec correccionem recipit, nec ſalutem.] Et ideo, ſi quis aliter, quam dictum eſt, prædicatos honorabiles ſubditos, licentia percepta poteſtatis elatus, malicia animi tantum, crediderit verberandos, iuxta modum verberum, que intulerit, excommunicationis pariter & exilij ſententiam ſuſtinebit.

2. pars. Salomon verò contra admoet, dicens h [Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.] Hinc B. Gregorius* ſcribit in dialogo, B. Benedicte, quendam monachum virga percutiendo ſanſſe, quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus i flagello ſacſo de funiculis, male verſantes in templo ſtagellauit, & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apoſtolus k fornicatorem illum ſatana corporaliter vexandum tradidit: & magum l illum corporali cecitate damnauit. Hinc etiam in canonicis m, pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter verſantur, verberibus caſtigari iubentur. Virgines quoque, ſi religionis veritate depoſita, aliis ſe copulauerint, erga ſubſidiu reſtrudi precipiuntur.

a. ſup. ea. c. licet. 1. Poly. l. 4. tit. 49. b. al. commo. tio. c. Auguſt. l. 6. cap. 159. Poly. l. 4. tit. 9. d. 2. Petr. 2. e. 2. Tim. 4. f. ſic in codice regio. g. Leuiter.] d. vig. h. Præm. 27. * lib. 2. dial. cap. 4. i. Ioan. 2. k. 1. Cor. 5. l. Act. 13. m. Siricius Papa epi. 1. cap. 6. lib. 20. cap. 6. ad cap. 29. lob. paſt. part. 2. cap. 6. l. 1. regu. epi. 24.

De Episcoporum continentia ab ira, aſperitate, lauitia, percutiendo, & ſimilibus.

C. IX. ¶ *Disciplina non eſt ſeruanda ſine misericordia, nec miſericordia ſine disciplina.*

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6.

Disciplinæ, vel miſericordiæ multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuis in eſſe reſtoribus debet, & iuſte cõſolans miſericordia, & piè ſeuens diſciplinæ. Hinc eſt, quod ſemiuui illius vulneribus, qui à Samaritano 2 in ſtabulum ductus eſt, & vinum adhibetur, & oleum, vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur, quatenus vnusquisque, qui ſanandis vulneribus præ eſt, in vino morſum diſtriſionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum ſananda foueantur. Miſcenda eſt ergo lenitas cum ſeueritate, facitundumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi b arca ſignificat, in qua cum tabulis virga ſimul & manna eſt: quia cum ſcripturæ ſacrae ſententia, in bono reſtoris peſtore, ſi eſt virga diſtriſionis, ſic & manna dulcedinis. Hinc etiam David c ait [Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.] Virga etenim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Si ergo eſt diſtriſio virgæ, que feriat, ſit & conſolatio baculi, que ſuſtinet. Sic itaque amor, ſed non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderate ſeuens: ſit pietas, ſed non plus, quam expediat, parcens. Intueri libet in Moyſi peſtore miſericordiam cum ſeueritate ſociatam. Videmus amantem piè & diſtriſe fauientem.

¶ Certè cum Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxiſſet offenſam, ita vt eius reſtor audiret [Deſcende d, peccauit populus tuus.] acſi ei diuina vox diceret: qui tali peccato lapſus eſt, iam me non eſt, atque ſubiungeret [Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.] Jille ſemel & iterum pro populo, cui præerat, obicem ſe ad impetum Dei iracentis opponens, ait [Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.] Penſemus ergo, quibus viſceribus eundem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri ſe petit. Sed tamen iſte, qui tantò eius populi amore conſtringitur, contra eius culpas perſeueramus, quanto zelo reſtitutionis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne deleantur, culpe veniam obtinuit, ad eundem populum veniens, ait e [Ponat vir gladium ſuum ſuper ſecurum ſuum: ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum ſuum: cecideruntque in die illo quaſi viginti tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum ſua morte petiit: paucorum vitam gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris: foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præſuit, vt pro eis nec ſibi parceret: & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos etiam Domino parente proſterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladiis allegauit. Intus amans diuinæ iræ ſupplendo obſtitit: foris ſeuens culpam feriendo conſumpſit. Succurrit citius omnibus offenſa morte paucorum. Et ideo omnino otens Deus fidelem famulum ſuum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid ſuper populum acturus eſſet ipſe pro Deo. In regimine

a. Luc. 10. b. Heb. 9. c. Pſal. 22.

d. Exod. 23. e. Ibid.

ergo populi vtrunque Moyses miscuit, vt ne disciplina de esset misericordiz, nec misericordia disciplinz. Vnde hic quoque iuxta vtramque virtutem dicitur ^a (Cumq; sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen incertentium consolator.) Sedere quippe, circumstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis, incertentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

¶ Viginti tria] Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in hebrais, paraphrasi Chaldaica, versione septuaginta, & vulgata, est: tria millia.

C. X. ¶ Iuste iudicans, misericordiam cum iustitia seruat.

Item Augustinus in Enchiridio, c. 72.

Omnis b, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroq; penso iustitiam & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam peccanti temperat pœnam: vt iusto libri mine quadam per æquitatem corrigat: quædã verò per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timens, & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians, cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

C. XI. ¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miseretur.

Item Isidorus lib. 3. sententiarum de summo bono, cap. 54.

Et c qui emendat verberare, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, non solum in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, elemosynam dat, quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis, quando eorum consilium vtilitati, non voluntati, quia sibi ipsi inueniuntur esse inimici.

C. XII. ¶ De multiplici genere elemosynarum.

Sunt enim multa genera elemosynarum, de quibus Albinus dicit.

Tria c sunt genera elemosynarum: vna corporalis, egenti dare, quidquid poteris: altera spiritus, delinquentes a quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

C. XIII. ¶ Elemosyne pecunie præfertur elemosyna cordis.

Item Augustinus, lib. 50. homil. homilia 6.

Dvæ f sunt elemosynæ, vna cordis, altera pecunie. Elemosyna cordis est, dimittere ei, a quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes, indulge peccanti, quantum volueris, redundat tibi. ¶ Elemosyna cordis multo maior est, quam elemosyna corporis. ¶ Charitatis elemosyna sine substantia terrena sufficit sibi, illa verò quæ corporaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit.

2. ps. Ex his omnibus apparet, quod nec lenitas mansuetudinis sine reuerentia seueritatis, nec zelus reuerentis sine mansuetudine in prelati debet inueniri. Percussioes ergo, qui præmissa auctoritatibus ab episcopali officio remouentur, non quibus corporaliter flagellantes, sed præmissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timere appressunt: quibus Petrus scribit g (Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.)

a lib. 19. b Burch. lib. 6. cap. 25. homil. c 4. sentent. dist. 15. d al. Alcinus. e Pann. lib. 2. cap. 192. f 1. Cor. 12. cap. 193. g 1. Pet. 5.

C. XIII. ¶ Mansuetudo, & districtio ab iniunctis non separantur.

Hinc etiam Gregorius scribit in moralibus, lib. 19. parte 4. c. 23. a

Sunt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudine benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque summo opere sunt tenenda, vt nec in disciplinz vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus mansuetudine districtione defraudent disciplinz, quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigant, nec disciplinz vigorem molliant, cum infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplinz vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornent vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

C. XV. ¶ Vera iustitia misericordiam compatitur: delinquentibus indignatur.

Item homilia 34. in euangel.

Vera iustitia compassionem habet: falsa verò b indignationem, quamuis & iusti solent recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbia, aliud, quod zelo disciplinz. Dedignantur c etenim, sed non dedignantur. ¶ At contra hi, qui de falsa iustitia superbiere solent, ceteros quosq; despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt.

C. XVI. ¶ Peccantes mansuetudine prouocentur, non austeritate abiciantur.

Item Hieronymus d, ad c. 4. Threnorum.

Recedite, inquit, pollute; recedite, abite; nolite nos tangere: nolite in aliquo nobis communicare. Talis loquela non c illuminat cæcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum, sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectoris ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo crueri, quam per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium f (Factus sum, inquit, infirmus infirmis.)

C. XVII. ¶ In populum ira Dei defauit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit.

Item ex Origene, homilia 7. in Iosue.

Sed illud non otiosè transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes, qui populo præsent, erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte malè de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores nolunt complere quod scriptum g est (Peccatorem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.) & iterum h (Aufero malum ex vobis ipsis:) nec zelo Dei succensimicantur Apostolum, dicentem (Tradidi huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.) Neq; illud euangelij i implere student, vt si viderint peccantem; primò secreta conueniant: post etiam duobus, vel tribus adhibitis k, quod si contempserit, & post hæc ecclesiæ correctione non fuerit emendatus, de ecclesiâ expulsum velut gentilem habeant. ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moluntur interitum. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia? vni par-

a in cap. 29. Iob. cap. 16. b iustitia. orig. c ab indignatur. d Rabani sunt, non Hieron. h commentarij Thren. 4. e Esa. 52. f 1. Cor. 9. g 1. Tim. 5. h ibid. i Matth. 18. k alarbitris.

ere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniversus grex inficitur, sic vno fornicante, vel aliud quodecumq; scelus committente, plebs vniversa polluitur.

Hinc etiam alibi dicitur. [Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat.]

4. pars. ¶ Percussor quoque dicitur, qui sermone inuerti infirmorum conscientiam vulnerat.

C. XVIII. ¶ Qui sermone inuexo conscientiam percussit infirmorum; percussor vocatur.

Vnde Anacletus Papa epist. 2. ad Episcopos Italice.

Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inuerti conscientiam percussit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta, & contradicentes rearguere, & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes, consolidare.

DISTINCTIO XLVI.

Equitur [Non litigiosum.] Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auaritatem putant, & parati ad lites, in subditos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & superbia prouenit manifestum est.

C. I. ¶ Arrogantes nesciunt in ferre humiliter, quae docent.

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12. ad c. 33. Job.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre, quod docent: & recta, quae sapiunt, recte ministrare non possunt. In verbis enim eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam fibi videntur sublimitatis culmine residere: eosq; quos docet, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Recte autem his per prophetam Dominus dicit. [Vos autem cum auferis a te imperatorem eis, & cum presentia:] Cum auferis a te imperatorem, & potentiam imperat, qui subditos suos non tranquille ratiocinando eortigeret, sed asperet inflectere dominando festinant. At contra vera doctrina tantum vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem, quantum ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum elationis insequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus praedicet, quem in corde audientium sacris sermonibus inflectat.

2. pars. Vnde, quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est et alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namq; vel adulationibus animas principum sibi conciliant, vel fratribus suis detrahendo, infamia notam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant: quae omnia in prelatis damnabilia esse probantur.

C. II. ¶ De his, qui peccatoribus adulantur.

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 18. part. 4. cap. 7. ad cap. 27. Job.

Sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quae increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: [Vae qui consunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cernicalia sub capite vniversae aetatis.] Ad hoc quippe puluillum ponitur, vt mollius quiescat. Qui quis ergo male agentis adulatur, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripitur ex culpa debuerat, in eo fultus laudibus mollior quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: [Ipse edificabat parietem, illi autem lineabant eum.] Parieti

a Greg. pasto. 2. p. c. 6. b 1. ad Tim. 3. c. 1. ibi gl. sa ordin. c. Ansel. ex Hieronym. in Epistol. ad Oceanum. c. al. despicunt. d. Ezech. 34. e. al. cognissionem. f. Ezech. 13. g. Ibidem.

quippe nomine, peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruersi agentes edificat, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus vir sicut mala de bonis non estimat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens. [Abste a me, vt iustos vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]

C. III. ¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradatur.

Hinc etiam in concilio Carthagenensi 4. c. 56. legitur.

Clericus b, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradatur.

C. IIII. ¶ Excommunicatur ab episcopo qui fratribus non probanda obijciunt. Item ex eodem concilio, c. 55.

Acusatores fratrum episcopos excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

I ¶ Qui non probanda fratribus obijciunt. Verba ista neque in originali, neq; in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.

C. V. Remoueat ab officio clericus maledicus, scurrus, & fratrum profelibus inuidens non promoveatur.

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Rubrica haec pertinet simul ad hoc capitulum, & ad duo sequentia.

Clericus c maledicus (maxime in sacerdotibus) cogatur ad postulandam veniam, si nec incrit, degradatur: nec vnquam ad officium abique satisfactione reuocatur.

C. VI. ¶ De eodem.

Item ex eodem concilio, c. 60.

Clericum d scurrilem, & verbis turpibus ioculatorum, ab officio retrahendum censemus.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 54.

Clericus e inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

C. VIII. ¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant.

Item ex eodem, c. 67.

Seditionarios f statumus nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum ultores.

C. IX. ¶ Vsurus exigere clericis minimè licet.

Item ex concilio Leodicensi, c. 5.

3 On g licet facerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vt vsuras, vel lucra, quae fescupla h dicuntur, accipere.

C. X. ¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus facerator exsilet.

Item Leo Papa episcopis per Campaniam, epist. 1. c. 4.

Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere facnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis alienis impendere. Facnus autem hoc solum aspicere k & exercere debemus, vt q; hic miserere soluti tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

a Job. 27. b Bur. l. 2. c. 176. luo. p. 6. c. 267. Pann. l. 2. c. 173. c Bur. l. 10. c. 66. luo. p. 11. c. 11. & p. 11. c. 66. Ansel. 7. c. 163. d Bur. l. 2. c. 172. luo. p. 6. c. 263. & p. 11. cap. 79. Pann. l. 2. c. 172. e Bur. l. 2. c. 16. luo. p. 6. cap. 35. Agath. conc. c. 69. f Bur. l. 2. c. 17. luo. p. 6. c. 26. g Ansel. l. 7. c. 150. h al. fescupla. i Bur. l. 2. c. 12. luo. p. 6. c. 66. k al. accipere.

DISTINCTIO XLVII.

Quod autem in fine huius capituli, usurarii ordinari prohibetur, inde est, quod usuram exercentes, cupiditati deferre probatur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur: quia tales factis in isto deiciantur.

C. I. ¶ *Diaconus, presbyter, & episcopus exigens usuram, nisi deserit, deponatur.*

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus usuras debitoribus, exigens, aut desinat, aut certe deponatur.

C. II. ¶ *Usuras exigens, sine clericis, sine subiectis regule, deiciatur.*

Item ex concilio Nicæno, cap. 17.

Quoniam multi sub regula constituti auaritiam, & turpia lucra sectantur, obliuiscunt scripturam, dicentis [Qui pecuniam suam non dedit ad usuram] mutuum dantes, centesimas exigunt, iuste censuit sancta, & magna synodus, ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut de adinuatione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiola, id est, sexcupla¹ exigens, vel aliqd tale profus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur à clero, & alienus existat à regula.

1 ¶ *Sexcupla.] Hoc sexquialterarum usurarum genus, quoniam grauissimum, in frugibus humidis, vel arenis. Constantinus lege permisit, que nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. vlt. de usuris, l. 1. Eodem pertinet, quod scribit B. Hieronymus in commentariis in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis. Solent in agris frumenti, & milij, vini, & olei, ex terarumque specierum usurae exigi, siue, ut appellat sermo diuinus, superabundantia: verbi gratia, ut hiemis tempore demus decem modios, & in ra esse recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. Quam obrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniaris usuras clericis interdicerent, voluerunt etiam sexcuplam frugum expressè isdem interdicerent. Postea vero in aliis conciliis, & à Romanis Pontificibus, genus omne usurarum tanquam iuri naturali, ac diuino contrarium, tam clericis, quam laicis fuit interdictum, quemadmodum apparet in Decretalibus, tit. de Usuris.*

C. III. ¶ *Temporalibus lucris deservientes, Deo nequaquam militare probantur.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 29. cap. 10. scribit, dicens.

Omnes huius sæculi dilectiores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro temporalis gloria usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt; pro terrenis lucris quasi libet iniurias tolerant, & pro cælesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione verò coram Domino vel vnius horæ momento lassantur; sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis, atque honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas ad piscendam festinant, superna autem laboriosè querere tantò magis dissimulant, quantò ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum valli sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes,

a 1. Tim. 3. b Burch. l. 2. c. 119. Iuo. p. 6. c. 195. & p. 13. c. 15. Pann. l. 3. c. 157. inf. l. 4. q. 4. c. 8. ex alia versione. Poly. l. 4. tit. 31. Rab. l. p. c. 32. c Burch. l. 2. c. 129. Ansel. l. 7. c. 154. Iuo. p. 6. c. 196. & p. 13. c. 8. d redundat ista particula. e alsequipla. f alsequipla.

& in cælestibus debiles; sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quam sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per predicatorem nostrum dicitur a [Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditie, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem:] eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur, si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris, quos in carne validos habuit vltus terrene voluptatis.

1 ¶ *Aeris.] Apud B. Gregorium legitur, sancta libertas heredes, vel, sancta libertas charitatis, quam in carne: In vno autem exemplari Gratiani Vaticano, cælestis conuersationis, quod in glossa ad explanandam dictionem, aeris, asseritur.*

C. IIII. ¶ *Ad sacros ordines usurarii promoueri non debent.*

Item Gregorius clero, & civibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

De Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite, quòd solidos dedit ad usuram: quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere: & si ita contiterit, alium eligite, & ab huius vobis persona sine mora suspendite. Nam nos amatoribus usurarum nulla ratione manus imponimus. Si verò subtili habita inquisitione, hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota est, & vtrum ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus cum decreto à vobis facto, ad nos eum venire necesse est; ut vitam, moresque illius sollicitius inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus, ut si huic iudicio aptus exiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus.

C. V. ¶ *Degradetur clericus, qui usuras accipere detegitur.*

Item ex concilio Eliberitano, c. 20.

Siquis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari, & abstinere.

C. VI. ¶ *Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdos est oportet.*

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano, epist. 51.

Vtrum catholicum, & præcipue Domini sacerps viderem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura [Post concupiscentias tuas non eas.] Mens enim potentia: & auida, nec abstinerere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum.

1 ¶ *Nec pietati.] Hoc postremum orationis membrum abest à originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

C. VII. ¶ *Qui cupiditatem à se non abscindit, bonorum auctori inhaerere non valet.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 100.

Bonorum auctori inhaerere aliter non valeamus, nisi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus.

C. VIII. ¶ *Auari est hominum bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire valet.*

*Item Ambrosius * de eo, quod scriptum est in Evangelio h [Homini cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.]*

Sicut iij, qui per insaniam mente translati sunt, non sicut res ipsas, sed passionis suæ phantasias vident,

a Rom. 6. b Ansel. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 1. c Iuo. p. 13. c. 12. Pann. l. 3. c. 156. d Ansel. l. 7. c. 140. e Eccl. 18. f al. pecunia. g 1. Tim. 6. * Serm. 81. h Luc. 12. i Ex Basilij homilia, ad eundem Evangelij locum. ita

ita etiam mens avari se vel vinculis cupiditatis adstrinxit, semper aurum semper argentum videt, semper teditas computat, gratias aurum inuenerit, quam solem: a ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum, aurum querit. *Et post pauca* ¶ Interdum etiam vltura arte nequissima, ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? Nec fatietas vniquam, nec finis aderit cupiditati. *Et infra* ¶ Sed ais: quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligentius seruo? *O impudens dicum!* Propria dicis? quae? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem, quando de ventre matris exiisti: quibus quae so, facultatibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *Et post pauca* ¶ Proprium nemo dicat, quod est commune, quod plus quam sufficeret, sumptum, etiam violenter obtentum est. *Et infra* ¶ Numquid iniquus est Deus, ut nobis non aequaliter distribuatur vitæ subsidia? ut tu quidem esses affluens, & abundans, alius vero deesset, & egeret? An idcirco magis, quia & tibi voluit benignitatis suae experimenta conferre, & alium per virtutem patientiae coronare? Tu vero susceptus Dei muneribus, etsi in sinu tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam audax, tam avarus, quam qui multorum alimentum suum non vltum, sed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abundes, indigentibus denegare. Esiurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terra defodis. *Totum* ¶ Ergo scias inuadere bona, quot & possis prestare quod velis.

¶ Commune.] *Apud beatum Ambrosium legitur*, Proprium nemo dicat, quod est commune plus quam sufficeret, sumptum, & violenter obtentum est. *sed ob glossam non est mutatum.*

3. ps. *Neesse est etiam, ut ille, qui ordinandus est, [sua] domui sit bene praepositus* id est, si in laici habitu uxorem habuit, vel filios, a vitiis ad virtutum studia, & verbo, & exemplo prouocet, ut quod postea praepositurus est populo, prius exigat a domesticis. *Vnde Apostolus Ephesius scribit*, ut uxores suas sicut sua corpora diligant, & filios suos non ad iracundiam prouocent, sed enerviant illos in omni disciplina, & correptione Domini. *Vnde cum Paulus ad Timotheum scribens, dixisset* [sua] domui bene praepositum] statim subiunxit [habentem filios sibi subditos in omni castitate] [non h in accusatione luxuriae.] non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi. *Vnde de beato Iob legitur*, quod pro filijs suis quotidiana offerrebat Deo sacrificia, offerens holocausta per singulos, quos tanta charitatis perfectione in vnu constrinxit, ut quisque eorum in suo die conuiuium fratribus pararet, & ad epulandam secum tres sorores suas pariter inuitaret. Quod quia Heli facere dissimulauit, ac falsa pietate superatum, delinquentes filios seruire noluit. (sicut in libro Regum legitur) apud districtum iudicem semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit: vnde ei diuina voce dicitur [Honorasti filios tuos magis, quam me.] hinc etiam David erga filios benignitatem, non disciplinam seueritatem exercens, eorum inuentum experimentis didicit perniciosam, quorum pueritiam vaga licentia permisit esse vltisimam. Vnus quippe eorum sororem suam stupro corrumpens, a fratre eius, Absalone videlicet inter epulas, quas fratribus suis fraudulenter parauerat, obtinuit. Absalon vero, postquam veniam a patre obtinuit, de regno illum expulit, & ad concubinas

a sicut videt. Jorig. b al. non suum. c al. tantorum. d al. quantis. e Hier. Oceano. 2. Tim. 3. & ibi glossator. f Ephes. 5. g 1. Tim. 3. h Tit. 1. i Iob 1. k 1. Reg. 2. l 1. Reg. 13. m 2. Reg. 16.

eius ingressus est, deum per inuia deserti patrem persequens, quereat in hiebat, atque ita suspensus inierit. *Hinc etiam Paulus ad Timotheum scribit*, dicens [Qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.] *Sure ergo, qui domus sua nescit praesse, in episcopum ordinari prohibetur, quia qui in re minima, de qua sibi familiarior debet cura inesse fideliter non est, quomodo in ecclesia Dei ubi tot sunt, & alieni sollicitam diligentiam adhibet?* *vnde Hieronymus c.* [Non enim diuisus polluitur ex vitiis filiorum, sed libertas ab Apostolo ecclesiae principi reservatur, ut talis fiat, qui non timeat propter vitia liberorum extraneos reprehendere.]

4. ps. *Quod tunc fiet, si non erit, quod sibi imputetur. Cum enim gressus hominis a Domino dirigantur c, nec sicut in homine eius via: corrumpere quidem potest, corrumpere autem non valet: pulsare potest, non aperire: manus comprimere, non animum mutare.*

C. IX. ¶ Bonorum hominum disciplina mores immutare non valet. *Vnde Augustinus clero, & populo Hipponensis, epist. 137.*

¶ Vamlibet vigilet disciplina domus mea, homo sum, & inter homines vivo: nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quam arca Noe, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est: aut melior sit, quam domus Abraham, vbi dicitur est [Et ecce ancillam, & filium eius:] aut melior sit, quam domus Isaac: cui de duobus gemijs dicitur ¶ est [Iacob dilexi, Esau autem odio habui.] *Et infra* ¶ Simpliciter autem fateor charitati vestrae coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meam, ex quo Deo teruire corpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasterijs profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt, ita ut hinc arbitretur in Apocalypsi ¶ scriptum [In istis inferioribus, & sordidus sordescat adhuc.]

C. X. ¶ Conuicia perditorum a via reuocandis nos mouere non debent.

¶ Item Cyprianus, lib. 1. epist. 3. Cornelio Papa.

¶ Quod ad nos attinet, conscientiae nostrae conuenit, frater, dare operam; ne quis culpa nostra de ecclesia pereat: si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & poenitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatores futuros credimus, qui consulimus sanitati, illos solos in poenis remansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuicia perditorum, quo minus a via recta, & a certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat, dicens m [Si hominibus placere, Christi seruus non essem.]

DISTINCTIO XLVIII.

¶ Rehibentur etiam neophyti ¶ in episcopos ordinari, ut qui heri erat catechumenus, hodie non fiat episcopus, qui heri erat in theatro, hodie non sedeat in ecclesia, qui vespere erat in circo, hodie non ministrat altario: qui dudum fuerat sanctorum histrionum, hodie non sit consecrator virginum. Causa autem huius prohibitionis est secundum Apostolum, ne elatus in superbiam, tamquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel se contemnere: non inueniuit, non fletuit, non se correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiā (qua est ruina

a 2. Reg. 18. b 1. Tim. 5. c In comm. ad c. 1. epist. ad Titum. d itaque Jorig. e Psal. 36. f Hierem. 10. g Gen. 9. h Gen. 21. i Malach. 1. k al. defecerunt. l Apoc. 22. m Galat. 1. n 1. Tim. 3. glossa ordina. ibidem, & Hier. Oceano.

diaboli) incidunt, qui puncto hora necdum discipuli sunt magistri: & sicut Innocentius ait (Miserum est eum fieri magistrum, qui necdum didicit esse discipulus.)

C. I. ¶ Neophytus in episcopum non est ordinandus.

Vnde in Nicæno concilio, c. 2 legitur.

Quoniam multa, siue per necessitatem, siue ex quacunque causa, contra regulam gesta sunt ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instruiti, statim ad spiritualem baptismum venissent, & continuo, cum baptizati, etiam ad episcopatum, vel presbyterium prouecti sunt; recte igitur visum est de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, ut sit catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Evidens namque est apostolicum præceptum, dicens. (Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli.) Si verò precedente d. 2 tempore aliquod mortale peccatum admiserit, & convictus duobus, vel tribus testibus fuerit, cesset à clero, qui huiusmodi est. Si quis verò præter hæc fecerit, tamquam contraria statuti sancti concilij gerens, ipse precipitabitur de statu sui cleri.

1 ¶ Quacunque causa.] Græcè est: ἢ ἀπὸς ἐπιτοξήσεων τῶν καθ' ἑαυτὸν: quod Dionysius vertit, aut aliis cogentibus hominibus.

2 ¶ Precedente.] ἄρτι ἔστω: id est, procedente, sed ob glossam non est mutatum.

3 ¶ Morale.] abest vox ista à pristina versione. Græcè est, ἡμετέρας τὴν ἀνάγκη, quod Dionysius vertit, delictum anime. Neophyti verò hodie appellantur, propositum sacre religionis noviter assumentes.

C. II. ¶ Quis dicatur Neophytus.

Vnde Gregorius scribit Syagrio episcopo, & aliis episcopis, lib. 7. epist. 100.

Sicut g neophytus tunc dicebatur, qui initio hæc fidei erat eruditione plantatus; sic modò neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irreperit. ¶ Ordinatus ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. Scimus autè, quod adificati parietes non prius tignori pondus accipiunt, nisi à novitatis suæ humore licentur: ne si autè pondera, quam solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant:

1 ¶ Initio sanctæ.] In lib. 7. epist. 100. ubi habetur prior pars huius capituli vsq. ad versu. Scimus autem, legitur, in sanctæ fidei erat conversatione plantatus. lib. autem 5. epist. 51. sic c. 95. (ubi et eadè feri si stem verbis habentur, ac præterea sequens pars vsque ad finem) legitur hoc loco, qui adhuc noviter erat plantatus in fide.

DISTINCTIO XLIX.

Ecce, à quibus vitiis debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores pro populo ad Deum parantur, necesse est, ut aut gratiam bene vivendo mereantur. Vnde Gregorius ait in pastoralis. ¶ Solliciti formidandum, ne qui placare possent Dei creditur, hæc ipse ex propria reatu mereatur. Cupit enim liquido nominis: quia, cum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deserendum præcuratur. Qui ergo adhuc desideris terrenis adstringitur, caveat, ne displicet iram iudicis gravior accendens, dum loco deletatur gloria, fiat subditis auctor ruina. So-

a Epist. 12. ad Aurelium. b Martinus Brac. episcopus cap. 22. c 1. Tim. 3. d al. procedente. Jorrig. e al. magni. f 1. 1. 5. epist. 51. Visilio episcopo. Arelatensi. g Poly. 1. 2. tit. 2. Anst. 1. 6. c. 26. l. v. part. 5. c. 131. h al. in initio. i al. ordinar. k al. summa.

lertem ergo se quisque metiatur, nec à locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: nec is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat pro culpa aliorum.

C. I. ¶ Sacrificium Deo non offerat, qui vitium est maculatus.

Idem in eod. pastoralis eod. c. 11. continenter.

Hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur. [Liquere ad Aaron: homo de femine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo, nec accedat ad ministerium eius.] Vbi & repente subiungitur [Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si hippos, si albuginem habes in oculo, si iugem scabiem, si impetiginè in corpore, vel ponderosus. b] Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo cõspicit, quò gressus operis porrigat, cõ nescit. Hinc etenim propheta Anna dicitur d [Pedes sanctorum suorum servabit; & impii in tenebris conticescent.] ¶ Claudus verò est, qui quidem, quò pergere debeat, aspicit; sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ cõ non valet tenere, quã videt: quia ad virtutum statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quò per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit f [Remissas manus, & dissoluta genua erigite. & gressus rectos facite pedibus vestris; ut non claudicans quis erret, sed magis sanetur.] Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Nasus quippe odores, factoreque discernimus. Rectè ergo per natum discretio exprimitur: per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponfa dicitur g [Nasus tuus, sicut turris, quæ ex caulis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum ælimari hebetes nolunt, sæpe se quibusdam equitationibus plus quàm necesse est exercet, ex nimia subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur: [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grandis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plus quàm decet, excreverit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fractio autem pede, vel manu est, quã viam Dei pergere omnino non valet: atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non ut claudus, sed tunc cum infirmitate tenear; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus verò est, quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne vquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui & si quando aliquid ex bono patriæ celestis auderit, ad hoc nimirum peruerit consuetudinis pondere prægnatus, cordis faciem non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ sollicitudinis vsus ennum tenet. Ex horu quippe specie psalmista h dicit [Incurvatus sum, & humiliatus est quequeaque.] Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait i [Semen autem, quod in spinis cecidit, hæ sunt, qui audiunt verbum, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ entes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus verò est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emiccat; sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes, & palpebræ grossefunt: quæ quia infusione crebra acriteruntur, etiam acies pupillæ vitiat. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ operatio fauciat: qui

a ne. Jorrig. b hernisus.] vulgata. c al. dirigit. d 1. Reg. 2. e al. perfecti. f Hebr. 12. g Cant. 7. h Psal. 118. i Luc. 8. k infirmatus.] Jorrig.

videre

videre recta subtiliter per ingenium poterant: sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersionis prauitas confundit: cui bene per Angelum dicitur a [Collyrio in uerge oculos tuos, ut videas.] Collyrio quippe oculos, ut videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem uero habet in oculis, qui ueritatis lucem videre non sinitur: quia arrogancia sapientie, seu iusticie cæcatur. Pupilla namque oculi nigra, uidet: albuginem tolerans nihil uidet: quia uidelicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoris emque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si autem candorem sibi iusticie, si ueræ sapientie tribuit, à luce se superne cognitionis excludit: & eò claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quod se apud se per arrogantiam exalcat, sicut de quibusdam dicitur b. [Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.] ¶ Iugem uero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabiem etenim seror uiscerum ad cutem trahitur, per quam reuè luxuria designatur: quia si cordis tentatio vsque ad operationem profiuit, nimirum seror intus, usque ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus faciat: quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiã in actione dominatur. Quali enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat c. [Tentatio uos non apprehendat, nisi humana.] acsi aperte diceret. Humanum quidem est tentationem in corde perpeti: demoniacum uero est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Imperiginem quoque habet in corpore, quisquis auaritia uastatur in mente: quæ si in partibus non compescitur, nimirum sine mensura dilatur. Imperigo quippe sine dolore corpus occupat, & abiq; occupati tandem excresecens membrorum decorem fœdat: quia & auaricia captiuam animam, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obicit, ad inimicitias accendit: & dolorem in uulnere non facit, quia æstuantis animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum quoque uirtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quasi totum corpus exasperat; quia per uiciorum vitia animam supplantat, Paulo attestante, qui ait d. [Radix omnium malorum est cupiditas.] Ponderosus uero est, qui turpitudinem non exerceat opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauat in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus uoluptate luxurie sine ullo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium e quippe est ponderis, cum humor uiscerum ad uirilia labitur, quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: & quous praua non exerceat opere, ab his tamen non euellitur mente, nec ad vsu boni operis in aperto ualet asurgere; quia grauat hunc in abditi pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horum uitio subigitur, panes Domino offerre prohibetur: ne i profecto diluere aliena delicta non ualeat is, quem adhuc propria deuastat. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter ueniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat, offendimus, nunc is, qui ad illud dignè peruenierit, in eo qualiter uiuere debeat, demonstramus.

i ¶ Ne profecto. ¶ Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur, Nec profecto diluere aliena delicta ualet is, quem adhuc propria deuastat.

a Apoc. 3. b Rom. 1. c 1. Cor. 10. d 1. Tim. 6. e Sic & Ambrosius.

C. II. ¶ Inductus, terrena lucra sellans, uiciose ordinari non debet.

Item Hieronymus a super Malachiam, ad c. i.

Sacerdotes nomen Domini despiciunt, & quantum ad se, panem pollutum offerunt, qui ad altare indigne accedunt, quique dato munere sacerdotium præsumunt. Panem quoque pollutum, qui doctrinam Domini in populo male dispergit, b & qui honorat potentem, & despicit pauperem. ¶ Infrã. ¶ (Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & c.) Superius accusati de panibus, nunc accusantur de uicibus. Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magistrumque facit, qui uix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena querentem locat; utpote pedem in diuersa ponentem, unum in diuinitis, alterum in carnalibus: cui potest inseri illud de libro Regu (Vt quoque claudicatis in duas partes?) Languidum offert, qui uiciosum habet pro religioso, quique tardum, & pigrum probat patientem, dicens illum negligentia recedendum. Indignum est enim dare Deo, quod de dignatur homo.

i ¶ Probat patientem. ¶ Sic interpungitur etiam in manuscriptis, & in glossa, cum tamen ita posset etiam distinguatur, & pigrum probat, patientem dicens illum, & c.

DISTINCTIO L.

EX præmissis auctoritatibus liquido monstratum est, quod uariis criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem queritur, utrum post peccatum & penitentiam, uel in propriis ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere ualeant. Multorum auctoritatibus, uariis criminibus irretiti, a propriis ordinibus deiciuntur, & ab accessu maiorum prohibentur.

C. I. ¶ Lapsi in suum ordinem reparari non possunt.

Vnde Gregorius ait Constantio Mediolanensi episcopo, lib. 4. epist. 17. siue cap. 61.

Id lapsi ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur, vigor canonice proculdubio frangitur discipline: dum pro reuersionis spe, prauæ actionis desideria quisque concipere non formidat. ¶ post pauca. ¶ Illud igitur præ omnibus studete, ut lapsos, in sacrum ordinem nullius uobis supplicatio aliquo modo reuocare suadeat: ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse uindicta.

C. II. ¶ Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit.

Item Martinus Papa 1. Amando episcopo.

Viæ semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci.

C. III. ¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari ualet.

Item Gregorius Papa, Sabiniano episcopo, lib. 7. epist. 25.

Presbyterum s, de quo nos fraternitas tua latoris presentium legatione g consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere, aut reuocari posse cognoscat. Circa quem tamen mitius agendum est: quia commissum facinus facili dicitur professione confessus.

a Sensus aliqua ex parte. b al. dispersit. c al. adlam. d Anselm. l. 8. cap. 25. & l. 11. cap. 13. Iuo part. 6. cap. 80. Pannorm. l. 3. cap. 145. e Pannor. l. 3. cap. 141. f Anselm. l. 8. cap. 26. g al. relatione.

C. III. ¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest.

Item Ioannes * VIII. Cenomantico Pricensis + episcopo.

Miror minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare; imo (quod est ineptius) nobis suadere velle, vt ipsi tali praesumptioni praerobrem assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid aestimaret, vel post quantamcunque poenitentiam concedendam, cum omnino sit canonice disciplinae contrarium? Debet ergo sacerdotis priuatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus, salutis possit inuenire suffragium.

C. V. ¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. Item Nicolaus Papa.

Clericum b, qui paganum occiderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum difcreti sint milites saeculi a militibus ecclesiae; non conuenit militibus ecclesiae militare saeculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.

C. VI. ¶ Qui defendendo se, paganum occiderit, sacerdotali careat officio. Item Osbaldo Chorepiscopo Quaduantiño.

De his clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendendo, paganum occiderunt, si postea per poenitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, vt ad altiore m conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Veru si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltem pagani occiderit, nullum sibi consulit, si ab officio sacerdotali recesserit: fatiusque est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quam alta indebitè appetendo, damnabiliter in profundu demergi.

C. VII. ¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen.

Item ex concilio Agathensi, c. 70.

Si episcopus presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officij honore depositus in monasterium detruatur, & ibi, quam diu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

C. VIII. ¶ Qui homicidium, factu, aut praeepto, aut consilio post baptismum consciens fuerit, clericus non ordinetur.

Item ex concilio Martini c. Papae. c. 26.

Id quis viduam, aut ab alio dimissam e duxerit, non admittatur ad clericatum. Quod si irreperit, deiciatur. Similiter, si homicidij, aut factu, aut praeepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiciatur, & in fine vitae suae laicam communionem tantummodo recipiat.

¶ Defensione.] In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam haec capitula a Marino Bracarense episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur, assensione. cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 11. circa fine.

* Vide cap. 29. f. + al. Cannomoco Venetiensi. a Iuo part. 6. cap. 14. & part. 10. cap. 51. Pannorm. l. 3. cap. 153. b Iuo part. 6. cap. 120. c Apud Mar. Bra. d Ansel. l. 7. cap. 11. Ex can. 18. Apoll. e al. reliquam. f al. sua communionem recipiant.

C. IX. ¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt.

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritas no, lib. 3. epist. 26.

Peruenit a ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post poenitentiam, vel ante, ad ministerij sui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium ulterius non accedat.

C. X. ¶ De eodem.

Idem Venantio Lunensi episcopo, lib. 4. epist. 5. sen. c. 49.

Accedens b ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero a perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia, postquam pro crimine lapsus sui, a sacerdotij ordine est deiectus, & expendum ministerium sacerdotij praesumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra reperierit, eum sacri corporis & sanguinis Domini participatione priuatum in poenitentiam redigat: ita vt vique ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sim autem eum fraternitas tua talem poenitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendum inter laicos communionem, & ante exitum, debeat misereri, hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate: & infra. ¶ Praeterea ad fraternitatis tuae consulta respondentes statuimus, diaconum, & abbatem de portu Veneris, quem indicas occidisse, ad sacrum ordinem non debere, vel posse vllomodo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in poenitentiam deputare te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit, priorem inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat. Subdiaconi quoque, & quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autem Veneris, loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyteru, vt nunquam ad sacri ordinis ministerium praesumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula Gorgona, atque Capraria sollicitudinem de monasterio gerere, & in eo, in quo est status, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

¶ Presbytero.] In vetusto codice epistolarum B. Gregorii, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur, ex presbytero; itemque, inferius in hoc eodem capite: Saturninum vero ex presbyterum, siue vt in impressis B. Gregorii, ex presbytero. Depositos enim presbyteros, ex presbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, ex monachos appellabant, sicut illi qui consilium, aut quasi iuramentum gesserant, ex consules, aut ex quaestores vocari soliti fuerat.

C. XI. ¶ Loco lapsi alius ordinandus est.

Idem Marini episcopo Raxemati, lib. 6. epist. 39. sen. c. 203.

Postquam d quemquam criminaliter abscederem, e in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari, & vltra tres menses ecclesiam vacare pontifice, statuta sacrorum canonum non permittant: ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet, fraternitas vestra deprecatione eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

a Poly. lib. 4. ti. 39. Ansel. l. 8. cap. 20. Iuo. part. 6. cap. 78. Pannorm. l. 3. cap. 133. b Poly. ibidem, Ansel. l. 8. cap. 21. Iuo. part. 6. cap. 83. c Iodem lib. 4. epi. 16. sen. cap. 60. Pann. l. 3. cap. 133. d Ansel. l. 8. cap. 25. e al. cadentem. f dist. 75. quoniam.

C. XII. ¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

Post ordinationem suam quipsiam in lapsum ceciderit, & prevaricationis peccato fuerit apprehensus obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostra salutis tractare.

2 pars Contra exemplis, & auctoritatibus probatur, post actam penitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores ascendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moyse murmurauerat, acta penitentia, a peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron & autem post constitutum ritum etiam in summum sacerdotem consecratus est. David post adulterium, & homicidium spiritum prophetia recepit, & in proprio gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthae viri sanctissimi per penitentiam humilitatis, in regia sede remansit. Et ut preterea multis exemplis veteris Testamenti Petrus enegavit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est: Paulus h Stephanum lapidavit, & tamen a Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab heresi ad unitatem catholicæ fidei reuerentes, in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, ut patet Augustinus, & alij complures.

C. XIII. ¶ De eodem. P A L E A.

Ioannes & Chrysostronus a duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyrae Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit episcopatû. Aclepius diiudicatus a synodo, ecclesiam suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus a Papa Iulio, recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesie suæ. Simili modo Polychronij eiusdem ecclesie Hierosolymitanæ Pontificem Sixtus I Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopum damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesie suæ. Milisenus episcopus a Felice Papa damnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit, & ecclesie suæ restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesie Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus diiudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiam. Rochadum vero episcopum sanctæ Sueffionensis ecclesie a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium o Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

¶ Caput hoc a restitutionibus codicibus abest: in vulgatis inscribatur. Item ex epistola Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: que inscriptio sublata est, quoniam qua in hoc capite tractantur, ex variis historiis sunt collectæ, & aliqua longè post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neq. apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormis.

a al. deprehendatur. J orig. b Num. 12. 33. quæst. 2. c. hoc ipsum. d Exod. 32. d 3. Regum 1. c. 12. e al. pristino. f 3. Regum 21. g Matthei 26. Ioannis 21. h Act. 7. c. 9. i Burchardus lib. 1. cap. 233. Iuo in prologo. Pannor. in prologo, cap. 32. k al. indicatus. l Sixtus Papa III. m 35. quæst. 9. cap. Gregorius. n al. communicauit. o al. Suffrenum. J vel Suffredum. J de 7. 6. quæst. 3. deniq. Suffredus.

¶ Milenum. J Antea legebatur, Nicænum. Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & Gregorius. 7. 35. quæst. 9. Atq. in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai I leguntur: Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Milenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica face coinquinato, coacti confenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imò communione priuauit.

C. XIII. ¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reputari possunt.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epist. 2. ad episcopos Galliciarum.

Ponderet vnusquisq. sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra a ait scriptura. [Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neq. ordinem eorum mutemus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocunq. modo fuerit, portemus eum, & fraterno corripimus affectu, sicuti ait B. Apostolus d. [Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans seipsum, ne & tu tentetur. Alter alteri onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] Porro sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lachrymas fudit, quando Dominum negasse penituit: sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam e peccantibus pollicetur, dicens [Peccator in quacunq. die conuersus inueniet, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint penitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra gratias ecclesie clauis disputare, & agere videntur: de quibus dictum h est [Quacunq. solueritis in terra, erunt soluta & in celo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus: restat Domini per Prophetam I [Nunquid I qui dormit, non adiciet vt resurgat?] Et Propheta k David penitentiam agens dixit: [Redde mihi Leuitam salutari tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namq. post penitentiam, & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesie, si lapsi fuerint, & condignam penitentiam Deo gesserint, verumq. facere posse. Docuit enim quando dixit: [Doebo I iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: [Sacrificium Deo, spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per penitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. ¶ En fr. ¶ Mundatur ergo homo a peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelij m maneat in eo [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus n [Non ergo regret peccati in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.] ¶ Sententiam, fratres, que misericordiam vetat, nõ solum tenere, sed & audire, refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.

a Tob. 4. b Burch. l. 19. cap. 42. Iuo p. 6. 48. c non perdamus eum, sed fra. J orig. d Gal. 6. e Ezech. 18. f Polyc. l. 4. tit. 28. Pann. l. 7. c. 148. g al. traditas ecclesie clauis despicere videntur. J ex August. c. vi. constitue retur. h Matth. 18. Greg. lib. 2. epist. 51. i Psal. 40. k Psal. 50. l Ibid. m Ioan. 8. n Rom. 6.

¶ Nunquid.] In epistola Calixti & apud collectores indicatos legitur: nunquid, qui cadit, non adiciet, ut resurgat? & qui auctus est, non reuertetur? & alibi: non lo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Quae duae sententiae habentur Hierem. 8. & Ezech. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.

C. XV. ¶ In pristinum gradum post penitentiam reuocari possunt sacerdotes.

Item Hieronymus ad cap. 3. Malachiae.

ET purgabit filios Leui: tempus est enim ut iudicium incipiat à domo Dei.] & alibi scribitur. [Sanctus meus incipite.] In filiis autem Leui omnem sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, ut purum aurum remaneat, & argentum, quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati, tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est, pro iis, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt [sicut dies saeculi, & sicut anni antiqui:] ut quomodo in principio placuerunt Deo, sic post peccatum, & penitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sordibus purgati.

C. XVI. ¶ Lapsi reparari possunt.

Item Gregorius Secundus, libro 7. epist. 53.

Quia sanctitas tua hoc à nobis requirit, ut sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, aliàs resurgendi, aliàs nequam posse: Ideo nos 7. generales synodos à Nicæna incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramus, quia ipsam sequentes ceteræ in cunctis canonicis sententiis unanimitè concordant. Nos uero præcedentes patres sequi debemus; qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque ad quartum altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, ut sicut minorem maiorem præcedit in honore, ita & in crimine, & quem maior sequitur culpa, maiore plectatur uindicta, & sic postea penitentia credat esse fructuosa. ¶ Quid enim potest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignum igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem, & ¶ Ad fontem misericordiae recurrere, & angelis 3. proferamus sententiam. [Gaudeo, inquit, super uno peccatore penitentiam agente, magis quam super nonaginta non inuentis, qui non indugent penitentiam.] Et ouem perditam, nonaginta nouem non errantibus relicta in deserto, humero pastoris ad ouile reportatam, Dominus ipse testatur. Si ouis perditæ errans post inuentionem ad ouile humero reportatur, cur post penitentiam ad ecclesie ministerium lapsus non reuocetur? Sicut in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesie [Memento unde exideris, & age penitentiam, & prima opera fac.] Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci inueniuntur, aut Dei filium iururando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem penitentia secuta est, & post penitentiam misericordia data est, & postea ab Apostolatu eum non expulit, qui ante quidem ipsum se negare prædixit.

¶ Ideo nos.] In duabus editionibus epistolarum B. Gregorii legitur, ideo generalissima, quæ à Nicæna concilio incipiunt cum reliquis quatuor inuenimus con-

a Malach. 3. b I. Petri 4. c Ezech. 9. d Rab. in pen. cap. 1. Burchard. lib. 10. cap. 42. Iuo par. 6. cap. 85. Pannorm. lib. 7. cap. 147. e al. crimine. f al. uindicta. g Luc. 15. h in deserto. i Apocal. 2.

cordantia. Nam & nos præcedentes, &c. In his manuscriptis codicibus generalissimè: reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Pannormiam. Nam nos generaliter, ceteroqui parum à Gratiano discordant.

¶ Sicut.] Hinc usque ad uersic. Quid enim, in aliquos codicibus epistolari excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.

C. XVII. ¶ Post acerrimam penitentiam lapsi reparantur.

Idem super Ezechielem, Hom. 9. ad c. 2.

Quid est hoc, quod propheta iacenti dicitur: [Stas supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur non se, nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes, alia, quæ stantes audire debeamus. Iacenti enim dicitur, ut surgat, stanti autem præcipitur, ut ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans ergo propheta uisionem spiritalem uidit, & cecidit: cadens uero iam monitionis uerbum suscepit, ut surgere: surgens autem præceptum audiuit, ut prædicare. Nam qui adhuc ex superbia uertice stamus, cum iam de acerrimatis timore aliquid sentire cœperimus, dignum est, ut ad penitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iaceamus, per diuini uerbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Idem lib. 18. Moral. c. 16. ad cap. 28. Job.

Ferrum de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesie à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despicere, quod fuit; quia iam incipit esse, quod non fuit.

C. XIX. ¶ Post condignam penitentiam pristina recipiuntur officia.

Item Hieronymus ad cap. 3. Michae.

Cui ex auidio eos, dabo eis uirtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in presenti loco posse docere aliquem post peccatum, si tamen uitia pristina, penitentia digna diluerit. Unde Dauid post adulterium, & homicidium loquitur in Psalmo [Afferge me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.] Nec sua tantum puritate contentus est; sed iniecit [Redde mihi lætitiā salutariis tui, & spiritui principali confirma me;] cumque feceris [docebo, ait, iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur.]

C. XX. ¶ De eodem.

Idem Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum.

Ibsus filius Iosedech sacerdos magnus, quando in typo præcessit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam; tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus à dextris eius: & candida illi deinceps uelimenta redduntur.

C. XXI. ¶ Per penitentiam clerici corripiti, gradum suum, & dignitatem recipiunt.

Item ex concilio Agathensi, c. 2.

Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permittit, ab episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus elati superbia, communiōne foras contempserint, aut ecclesiam frequenter, uel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communiō tribuatur; ita, ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque recipiant.

a Psal. 50. b I. Iu. de con. dist. 2. sicut in Iosede. Zachar. 3. Et capitulum libro 7. cap. 211. c Iuo part. 6. cap. 366.

C. XXII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ, cap. 17.

Siquis presbyter, aut diaconus inuentus fuerit saliquid de ministeriis ecclesie vendidisset; quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi dimitendum est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi debeat gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario contaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

¶ [Diaconus.] Sequatur: aut subdiaconus. quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neq. apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neq. in antiquis Gratiani codicibus habentur.

C. XXIII. P A L E A

[Item Augustinus ad Bonifacium.]

Ene valet sacerdotes restitui ad honorem suum post peractam poenitentiam: licet in hoc diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas poenitentias quorundam, & propter affectatas honorum dignitates.

¶ [Palea.] In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæc duæ paleæ non habentur, sed post finem capituli, si quis presbyter, sequitur continetur, Quomodo igitur sunt tamen in multis, atq. in via quidem, a quibus plerumq. paleæ absunt. Ac videntur summe quædam partim præcedentium capitulum, ponderet. & quia sanctitas, partim sequentis, vt constitueretur. quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atq. inde potuit in his paleas hæc eadem irreperere citatio.

C. XXIII. P A L E A.

Sacerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionnis locum post dignam peractam poenitentiam, in honorem suum propheta attestare, qui ait [Nunquid qui cadit, non adiciet, vt resurgat?] Et B. Gregorius hoc dicit ad Secundinum in cluuium, amicum suum. Etiam ab ipso propheta in hoc argumetum habemus: qui cum post peractum adulterium, & homicidium perpetrasset, tamê postea peracta digna poenitentia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.

¶ pars Quomodo igitur huiusmodi auctoritatum dissimilitudo ad concordiam reuocari valeat, breuiter inspicimus. Sunt quidam, quos non odium criminis, sed timor vilitatis, & ambicio proprii gradus, & ambitio celsioris ad poenitentiam cogit. Hos sacri canones irreuerentibus & deiciunt: quæ qui simulatione poenitentia, vel afflictione honoris à Deo non consequitur veniam, nec ab ecclesia reparationem mereatur.

C. XXV. ¶ Quare constitutum est in ecclesia, ne post poenitentiam quis ad clericatum redeat.

Vnde Augustinus scribit ad Bonifacium episc. 50.

Vt constitueretur in ecclesia, ne quisquam post aliquid criminis poenitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentia, sed rigore factum est disciplina. Alioquin contra clauis datas ecclesie disputabitur, de quibus dictum est [quæ solueritis in terra, soluta erunt & in celo.] Sed ne forte etiam de cæteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret poenitentiam, seuerissimè placuit, vt post actam de crimine damnabili poenitentiam, nemo sit clericus: vt desperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior esset humilitatis. Nam & san-

a Apud Martinum Bracarensem. Burch. l. 3. c. 170. ex Bracaren. l. 10. par. 3. c. 173. ex Martino, & 240. ex Bracaren. b Hier. 8. * Greg. l. 7. epist. 53. c ab irreuerentibus. d In capitulo ad Titum. c. 132. Polyc. l. 6. tit. 20. Ansel. l. 8. c. 3. luo in prolog. & p. 6. c. 386. Pannon. in prologo. cap. 8. e al. de detestis.

Ans Dauid de criminibus mortiferis poenitentiam egit, & tamen in honore suo persistit. Et B. Petrum, quando amarissimas lachrymas fudit, vtique Dominum negasse poenituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo superuacua putanda est posteriorum diligentia, quia vbi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus totius muniretur: experiri, credo, aliorum fidas poenitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis, vbi a per graues disensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas vlcera subueniat.

C. XXVI. ¶ Reparationis beneficium non nisi post poenitentiam potest concedi.

Item ex epistola cleri Romani missa Papæ Cypriano.

Ab sit b à Romana ecclesia vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euertere, sed & cadant euerforum fratrum ruine, propere nimis remedia communicationum vtique; non profutura presententur, & noua per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad euerforum maiorem eripiantur & poenitentia. Vbi enim poterit indulgentia medicina proficere, si etiam ipse medicus in intercepta poenitentia indulget periculis? si tantummodo operit vulnus, nec finit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed, si dicere verum volumus, occidere.

¶ Locupletatum est caput hoc ex originali.

C. XXVII. ¶ Impenitentibus venia concedi non potest.

Item Cyprianus in sermone de lapsis.

Si quis praepræperea festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere, non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse est iram, non seruasse sententiam: nec misericordiam prius Dei deprecandam putare, sed cõtempo Domino de sua facilitate presumere. ¶ j. ¶ Mandant aliqui martyres fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum à Dei sacerdote faciendæ; sit obtemperantia facilis, & prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri; sed h scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant, ante est, vt sciamus illos de Deo impetrasse quod postulant, & tunc facere quod mandant. Neq. enim statim videri potest de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus veniam cum petiisset, accepit.

C. XXVIII. ¶ Quis sunt reparandi post lapsum, vel qui non.

Item Isidorus ad Massimum & episcopum

Domino f sancto, meritisq. beato fratri Massano episcopo salutem. Quod in epistolis venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet, quod in canone 1 An cyrano, cap. xix legitur, post lapsum corporalem restitutum honoris gradum post poenitentiam; alibi verò legitur, post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum; hæc diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradus redire

a j. 23. q. 4. ipsa pietas & verum. b extat inter opera B. Cypriani l. 2. epist. 7. Ansel. l. 8. c. 20. c al. procedere. d Ansel. lib. 8. c. 32. e al. Massimum. al. Massimum orig. f. Ansel. l. 8. c. 37. Polyc. l. 4. tit. 39. luo p. 6. c. 197. p. 5. 57. c. 86. Burch. l. 19. c. 43. & 73. Pannon. l. 3. c. 149. Rab. poen. l. 1. c. 1. Conc. Neocasari. cap. 1.

canones præcipiunt, quos penitentia præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. Ac contra hi, qui neq; a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum vtiq; honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est determinanda sententia, vt necesse sit illos restitui in locum honoris, qui per penitentiam reconciliationem recepisse meretur diuina pietatis. Hi enim non immerito consequuntur ademptam dignitatis statum; qui per emendationem penitentia recepisse non sentuntur remedium vitæ. Id autem ne forte magis sit ambiguum, diuina auctoritatis sententia confirmatur. Ezechiel ^c quidem propheta sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit post penitentia satisfactionem pristinum posse restitui honorem. [Confunderis, inquit, d. Inda, & porta ignominiam tuam.] & post paululum: [Et tu, inquit, & filia tua reuertimini ad antiquitatem tuam.] ¶ Quod dixit [Confunderis] ostendit post peccati opus debere quemq; erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo quod dignum confessione perpetraverit opus. Deinde præcepit, vt post ignominiam, & deiectionem nominis sui, siue dignitatis reuertatur ad suam antiquitatem. Ergo dum quisq; post opus confessionis suæ confunditur atq; ignominiam portans, depositionem suam cum humilitate luget, renouari secundum prophetam ad priorem statum poterit. Item Ioannes ^e Euangelista Angelo Ephesi ecclesiæ, inter cætera quædam familia scribit. [Memor esto vnde cecideris, & age penitentiam, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce ², in quantum valui, concilij Ancyrani antiquam plane, & plenam auctoritatem sacris testimoniis explanavi, ostendens eum posse restitui in proprio gradu, qui penitentia satisfactione nouerit propria delicta deslere. Qui verò negligit, nec luget quæ gessit, & lugenda sine vilo pudore religionis, vel timore iudicij diuini comittit, eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fine ³ autem huius epistolæ hoc adiciendum puravi, vt quotiescunque in gestis conciliorum diuersa sententia inuenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas.

1 ¶ Sic habet hoc caput in epistola, quæ nuper vna cum aliis Isidori operibus est impressa Parisiis, & ita inscribitur, Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola ad Massanum episcopum. Domino sancto, meritisq; beato, &c. In epistola autem longiore, eodem argumento, & isidem penè verbis, (quæ & ibidem, & antea Antuerpiæ cum libris de summo bono, impressa est) non fit hoc loco mentio concilij Ancyrani: sed tamen in editione Parisiensi titulus hic est, Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatem clericis penitentibus. seu, Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilij. Veruntamen in canone illo xix. versio Dionysij (qui apud Græcos, & in aliis versionibus xx. est) vbi legitur, perfectionem consequi secundum pristinos gradus. Græcè est, ἡγὴν τὸν Βαδὺν τὸν Αὐγουστῖνον; id est, secundum gradus, qui eo deducunt. Balsamon longe aliam sententiam elicit, quam Isidorus.

2 ¶ Ecce. Hic in epistola longiore multa interueniuntur.

3 ¶ In fine. Hæc nunc leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam cæteroqui Gratiano videtur secutus.

Quicquid, igitur pro criminibus suis dignè Deo penitentiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Augustini, &

a al. corporis. b al. adeptæ. c Ezechiel. 16. d al. post confessionem, id est, peccati. e Apocal. 2. f infra 33. quæst. 2. hoc ipsum.

Hieronymi, & Isidori gradum pristina dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vilitatis, vel ambitione honoris falsas Deo penitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt.

C. X XIX. ¶ Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensus reparari non possunt.

Sed obicitur illud Hormidæ Papæ, qui scribit omnibus episcopis per vniuersas prouincias.

Si quis diaconus, aut presbyter post acceptam benedictionem leuiticam cum uxore sua incontinens inuenitur, ab officio suo deiciatur. ¶ Ecce manifestè constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum Sancto Spiritu ² suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxvii, episcoporum, quas etiam Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehensi aut ipse confessi, aut ab aliis conuicti ad honorem redire non possunt. Sed quia fortè non desunt, quibus pro nimia pietate superscripta sanctorum patrum sententias minime placeat; sciatis hæc cccxvii, episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Nicæno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed fortè maior est in illis pietas, quam in superscriptis cccxvii, episcopis? maior est in illis misericordia, quam in sancto Ioanne ^b apostolico Papa? maior charitas, quàm in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc exemplo remedia ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta ^d voluntate præceptis illorum consentiant, aut si non fecerint, omnibus illis contrarios se, & inimicos esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas, palpare criminolos, & vulnera eorum visq; in diem iudicij incurata seruare?

¶ Quod si eos durissimam penitentiam per plures annos videremus agere, tunc nos & salutis eorum possemus consulere, & ita ut canonum deberemus tempore. Cum verò in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec beatum David imitentur, qui dicit [Lanabo & per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.] & illud ^f [Cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam.] nec eos tenuis, vel lectionibus vacare videamus; possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & animæ suæ iniurica securitate permanerent, credentes, quod sic eis, nõ acta penitentia digna, dimiserit Deus, quomodo faceretores induluisse videntur. Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicentes, quod dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in veteri testamento scriptum est: quia vno peccante, contra omnes ira Dei defœuit.

1 ¶ Si quis. Hinc vsq; ad versic. Ecce, sunt ex cap. 23. concilij Arasici, quod videtur citatum fuisse ab Hormidæ, siue alio quisquis fuerit huius capitis auctor. Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.

2 ¶ Sancto Spiritu. Apud Anselmum legitur, à sancto Ioanne Papa transmissos, & cccxvii, episcoporum sententias, quod videtur conuenire cum his, quæ paulo

a Arasicum cap. 23. & Ansel. 5. cap. 4. Ramor. lib. 3. cap. 98. Ansel. lib. 1. cap. 87. b 3. cap. miror. c al. pro exemplo & remedio. Ansel. d al. prana. e Psal. 6. f Psal. 101. g Num. 16.

inferius habentur, Maior est in illis misericordia, quam in sancto Ioanne Apostolico Papa?

C. XXX. ¶ Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire.

Item Hieronymus a.

¶ Vicumque dignitatem divini gradus non custodiunt, contenti sicut animam saluare. Reverti enim in pristinum gradum post lapsum difficile est.

¶ Simile quiddam priori parvi lapsus habetur in Can. 27. Basilij ad Amphilochium, & in Can. 26. synodi in Trullo.

C. XXXI. ¶ Lapsus post penitentiam altario tantum ministrare.

Item Basilius l.

¶ Vi* sub gradu ceciderit post penitentiam, contentus fiat baptizare, & communionem infirmis dare, & altario tantummodo ministrare.

¶ Basilius.] *Ino* citat ex dictis Augustini. Habetur nominatim ad hanc rem faciens in epistola Basilij ad Amphilochium Can. 27. Sed propius etiam ad hanc sententiam accedit Can. 14. concilij Areliaensis primi, & canon novus concilij Neocesariensis (qui habetur §. 15. quest. d. cap. qui admittit.) precipue si hic legatur, quemadmodum in plerisque Gratiani codicibus, & communionem infirmis dare, non autem sacrificare, & altario ministrare. Similem quandam sententiam refert ex novella Leonis Balsamon ad canonem. 21. synodi in Trullo.

C. XXXII. ¶ De sacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idola tibiificant.

Item ex concilio Ancyran, cap. 1. & sequentibus.

¶ Resbyteros, qui immolauerunt, & postea certam iterum inierunt, si ex fide lucati sunt, & non ex compocto ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerunt; hos placuit honorem quidem sedis propriae retinere, offerre autem illis, & sermone ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi non liceat. ¶ Diaconi similiter, qui immolauerunt, postea vero iterum relucati sunt, alia quidem honorem habere oportet; cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem, nec calicem offerant, nec Evangelium pronuncient; nisi forte aliqui episcoporum consensu sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adinere. Penes ipsos ergo erit de his potestas. ¶ Qui autem fugientes comprehensi sunt, vel a Domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinere tormenta, aut in custodiam trahi proclamauerunt se Christianos esse, & eousque adstricti sunt, ut manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificijs admoerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem sumere cogerentur, consistentes in se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni deiectione, & habitu, & humilitate vitæ, hos velut extra delictum constitutos, à communionis gratia non prohiberi decernimus. ¶ Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter amplioem cautelan, vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. ¶ Hoc autem similiter de clericis, & de laicis obseruari conuenit. ¶ Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinem promoueri. ¶ Placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccauerunt, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium prouchi.

a. al. ex dictis Hieronymi. b. Polyc. libro 4. cap. 39. Burch. lib. 19. cap. 78. Ino p. 15. cap. 91. c. post lapsum.] desunt ferè in omnibus exemplis. * Burch. lib. 19. c. 80. Ino part. 1. cap. 19. d. a suo gradu. e. Burch. lib. 5. cap. 40. & 41. Ino part. 2. cap. 49. & 50. Polyc. lib. 6. tit. 22. cap. 2. f. illum.] Prisca versio. c. 3. g. Concil. Nicænum 1. c. 11.

¶ De his autem, qui negauerunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiusmodi (quod factum est sub tyrannide Licinij) placuit sanctæ synodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis benevolentiam commodari.

1. ¶ Si ex fide.] Hic verba concilij sunt in compenditè redacta: omnino autem verso Dionysij, quam attulerunt Burchardus & Ino, propius accedit ad verba Græcia. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex versionibus, quas Gratianus videtur secutus.

2. ¶ Nec Evangelium pronuncient.] In versione antiquiore est, nec pronuncient, in aliquam Burchardus attulit, vel prædicatio, Græcè, κηγορευ: quod proprie significat Evangelium, & fidei doctrinam prædicare.

Sed illud Hormisdæ Papa desideriosus, & negligentes, non verè penitentes reparari prohibet. ¶ Illud autem Hieronymi fatetur hoc esse difficile, non impossibile. ¶ Basilius autem circa delinquentes rigorem iustitiæ seruandum ostendit, quem circa penitentes alij relaxandum misericorditer affirmant. ¶ Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates. Quorum enim crimina manifesta sunt, ante vel post ordinationem, à sacris ordinibus deicio: di sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactio ferè in secundum sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt.

C. XXXIII. ¶ Non potest restitui in sacerdotem, cuius crimen fuerit manifestum.

Vnde Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ Sacerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, & b criminis manifestus, siue ostensus fuerit actus, sacerdos non possunt habere honorem, secundum canonicam institutionis auctoritatem.

C. XXXIII. ¶ Qui valeant reparari post lapsum, vel non.

Item Rabanus Archiepiscopus scribit ad Heribaldum, lib. 1. Pæn. cap. 1.

¶ De c his verò visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, antes vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus contentur. In quibus, ut mihi videretur, hæc distantia esse debet, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publicè in periuurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta, à proprio gradu decedant: quia scandalum est populo Dei tales personas supra se positas habere, & quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde retrahuntur homines à sacrificio Dei (sicut è quondam, Heli filius necantibus, fecisse leguntur) & rebelles hinc, atque contrarij existentes, eorum prauis exemplis quotidie peiores sunt. Qui autem de prædictis peccatis absconditè à se admissis, per occultam confessionem coram oculis Dei, præsentè etiam sacerdote, qui eis indicurus est penitentiam, confitentur, & semetiplos grauiter deliquisse queruntur, si se per ieiunia, & elemosinas, vigiliisque, & sacras orationes purgare certauerint, his etiam gradu seruatò, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

1. ¶ Si se per ieiunia.] Sic etiam in manuscriptis, & apud Itonem, & Pannormiam. In originali autem legitur, si veraciter penituerint, & se per ieiunia, itemque Burchardus, qui cap. hoc citat ex concilio Ilerdensi.

4 pars De lapsis etiam in hæresim hoc conseruandus est, ut ante sententiam concilij nullus eis communiuicet.

a. Raba. p. c. 1. In celsis concilij Formacienfis, a. Vide Itonem p. 10. c. 180. Pann. l. 3. c. 136. b. al. aut. c. Burch. l. 19. p. 8. c. 400. Pann. l. 1. c. 152. d. al. superpositas. e. 1. Reg. 2. f. al. Angelis.

C. XXXV. ¶ *A communione abstineant, qui lapsi ante restitutionem commun-
nicant.*

Vnde Cyprianus Papa Antoniano ait inter
cetera, lib. 4. epist. 2.

De eo autem d, quod statuendum esset circa cau-
sam lapsorum, distuli, vt eam quies, & tranquillitas
data esset, & episcopis in vnum conuenire indulgen-
tia diuina permetteret, tunc communicato, & librato
de omnium collatione consilio, statueremus, quid fieri
oporteret. Si quis verò ante consilium nostrum, & ante
sententiam de omnium consilio statutam, lapsus teme-
re communicare voluisset, ipse à communicatione ab-
stineret.

2 pars. Quod verò supra de homicidis statutum legi-
tur, intelligendum est, quando facultas effugiendi datur,
nec necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum, cum neces-
sitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium
admisissent, purgati per penitentiam, & officio, & com-
munioni reddantur.

C. XXXVI. ¶ *Post duorum annorum pœ-
nitentiam, officio, & communioni restituantur
clerici, qui in obsidionis positus necessita-
tes, sanguinem suderunt.*

Vnde in concilio Herdensi, cap. 1. legitur.

De his clericis, qui in obsidionis necessitate positi
suerint, id statutum est, vt qui altario ministrant,
& Christi corpus & sanguinem tradunt, vel vasa sacro
officio deputata contrahant, ab omni humano sanguine,
etiam hostili se abstineant. Quòd si in hoc incide-
rint, duobus annis tam officio, quam communionem cor-
poris Domini priuentur, ita vt his duobus annis, vigi-
liis, ieiuniis, orationibus, & elemosynis pro virgibus,
quas Dominus donauerit, expientur: & ita demum offi-
cio, vel cõmunioni reddantur: ea tamen ratione, ne vl-
terius ad officia potiora prouehantur. Quòd si in defi-
nito tempore negligentiores circa salutem suam exte-
rint, protelandæ ipsius penitentia tempus in pote-
state maneat sacerdotis.

Casu quoq, si clericus homicidium fecerit, in proprio gra-
du ex dispensatione remanere permittitur.

C. XXXVII. ¶ *Qui casu homicidium facit,
ex dispensatione in ordine suo permanet.*

Vnde Urbanus II scribit Guernerio Narbonen. epist.

Clerico d iaciente lapidem, puer dicitur interem-
ptus: Nos pro amore tuo in suo ordine eum per-
manere permittimus, vt tamen semper in penitentia,
& timore permaneat.

C. XXXVIII. ¶ *De eodem.*

Item Stephanus V. Siciberto Corsice episcopo.

Quia te quasi obnoxium iudicas, eò quod à Sa-
racenis captus homines interfecisse videris, bene
facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosce-
ris, inde canonicè nullo modo iudicaris.

Si vero ira presbyter cõmotus aliquem interfecerit, est
animu occidendi nõ habuerit, perpetuo tamẽ depositus erit.

C. XXXIX. ¶ *Perpetuo careat officio pres-
byter, qui ira commotus, licet extra ani-
mum, aliquem interfecerit.*

Vnde Nicolaus Papa scribit Heraldo Chore-
piscopo 1. Quadrantino.

Studeat sanctitas tua persuadere episcopo tuo, si-
bi canonicum sociare numerum collegarum, id est,
sex ex vicinis provinciis fratres, & coepiscopos suos:
quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter in-
uestigate, & omni nisu scrutari procure, quatenus in-

a Anselmus lib. 8. cap. 28. b al. iamen. c Supra
eadem cap. clericum, & cap. de his clericis, & cap. miror.
d Pannorm. libro 3. cap. 154. e Pannorm. lib. 3. cap. 155.
Iuo, part. 10. cap. 24.

uenire valeatis, vt rum percussione iam nominati pres-
byteri, an crucis fractione idem diaconus, vt sentus,
extinctus est. Et siquidem à sepe facto presbytero non
ad mortem percussus est, sed ex equo cadens ceruice
fracta interiit, secundum arbitrium vestrum pro percus-
sione, incaute agenti presbytero penitentiam compe-
tentem indicite: & aliquanto tempore à Missarum so-
lenniis suspendat, denno post hæc ad sacerdotale redi-
turus officium. Quòd si veraciter qualicumq; percussio-
ne istius presbyteri, ille mortuus est diaconus, nulla
hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus:
quoniam est voluntatem occidendi non habuit, furor
tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera
prodiit, in omnibus, sed præcipue in Dei ministris mul-
tipliciter inhihentur, atq; vbiq; damnatur. Verum si
presbyter adeo vestro studio obnoxius a forte clarue-
rit, præcipimus, vt tale beneficium sibi ecclesiæ suæ con-
cedatur, quo & ipse, & sui sufficienter possint habere
suæ sustentationis solatium.

¶ *Chorepiscopo.] Antea legebatur, coepiscopo re-
mendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, vetustis Gra-
tiani exemplaribus, aptimeq, conuenit verbis Nicolai.*

C. XL. ¶ *De eodem. P A L E A.*

Item ex concilio Maticensi 1. c. 6.

Qui verò odij meditatione, vel propter cupidita-
tem, Iudæum, vel Paganum occiderit, quia ima-
ginem Dei, & spem futuræ conuersionis exterminat, &
quadraginta dies in pane, & aqua peniteat.

¶ *Maticensi.] Burchardus, & Iuo citant ex concilio
Moguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant, habetur.
Simile verò aliquid legitur in concilio Vormaciensi, c. 27.*

C. XLI. ¶ *De eodem. P A L E A.*

Si quis homicidium fecerit, si episcopus est, xv. an-
nos peniteat, & deponatur, cunctos quoq; dies vi-
tæ suæ peregrinando finiat, presbyter xij. annis pœni-
teat: tres ex his in pane, & aqua, & deponatur superi-
oris sententia. Diaconus x. annis peniteat, tres in pa-
ne, & aqua, & ad gradum cuiuslibet sacerdotij accede-
re non præsumat.

C. XLII. ¶ *Quinquennio à communione
abstineant, qui casu homicidium
faciunt.*

Item ex concilio Ancyrano. c. 22. & eor. verò. f.

Eos verò, qui non voluntate, sed casu homicidium
fecerint, prior quidem regula post septem annorum
penitentiam communioni sociantur, secundum gradus
constitutos, hæc verò humana h quinquentium tem-
pus tribuit.

¶ *Hæc verò.] Grecè est, ὁ ἵδ' ἄνθρωπος τῶν πεντε-
τῆσδε χρόνων ἀναγών, id est, Secunda verò quinquen-
tium tempus explebit. Atq; ita serui Burchardus, & Iuo ex
Dionysii versione. & J. ea. cap. Si quis voluntate.*

C. XLIII. ¶ *Quibus temporum spatium à com-
munionem abstineat, quæ voluntate, vel
casu ancillam suam in-
terfecerit.*

Item ex concilio Eliberitano. c. 5.

Si qua femina zeli furore accensa, flagellis verbe-
rauerit ancillam suam, ita vt infra tertium diem a-
nimam cum cruciatu effundat, eò quòd incertum sit,
voluntate, an casu occiderit, si voluntate, post septem
annos, si casu, post quinque annorum tempora (acta le-
gitima penitentia) ad communionem placuit admit-

a al. noxius.] Iuo. b Burch. l. 6. cap. 33. Iuo, part. 10.
cap. 162. c al. extincta. d Ansel. lib. 11. c. 35. e al.
quatuor. f Ex Prisca versione. g Ex Tribur. cap. 52.
Polye. lib. 6. tit. 10. Burch. lib. 6. c. 15. Iuo, p. 10. c. 25. & 144.
h al. humanior. i Es in concil. Formac. c. 39. k Rab.
pæn. c. 14. Burch. lib. 6. cap. 19. Anselm. lib. 11. cap. 36. Iuo,
part. 10. cap. 22. & 148.

ti. Quodd si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

C. XLIII. *¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt.*

Item ex capitulis Martini Bracarenfis episc. c. 78.

S quis voluntarie homicidium fecerit, ad ianuum ecclesie catholice semper subiaceat, & communionem in exitu vite sue recipiat. Si autem non voluntarie, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere penitentiam iussit, secundus canon quinq; mandauit.

C. XLV. *¶ De eodem.*

Item ff. tit. de furtis. L. Qui saccum.

Qui saccum habentem pecunia furripuerit, furti actione, etiam sacci nomine, tenetur, quamuis non sit ei animus sacci furripienti.

C. XLVI. *¶ De eodem.*

Contra animam, non opus puniri lib. 9. cod. sit.

ad leg. Cornel. de sicar. exemplo sacrarum literarum Diocletiani, & Maximianiani colligitur.

Eum, qui assenserat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis istu mortis occasio prabita videatur, si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspitione, quam ex admittente rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehendit, est, volumus liberari.

C. XLVII. P. A. E. A.

[Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cornel. de sicar. l. i.]

Fater vester rectius fecerit, si se praesidi provincie obtulerit. Qui si probauerit non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidij poena, secundum militare disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas occidendi intercedat. Caeterum ea, quae ex improviso, casu potius, quam fraude accidunt, quoque plerumq; non noxa imputantur.

C. XLVIII. *¶ De eodem.*

Hinc & Gelasius c. Papa.

Quam dicit iste Placidus d, anno praeterito dictum esse de vxore illius, quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. Quod si ita est, forte si caballos alienos tulerit, inde est culpabilis. Na de muliere, quae casu inter caballos confraeta est, ubi voluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest, nec debet adici perleges.

C. XLIX. *¶ De eodem.*

Item Nicolaus Papa.

His, qui arbores incidere videntur, si contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt, atq; innoxii, quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse, abiciendi sunt a gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

C. L. *¶ De eodem.*

Item ex concilio Yormaciensi, cap. 29.

Saepe contingit, dum quis operi necessario insitens arborem incidere, vel aliquis subitus ipsam veniens deprimitur. Et idecirco, si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicida, poenitentia debet omnino submitti. Quod si non vult, non incuria illius, non deniq; scientia contigit, sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrens sub arbore improvisus deuenit, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.

a Iuo, part. 10. cap. 39. b Pandect. lib. 47. tit. 2. leg. 79. c al. Pelagius. d al. Placidius. e Burehardus libro 6. cap. 32. Iuo, par. 10. cap. 150.

C. LI. *¶ De eodem.*

Item ex concilio Triburienfi, cap. 36. [Sed ibi copiosius.]

Si duo fratres in sylua arbores succiderint, & appropinquante calura ipsius arboris frater dixerit fratri, caue, & ille fugiens in pressuram arboris incidit, & mortuus fuerit, viuens frater innocens de sanguine Germani diiudicetur.

Praemissis auctoritatibus, lapsis permittitur, ut post poenitentiam in suis ordinibus reparari valeant: ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur, immo penitus prohibetur.

C. LII. *¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere.*

¶ De eodem.

Vnde in Ilerdensi concilio, cap. 5. legitur.

His, qui altario Dei deseruiunt, si subito in stenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, dignè poenituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflicti non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiae corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoueri. Quod si iterato veluti canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

¶ Quod si iterato. Hinc vsq; ad finem absunt in codicibus illis Gratiani, a quibus palea abesse solent. In alia autem hic praepositum est nomen paleae.

¶ Et veluti sues in volutabris luti iacuerint. Haec non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Colonienfis, & Parisiensis, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, noq; 7. 15. q. 8. e. hi qui. Sunt tamen apud Iuonem, & in editione Colon. iij. volum.

Sed exemplo B. Petri (qui postquam trine negationis maculas confessione diluit amoris, non solum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastoris officii totius ecclesiae a Christo insitui meruit) probatur lapsi post dignam poenitentiam non solum propria officia retinere, sed etiam ad maiora posse conscendere. Quod autem beatus Petrus post negationem pastor ecclesiae a Domino sit insitutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in Homilia e Dominica resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit dicens.

C. LIII. *¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum a Domino est insitutus.*

Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cum ecclesiae praefere disposuerat, ancillae vocem pertimescere, & seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiae, in sua culpa discederet, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaq; eum ostendit sibi, & tunc praeposuit caeteris, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

C. LIIII. *¶ Post negationem, in fide & gradu Petrus profecit.*

Item Ambrosius in Serm. 47. de fide Petri.

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse desituit; atq; ideo maiorem gratiam reperit, quae amissa. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogacionis tentatione nutrauerat, caeteros fidei stabilitate fundaret. Denique

a Burch. l. 6. c. 22. Iuo, p. 10. c. 151. b 15. q. 8. e. hi qui. Rabanus p. c. 1. Burch. lib. 19. c. 74. Iuo, p. 15. cap. 87. c Hom. 21. in Euang.

Pro soliditate deuotionis, ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus [Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam.] Petra enim dicitur eod quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius corporis b Christianitatis compagem, molemq; contineat.

6 pars Item obicitur, penitentes c ad sacros ordines promoueri non debent: non ergo lapsi post penitentiam ad maiora pertinere possunt.

C. LV. ¶ Non ordinetur clericus ex penitentibus.

Unde in concilio Carthaginensi III. cap. 68. & 69. legitur.

Ex d penitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, ordinetur a clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab Episcopo suo ordinandi duntaxat potestate priuetur. Simili sententia subiacebit Episcopus: si sciens ordinauerit clericum eum, qui uiduam, aut repudiatam, uxorem habuit, aut secundam.

¶ Ipse ab. In originali legitur, ipse ab Episcopo suo ordinandi duntaxat potestate priuetur. al. ipse Episcopus sui ordinandi duntaxat potestate priuetur.

C. LVI. ¶ Bigamus, penitens, uideam ritus, sacre militie se ingrens, sine spe promotionis in suo ordine permaneat.

Item Siricius Papa Himerio Episcopo, epist. 1. c. 15.

Quicumq; penitens, quicumq; bigamus, quicumq; uidua maritus, ad sacram militiam indebitè, & incompetenter irreperit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni lpe promotionis, in hoc, quo inuenitur, ordine perpetua stabilitate permaneat.

C. LVII. ¶ Non prohibeatur a clero, qui pressus languore per communionem penitentia benedictionem accepit.

Item ex concilio Gerundensi, cap. 9.

Si f vero, qui a graditudinis languore depressus penitentia benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem accepit, & postmodum reconalescens caput penitentia in ecclesia publice non subderit, si prohibitis vitis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

C. LVIII. ¶ Qui ad penitentiam agendam in monasterio retrahitur, presbyter non ordinetur.

Item Hormisdas Papa omnibus Episcopis per uniuersas prouincias constituta.

Si g ille, qui vltio petit penitentiam, quamuis eam ordinari, ita ut etiam si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur penitentiam accepisse, deiciatur: ille ergo qui inuitus ad penitentiam agendam mittitur in monasterium, (qui vtiq; nihil aliud, quam penitens diebus est) qua conscientia ad sacerdotium venire permittitur? Nemo mihi alia que libet contra auctoritatem sedis Apostolicæ, vel 318. Episcoporum, vel reliquorum canonum constituta, obiciat. quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus spiritum sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non so-

a Matt. 16. b operu Christiani. c al. solenniter penitentes. d Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. 7. c. 20. & 23. Bur. l. 2. c. 35. Ino p. 6. c. 136. & p. 15. c. 5. Pannor. l. 3. c. 60. & 69. e Ansel. 7. c. 17. 20. & 21. f 1. vero. Manuscr. & orig. g 5. cap. ex penitentibus, Poly. lib. 2. tit. 31. Ansel. lib. 7. cap. 22. & lib. 11. cap. 87.

lum temerariu, sed etiam periculosa esse no dubito.

C. LIX. ¶ Bigamus, vel qui libet post penitentiam sacris non applicet ministeriis.

Item Gelasius vrbis Romæ Episc. omnibus Episcopis per Lucaniam, etc. c. 5.

Non a confidat quisquam pontificum bigamos b, aut coniuga fortiter ab aliis derelicta, siue quolibet post penitentiam, vel sine literis, vel corpore uotiatos, vel conditionarios, aut curia, publicorumq; rerum nexibus implicatos, aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos, diuinis seruituros applicare ministeriis c.

C. LX. ¶ Penitentes nec etiam clerici fieri possunt.

Item Innocentius Agapito, & ceteris, epist. 6.

Anones d apud Nicæam constituti, penitentes etiam ab infimis officis clericorum excludunt.

Hoc non de quolibet penitentibus intelligitur, sed de illis tantum, qui post aeternam penitentiam secularis militie cingulum accipiunt. De quibus Innocentius Episcopus scribit Victorio Roëdomagensi Episcopo, epist. 2. c. 2.

C. LXI. ¶ Non debet fieri clericus, qui post remissionem peccatorum, militia cingulum habuit.

Si e quis, post remissionem peccatorum, cingulum militie secularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debet.

Potest & aliter intelligi, Est quædam penitentia, qua solennis appellatur, que semel tantum in ecclesia conceditur: de qua Ambrosius ait, [Sicut unum est baptisma, ita unica est penitentia.] Item [Non est secundus locus penitentia.] Merito reprehenduntur i, qui sepius agendam penitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent penitentiam, iterandum postea non putarè.

¶ Reprehenduntur j. Legebatur, reperitur. Lamentatum est hoc originali: quod tamen fieri non potuit, j. c. reperitur, de penit. dist. 3. quia vox, reperitur, ibi est initium capitis.

C. LXII. ¶ De eodem.

Item Augustinus ad Macedoniam, epist. 54.

Quamuis h cautè, & salubriter prouidum sit, ut locus illi humillimè penitentiæ semel tantum in ecclesia concedatur, ne medicina i nimis vilis, vilis habeatur; tamen quotidie peccantibus nunquam per penitentiam venia negatur.

¶ Ne medicina. j. in aliquot veteris exemplaribus. Gratiani capit hoc est conuenienter super iocum quoniam D. Augustinus suo modo aptat. Apud illum quidam hoc loco ita legitur: Ne medicina vilis, minus vilis esset egrotisque tantò magis salubris est, quanè minus contempribilis fuerit: quis tamè audeat dicere Deo, quare huic homini, qui post primam penitentiam rursum se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parces? & c.

Hæc autem penitentia quomodo imponenda sit, in Athanensi concilio legitur, in quo sic statutum est, c. 15.

C. LXIII. ¶ Quomodo penitentes ad penitentiam accedant.

Penitentes k tempore quo penitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a sacerdote (sicut ubique constitutum est) consequantur. Si

a Anselmus libro 7. cap. 18. b al. fas esse bigamos. c al. ministeriis. d In concilio Nicæno, cap. 10. e Anselmus libro 7. cap. 17. f Libro 2. de penit. cap. 10. De pen. d. sim. 3. cap. reperitur. & cap. fin. Hug. libro de sacram. par. 14. cap. 4. g Ambrosius ibidem. h Infr. de pen. dist. 3. cap. quamuis. Magister. libro 4. dist. 14. cap. 3. Ino part. 15. cap. 24. i Capitulum libro 5. capite 58. & libro 7. cap. 310. k Burchardus libro 19. capite 27. Ino par. 15. cap. 17.

autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur: & nisi dignè poenitent, non recipiantur. Iuuenibus etiam poenitentia non facile committenda est, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

C. LXIII. ¶ Quia sint seruanda in solemnitate poenitentia. Item ex eodem.

IN a capite Quadragesimæ omnes poenitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt poenitentiam, ante fores ecclesie se representent Episcopo ciuitatis, facie induci, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu, & vultu protestantes. Ibi a deo debent decani, id est, archiepiscopi parochiarum, & presbyteri poenitentium, qui eorum conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpa poenitentiam per præfatos b gradus iniungere. Post hæc eos in ecclesiam introducant c, & cum omnino clero septem poenitentiales psalmos in terra prostratus Episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet: tunc resurgens oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris suspiriis denuntiet eis quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiiciuntur: post hæc iubeat ministris, vt eos extraianus ecclesie expellant: clerus verò prosequatur eos cum responsorio [In sudore vultus tui respiceis panem tuum, &c.] vt videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non parvipendant poenitentiam. In sacra autem Domini cenarunt ab eorum decanis, & eorum presbyteris ecclesie liminibus representantur.

1 ¶ Ex eodem.] Ex Anastasio episcopo in libro suo, de poenitentia publice non iteranda. In vno tamen manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Poenitentia Romano. Sententia vero huius capituli magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano a pag. 24. vsq. ad 30.

2 ¶ Et presbyteri.] Apud Burchardum legitur, id est, presbyteri.

¶ Hanc poenitentiam nulli vnquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiusmodi poenitentes ad clerum admitti prohibentur.

C. LXV. ¶ Clericis non imponatur manus, tanquam poenitentibus. Vnde in Carthaginensi concilio V. cap. II. statutum est.

CONFIRMANDUM e est f, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri: non eis manus tanquam poenitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque vnquam permitteatur, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

C. LXVI. ¶ Nec clericis poenitentiam agere, nec poenitenti ad clericatum accedere permittitur.

Vnde in Carthaginensi concilio V. cap. II. statutum est.

ILLUD g quoque nos par fuit prouidere, vt sicut poenitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post poenitentiam, ac reconciliationem nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum

a Burch. lib. 19. c. 26. Iuo. p. 15. c. 45. b al. prefixos. c al. introducat. d Gen. 3. e al. Confirmatum. f Orig. Burch. 19. c. 72. Iuo. p. 15. c. 25. Capitul. 5. c. 66. g Anf. l. 7. c. 20. Burch. 19. c. 49. Iuo. p. 6. c. 54. & p. 15. cap. 65.

instrumeta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

C. LXVII. ¶ Presbyteris, & diaconis tanquam poenitentibus non debent manus imponi.

Item Leo Papa Romano Narbonensi, episcopo. 90. a cap. 2.

ALIENUM b est a consuetudine ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant: poenitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: [Sacerdos i si peccauerit, quis orabit pro eo?] Vnde huiusmodi lapsi ad promerendum misericordiam Dei priuata est expenda secessio: vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

1 ¶ Sacerdos.] Vulgo sapè indicatur in margine locus iste ex 1. Reg. 2. vt de poenitentia, dist. 1. c. si sacerdos, cum tamen in eo scriptura loco in vulgata legitur, si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verum B. usiam Gregorius ad illum locum in moralis interpretatione, talè sententiam elicit, Quis ei intercessor remaneat, cum ille se transgrediendo præcipit, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

2 ¶ Secessio.] Sic emendatum est ex antiquis codicibus, & epistola ipsa, & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manuscriptis glossis constat: idcirco & in ea emendandum. Antea legebatur, est expenda successio.

Probantur etiam auctoritate Toletani concilij I. huiusmodi poenitentes ad clerum non admittendi: in quos, capite 2. sic statutum est.

C. LXVIII. ¶ Causa necessitatis ad clerum poenitentes admittantur.

PLACUIT c, vt poenitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut vsus exegerit, & tunc inter ostiarios deputetur, vel inter lectores, ita vt euangelia, aut epistolam d non legant. ¶ Si qui autem antè ordinati sunt diaconi, inter subdiaconos habeantur, ita vt manum non imponant, nec sacra contingant. Eum verò poenitentem e dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis publicam poenitentiam gerens, sub cilicio f diuino fuerit reconciliatus altario.

7 pars Apostata quoque ad clericatus officium admitti non debent.

C. LXIX. ¶ Ad clericatus officium non admittantur apostata.

Vnde in concilio Arclateni II. cap. 25.

HIG, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæcularem h redunt conuersatione, & postmodum poenitentia remedia non requirunt, siue poenitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post poenitentiam sæcularem habitum accipere non præsumat. Quod si præsumperit, ab ecclesia alienus habeatur.

DISTINCTIO LI.

ECCE, quod criminosis, vel non verè poenitentes, vel publicani poenitentiam ageres, a sacris prohibentur ordinibus. Adiciunt quoque sancta mater ecclesia, vt curiales, aut post baptismum militantes, aut in foro decertantes a sacris prohibentur ordinibus.

a al. 92. b Polyc. lib. 4. tit. 39. Burchardus libro 19. cap. 71. Iuo. par. 6. cap. 67. c In cap. Martini Brac. c. 23. Polyc. lib. 2. tit. 31. Burchardus libro 2. cap. 37. Anselmus libro 7. cap. 31. Iuo. par. 6. cap. 138. Pannor. libro 3. cap. 61. d al. Apostolum. e Ex poenitentem. f in cap. Martini Brach. f al. concilio. g Rab. poenit. cap. 33. Burchardus libro 19. cap. 67. Iuo. par. 15. cap. 81. h sæculum redent. orig.

C. I. ¶ Post baptismum militantes, vel in
foro decertantes, a sacris prohibentur
ordinibus.

Vnde ait Innocentius Papa Episcopis in Toleta-
na synodo constitutus, epist. 24. c. 2.

Aliquantos ex his, qui post acceptam baptismi gra-
tiam in forensi exercitatione versati sunt, & obti-
nendi pertinaciam susceperunt, acitos ad sacerdotiū
esse comperimus, e quorum numero Rufinus, & Grego-
rius perhibentur: aliquantos ex militia, qui cum pote-
statibus obediunt, sœua b necessario præcepta sunt
executi: aliquantos ex curialibus, qui dum parente pote-
statibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos
qui voluptates, & editiones populo celebrant, ad ho-
norem summi sacerdotij peruenisse, quorum omnium
neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorū
oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda man-
deamus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensis
prouincis, quibus mederi cupimus de studio emen-
dationis inducemus: idcirco remittenda potius hæc pu-
tamus. Sed ne deinceps familia committantur dilectio-
nis vestrae maculitas prouidere debet, ut tantæ vsur-
pationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo vi-
delicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint,
cum ordinatoribus suis deponantur.

C. II. ¶ De quibus laicis aliqui ad clericum
non possunt peruenire.

Idem Felici Episcopo Nucerianno, epist. 4. c. 7.

Designata c sunt genera laicorū, de quibus ad cleri-
catum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis
militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postula-
uerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autē
manifesta ratio est, quoniam etsi inueniantur huiusmo-
di viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sæpius
a curia d reperuntur, cauendum ab his est propter tri-
bulationem, quæ sæpè de his ecclesiæ prouenit.

C. III. ¶ Non admittantur curiales ad cle-
ricale officium.

Idem Victorio Episcopo Rothomagensi,
epist. 2. cap. 11.

Praterea c frequenter quidam ex fratribus nostris,
curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occu-
patos, clericos facere contendunt, quibus postea maior
tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore
præcipitur, quam gratia nascitur de accito f. ¶ Constat
enim eos in ipsas muneribus g etiam voluptates exhibere,
quas à diabolo inuentas esse non dubiū est, & ludo-
rum, & mimorum apparatus, aut præesse, aut for-
sitam interesse. Sit certè in exemplū sollicitudo, et tri-
stitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore præ-
sente, cum pro his sæpius rogaemus, quam ipse nobiscum
positus cognouisti: quibus i non solum inferiores
clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio consti-
tuti ingens molestia, ut redderentur, instabat.

C. IIII. ¶ Non promoueat ad diacona-
tum, qui post baptismum ad fidelem
necandum accinctus
fuerit.

Item ex concilio Toletano I. cap. 8.

Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem
sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles i, e-
tiam si graua non admiserit, si ad clerum admissus fue-
rit, diaconi non accipiat dignitatem.

i ¶ Ad necandos fideles.] Verba hæc non sunt in co-
dice Lucensi Regio.

a Quantos enim.] origin. c. per interrogationem.
b seuera.] origin. c. Polyb. libro 2. tit. 31. Anselmus li-
bro 7. cap. 10. Iuo. par. 6. cap. 95. d al. ad curiam.
e Iuo. par. 6. cap. 249. f al. adscitis. g al. munis.
h al. remunerationem. i al. ex quibus.] orig.

C. V. ¶ A quibus debet esse immunitas, qui
in episcopum ordinatur.

Item ex concilio Toletano III. cap. 18.

Qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamia no-
ta aspersi sunt, qui scelera aliqua per publica præ-
nuntiam te admisisse confessi sunt, qui in hæresim la-
psi sunt, vel qui in hæresim baptizati, aut rebaptizati esse
noscentur, qui semetipsos abiderunt, aut naturali de-
fectu membrorum, aut decisione, aliquid minus habe-
re noscentur, qui secundæ uxoris coniunctionem forti-
ti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui
viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corrupta-
rum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias
habuerunt, qui seruili conditioni obnoxii sunt, qui i-
gnoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari ma-
litia dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui
in seipsum iteratum sunt, qui nondū ad triginta annos per-
uenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt,
qui ambitu honorem querunt, qui muneribus honore
obtinere moliantur, qui à decessoribus in sacerdotium
eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem
nec clericus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel au-
thoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdo-
tum assensus non exquirunt. Quicumque ergo deinceps
ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ prædi-
cta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fue-
rit, & examinatus, probabili vita, & doctrina exriterit,
tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum
omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis
comprouincialibus episcopis, aut certè à tribus, in sa-
cerdotem die Dominica consecrabitur, conuenientibus
cæteris, qui absentes sunt, literis suis, & magis auctori-
tate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus.
Episcopus autem comprouincialis ibi consecratus est,
ubi metropolitano elegerit. Metropolitanus autē nõ
nisi in ciuitate metropoli, a comprouincialibus ibidem
conuenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra præ-
dicta verita canonum, ad gradum sacerdotij indignus
aspirare contenderit, eum ordinatoribus suis adepti ho-
noris periculo subiacet.

1 ¶ Aut decisione aliquid.] Addita hæc sunt ex con-
cilio olim Colonia, ac Lutetia in presbis. In nouissima verò
Coloniensi editione, legitur, vel decisione, pro vel dese-
ctione.

2 ¶ Aut fornicarias.] In codice Lucensi Regio legitur,
ad fornicationes: quod videtur intelligendum de concu-
binis ad tempus adhibitis, vt s. distinc. 34. c. 19. qui est an-
notatum.

DISTINCTIO LII.

Quivèro prætermisissis aliquibus gradibus non su-
perbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit,
tamdiu à maioribus absineat, quousq; congruo
tempore prætermisissos accipiat.

C. I. ¶ De eo, qui subdiaconatus ordine post-
posito, diaconus & presbyter est ordinatus.
Vnde Alexander II scribit Grimaldo b Constan-
tiniensi episcopo.

Sollicitudo d dilectionis tuæ studuit consulere, vtrū
Sportatoristarum literarum, diaconatus, & presby-
teratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id
præpostero c cursu, subdiaconatus ordine postposito,
negligentia potius, quam superbia cognoscatur ascen-
disse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus,
vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo
quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministe-
rium sibi ritè imponas, & sic deinceps ad maiora officia
eum redire concedas.

a al. a. b al. Rainaldo. al. Rumaldo. c al. Constantiensi.
d Inop. 6. c. 406. e al. præpostero.

In libro peruenso est epistola eiusdem Alexandri ad Gernasium Rheuensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rymaldo Constantiensis Episcopo se dedisse narrat.

DISTINCTIO LIII.

Curiales autem, ut scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia sequentes, dum ab ecclesiis repeiuntur, plurima incomoda ecclesie consequuntur: vel quia iidem curiales non voto religionis, sed ut officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.

C. I. Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur.

Vnde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11. episcopis Sicilie, de lege Maurisii Augusti.

Legem b, quam piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi, qui militie, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causam suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestra studii fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans, quod hi, qui seculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesie prepropere suscipiendi non sunt: quia dum in ecclesiastico habitu non distimuliter, quam vixerant, viuunt nequaquam student seculum fugere, sed mutare. Quod si etiam tales quoque; monasterium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a ratiociniis c publicis absoluti fuerint. Si qui vero ex militibus viris in monasteriis conuerti festinant, non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita facit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo habitu per triennium probari, & tunc monasticum habitum Deo auctore suscipere.

Viris. In aliquot reuisis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur, numeris, ut significantur milites in breuiculo, seu matricula descripti.

DISTINCTIO LIIII.

Serui autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur.

C. I. Seruus ad clericatus officium non promoueat.

Vnde Leo Episcopus scribit epist. 1. omnibus Episcopis per Campaniam, &c.

Nullus Episcoporum d seruum alterius ad clericatus officium promouere presumat, nisi forte eorum petio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eo vindicet potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui dominie militie est aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

Nullus. Caput hoc videtur confectum ex titulo, qui in codice canonum preponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsi decreti, in qua exceptio eorum, que prius statui, continetur: prior autem pars, que hic descripta habetur, ead. c. admittuntur.

C. II. De seruiti conditione nullus ad sacros ordines deueniat.

Item ex concilio Tribariensi.

Nulli e seruiti conditione ad sacros ordines promouentur, nisi prius a propriis dominis legitimam libertatem conuantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur, & si nullus contradixerit, rite consecrabitur. Porro seruus non canonicè consecratus, postquam de gradu ceciderit, eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a dist. 51. de signata. b Ino p. 10. c. 124. c al. actio. nibus. Jorig. d Poly. l. 2. tit. 11. Anst. l. 7. c. 28. Burch. l. 2. c. 22. in fin. Ino p. 6. c. 64. e Polyc. ibid. Burch. l. 2. c. 21. Ino par. 6. cap. 41. lannorm. lib. 3. cap. 48.

Concilio Tribariensi. Huius capituli in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quam verba, que aliqua ex parte videntur conuenire cum iis, que scribuntur lib. 1. Capitul. c. 88. de ordinatione seruorum. vers. & quam docunque.

C. III. P A L E A.

[Ex concilio Carthaginiensi primo, cap. 8.]

Magnus a episcopus Astigensis dixit, quid dilectioni vestre videretur, procuratores, actores & ex cutores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: si post deposita vniuersa, & red dita ratiocinia, a deus vite ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore numerari. Si enim ante libertatem negotiationum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt, recte omnia statuti sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra ista quoque, sententia.

Carthaginiensi. In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Iuone, decretal. in c. vii. de oblig. ad ratioc.

Ecclesia infamatur. Sic emendatum est ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur, ab ecclesia infirmetur.

C. IIII. Post donum libertatis famuli ecclesia reuocentur in clerum.

Item ex concilio Toletano I. cap. 11.

Vi b ex familiis ecclesie seruituri deuoantur in clerum ab episcopis suis, necesse est, ut libertatis percipiant donum: & si honeste vite claruerint meritis, tunc deum maioribus fungantur officiis. Quos vero flagitij fordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet in catenam.

Qui autem ordinandi, a dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum obsequio inueniantur obnoxij.

C. V. Ad clericatum suscipiuntur qui nullo obsequio retento, a dominis suis libertatem percipiunt.

Vnde in concilio Toletano III. c. 72. legitur.

Vicunq; d libertatem a dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retentet, isti si sine crimine sunt, ad clericatus ordinem liberi suscipiantur, quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio, manumissi sunt, pro eo, quod adhuc patroni seruitute tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi, ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis serui.

C. VI. P A L E A.

[Ex concilio Toletano I, cap. 82.]

De seruatorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouentur, qui placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere presumat, nisi prius a dominis propriis libertatem consecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut h per literas, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretum est, ut deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero autus, vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse si-

a Ext. de oblig. ad ratioc. non ordin. ca. magnus Burch. l. 2. c. 36. Ino p. 6. c. 37. b Ino p. 6. c. 373. c al. famulus. d Poly. l. 2. tit. 11. Burch. l. 2. c. 25. Ino p. 6. c. 116. Pann. l. 3. c. 46. e crimine capitali. Jorig. Capit. l. 1. c. 88. f Ext. de seru. non ordi. c. 2. Burch. l. 2. c. 11. Ino p. 6. c. 132. Pann. l. 3. c. 163. g indistincte promouebantur. capitul. h aut latitans. capitul.

lius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotum a sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquirerit, an-
citurum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si vero eum catena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat, qui iuxta sacros canones, vilis persona manes sacerdotij dignitate fungi non potest.

I ¶ Toletano.] Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia vero à versic. si quilibet seruus. citatur ex lib. 1. Capitulariū, vbi integrum extat hoc caput, atq; etiam caput post hoc, secundum. De rebus vero illorum.

C. VII. ¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus.

Item ex concilio Martini Papæ [id est, ex cap. Martini Episcopi Brauarensis, c. 46.]

SI quis obligatus est tributo seruilis, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probata vitæ fuerit, & patroni consensu accesserit.

C. VIII. P A L E A.

[Ex concilio Toletano 4, capitulo 2.]

DE rebus vero illorum, vel peculiari d, qui à propriis dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum consistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere. ¶ vo luerint.

I ¶ Toletano] Hac palca in capitularibus habetur coniuncte cum palca antecedente. De seruorum sed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.

Ceterum si à Domino suis libertatem consecuti nō fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint, presbyter peculi amissione mulceatur, diaconus vero, aut vicarius pro se præ adit, aut in seruitutem renocabitur: ceteri vero gradus non possunt quæquam à nexu seruitutis absolueri.

C. IX. ¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculi amissione mulceatur.

Vnde Gelasius scribit Martino s, & Iusto Episcopis.

EX g antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias seruituti, cingulo caelestis militiæ non præcingi. Sed nescio vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa h nullus penæ Episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus puretur consistutum. ¶ Actores i siquidem illustres viri filij nostri Amandi grauer conquetuntur homine suo iuri delictos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, si non solum post modernum concilium (quod tantorum collectione k Pontificum sub omni saluberrimæ provisionis assensu constat esse perfectū) huiuscemodi persona suscipi non deberent: verum etiam si qui forte in diuina cultu militiæ antè fuerint ignorantia facientes, suscepti eliminati profus, & exuri religioso priuilegio ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint ammonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu

a ignorauerit. i capitul. b Ex conc. Tolet. l. cap. 10. c Burch. l. 2. c. 23. Iuo. p. 6. c. 38. d al. peculi. e vindicare. i capitul. f al. Martyris. g Sensus in epist. ad episcopos per Lucaniam, & c. 16. Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. lib. 7. c. 29. h al. culpa. i Iuo. p. 6. c. 353. Pannor. l. 3. c. 164. k al. collatione.

peculij sui à missione multatus maneat. Diaconus vero aut vicarium præstet, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua vero officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate, si conuincitur, vindicari, quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratiō turbentur.

C. X. ¶ Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat.

Idem Herculento, Stephano, & Iusto Episcopis.

REQUENS b equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter directæ cogitantes, obnoxias possessionibus, obligatasq; personas venientes ad clericalis officij cingulum non refutant. ¶ Nuper enim adores illustri femina Placida, petitorij oblationis honorem vsq; produxisse, eiusq; fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos, qui extremæ conditionis reputantur obiectu, cognitione vobis nostra auctoritate deputamus, vt omni veritate discussa, si reuera obiectam sibi maculā, iusta refragationis non poterint ratione diluere, Leontium clericū, quæ gradus præfinitus legibus non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi iubeatis, Antiochum vero, quia propter sacerdotij reconciliari f nō potest, si in sua ecclesia in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non vltimum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum.

I ¶ Reddi iubeatis.] In plerisq; veteris exemplaribus Gratiani, Anselmo, Iuone, & Polyuorpo legitur, redhibere: sed ob glossam non est mutatum.

C. XI. ¶ De eodem.

Idem Rufino, & Aprilio episcopis.

VIS g aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantæ altitæ transire commissum? Actores hancem nra noxia illustris, & magnificæ femine Maxime petitorij nobis insinuatione conquesti sunt, Syuestrum, atq; Candidum originarios suos contra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præuente à Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tanta præuentionis excessus noueritis sagacius inquirendos, & si confiterit querelam veritate succurrere, continuo, qui contradictione præuente non legitime sunt creati, à sacris officiis repellantur.

C. XII. ¶ Nec ad religiosam vitam propositum, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur.

Idem episcopis per Lucaniam, etc. epist. l. c. 16.

GENERALI h etiam querela vitæ ad præfumpcio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, & originarios, dominorum iura, possessionumq; fugientes, sub religiose conuersationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conuenientibus quoque præiudicibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus sit amouenda perniciosa, ne per Christiani nominis instituta, aut aliena perurdi, aut publica videatur disciplina subuerti: præcipue

a al. si sola. b Poly. lib. 7. c. 17. c. 100. c al. possessores. d Iuo. p. 6. c. 354. Pann. l. 3. c. 165. e al. Cassilianus. f al. tolli. g s. dist. 10. c. 11. In sin. novel. consil. 123. circa fin. Denyddit p. 4. Iuo. p. 6. c. 104. & p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150. h Poly. l. 4. tit. 34. Ansel. lib. 7. cap. 196. Iuo. par. 6. cap. 100.

cum nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione sustinere conueniat dignitatem; cogaturque pro statu militantis sibi, conditione; iurgari, aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, qui quis a Episcopo, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasterij præesse noluunt, huiusmodi personas apud se tenentes, non restitue das paronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruitutis, vel religiosis congregationibus puerat rint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sibi scriptura testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas periculum se proprii honoris non ambigat, conuentionisq; subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. Magnis quippe studiis, secundum B. Apostolum præcauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *idem 2.* Nihil perire credimus ecclesiasticis utilitatibus, si, quæ sunt aliena, reddantur.

¶ *¶ Possessionumq;] Emendatum sic est ex decreto Gelasij, cum antea legeretur, possessionemq;. Nam originarij non solum dominis, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. I. quem admodum, & l. originarios, lib. 11. Cod. tit. de agricol. Ac propterea s, in c. frequens, non est mutata vox, possessionibus, quamuis in plerisq; uersus codicibus uogatur, possessoribus.*

2. ¶ *Idem.] Hæc non sunt inuenta apud Gelasium, neque apud ceteros collectores habentur.*

3. ¶ *Idem.] Hoc tunc obseruandum est, cum dominus ex seruis eiusdem professionis inueniuntur. Ceterum si Iudæus mancipium Christianum emerit, iudicis, uel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduc.*

C. XVII. ¶ *Ad libertatem perducantur mancipia Christiana a Iudæis comparata.*

Vnde Gregorius Libertino præfeto Sicilia, lib. 2. epist. 37. seu cap. 76.

Mancipia Christiana, quæcumq; Iudæum comparasse patuerit, ad libertatem iuxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite, ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluat.

C. XVIII. ¶ *Officia publica Iudæis non sunt committenda*

Item ex concilio Toletano III. c. 4.

Nulla officia publica Iudæis coniungantur, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis poenam inferre. Si qui uero Christiani ab eis Iudaismi ritu sunt maculati, uel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa scribit Fortunato Neapolitano episcopo lib. 5. epist. 31. seu cap. 11.

C. XV. ¶ *In libertatem vendentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt.*

Fraternitatem uestram de his oportet esse sollicitam. Et si de Iudæorum seruitio, non solum Iudæus, sed etiam quisquam paganorum fieri uoluerit Christianus, postquam uoluntas eius fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio, uel argumento, cuiuspiam Iudæorum uenundandi facultas sit; sed is, qui ad Christianam conuerti fidem desiderat, defensione uestra in libertatem modis omnibus vindicetur. Hi uero, quos huiusmodi oportet seruos amittere, ne forsitan utilitates suas irrationabiliter æstimet impediri, sollicita uos hæc conuenit consideratione seruare; ut si paganis, quos mercimonij causa de externis sibi finibus emerint, intra

a. Iuo. p. 16. c. 47. b. al. scriptionis. c. 1. ad Tim. 6. 2. Pet. 2. d. C. ne Iudæus Christianum mancipium & nulla. e. al. Iudæus opus est agere. f. Iuan. diac. lib. 4. num. 47. g. Polyc. lib. 7. tit. 4. h. al. extraneis.

tres menses, dum emptor, cui uenditi fuerint, non inuenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit; & uelle se fieri dixerint Christianos, uel etiam extra ecclesiam hanc talem uoluntatem prodiderint; pretium eorum a Christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post præfinitos tres menses uenundari uoluerint, sed ad libertatem uelle suum edixerit, & fieri uoluerit Christianus, nec aliquis eum postmodum emerit, nec dominus qualibet occasione specie audeat uenundare, sed ad libertatem proculdubio præmia perducatur, quia hunc non ad uendendum, sed ad seruendum sibi dicitur comparasse.

C. XVI. P A L E A.

[Idem Ianuario Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.]

Si quislibet Iudæorum seruus ad uenerabilia loca conuenerit causa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium sustinere: sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine ullo Christianorum pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

¶ *¶ Christianorum.] Ioannes Diaconus in uita S. Gregorij, lib. 4. num. 46. referens hanc epistolam, & Iuo. p. 13. cap. 102. habent hanc uocem: quæ tamen abest à uerbis epistolarij S. Gregorij tam impressis, quam manuscriptis, qui sunt collati.*

C. XVII. P A L E A.

[Item ex concilio Toletano XII. cap. 9.]

Et si Iudæorum serui necdum adhuc conuersi, ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

C. XVIII. P A L E A.

[Item ex concilio Matisconensi I. c. 16.]

Præfenti concilio, Deo auctore, sancimus, ut nullum Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, similiter faciat, quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in uinculis tenere. Quod si acquirere his quæ statuimus, quicumq; Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutum uenire distulerit, liceat mancipium ipsum eum Christianis, ubicumq; uoluerit, habitare.

¶ *¶ Præfenti.] Caput hoc eodem modo refertur à Burcardo, & Luone: in concilio tamen ipsa paulo aliter habetur, & nonnulla desunt.*

C. XIX. ¶ *De eodem.*

Item ex concilio Aurelianensi I. cap. 10.

Si seruus, absente, uel nesciente domino, Episcopo tamen sciente, quod seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, Episcopus eum domino duplici satisfactione cõpenset. Si uero episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerit ordinari, simili rehibitioni teneantur obnoxij.

C. XX. ¶ *De eodem.*

Item Constitutio noua.

Si in seruus sciente, & non contradicente domino, in clerico fuerit ordinatus, ex hoc ipso, quod constitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorante domi-

a. Cui uendi debeat. orig. b. al. dixerit. c. emere. orig. Io. diac. l. 4. c. 46. d. intelligitur. orig. e. al. reseruisse. f. Iuo. p. 13. c. 102. g. Burch. l. 4. c. 86. Iuo. p. 1. c. 280. h. Viti. orig. i. Burch. l. 4. c. 88. Iuo. p. 1. c. 282. k. al. mancipio ipsi. l. Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 24. Iuo. par. 6. c. 125. m. Iustitia. de sanctis. episcopis. si seruus. & in Authen. si seruus. de episc. & cler. ubi tenent de monachis & hinc autem.

no, licet ei intra spatium vnius anni, & seruillem fortunam probare, & seruum suum accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, et adit iugum seruitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis enim ordo liberat a fortuna seruili, vel adscripticia, sed non a curiali, siue officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & ius patrie potestatis soluit episcopalis dignitas. Adscriptitios vero in ipsis possessionibus clericos etiam praeter voluntate do minorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impostam sibi agriculturam adimpleant.

¶ Extat hoc capitulum ad verbum in epitomis nouellarum Constitutionum ab Inverno descriptis, quae post codicem pontifici solent, itemque in nouella 123, cap. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem quae addita erant in titulo, Leo Imperator omnibus Episcopis, videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Leo Papa omnibus Episcopis, epist. 1. c. 1.

Admittuntur et passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij (tanquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. Et 7. Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestrae prouinciae abfinciant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam d ab aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis.

4 pars De seruis monasterij queritur, an ecclesiasticis officijs possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi a proprijs Episcopis libertatem consequantur. Porro seruis monasterij libertatem consequi non valet: no ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octauae synodi, in qua sic statutum legitur.

¶ Non valet. In primo Vaticano post haec verba sequitur: qui enim sunt monasterij, in nullius ius transire possunt. Vnde nec abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. Caput autem, quod nunc a Gratiano citatur, alibi reperitur non est, quam apud Isidorum Hispalensem in reg. monach. c. de famul. vita.

C. XXII. ¶ Monasterij seruum abbati, vel monacho non licet liberum facere.

Abbati et, vel monacho monasterij seruum non licet liberum facere. Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienae dare non potest. Nam sicut etiam seculi leges sanxerunt, no potest possessio alienari, nisi a proprio domino.

Hac auctoritate prohibentur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequijs monasterij: sed non prohibentur nancisci libertatem promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus, monasterij obsequijs perpetuo deservire: ac sic seruis monasterij libertatem adipisci, & sacris officijs associari valet. Vnde in alio capitulo praefatae constitutionis hac causa redditur. [Iniustum est enim, vt monachis rurale opus facientibus, serui eorum otio torpeant, ac delicijs affluant.]

¶ Iniustum. Intra 17. quae. 4. in venditionibus, vbi in istum hoc ipsum citatur ex concilio Aathensi, vbi etiam extat, cap. 56.

a Tit. de sanctis episcopis sed & quidem. Authent. epistolis, de epist. & clericis, eod. Authent. sed epistolis eo. b Auth. adscriptitios eod. c Anf. l. 7. c. 25. Bar. l. 2. c. 22. luo p. 6. c. 64. d & ab alijs, qui aut originab. aut alicui. orig. e Isidorus Hispal. in reg. monach. c. de fam. vita.

Quod autem serui ecclesiarum (quo nomine etiam monasterij seruos significari intelligimus) ad sacra religiois propositum debeant assumi, auctoritate Gregorij probatur, qui in generali synodo residens dixit.

C. XXIII. ¶ Si conuersationis probatus fuerit famulus ecclesiae, potest ordinari.

Mltos de ecclesiastica familia, seu saeculari militia nouimus ad seruitutem Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant familiaris in monasterijs conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium occasione praebemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus, illi inuenimur negare quaedam, qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute, vel saecularis militiae, ad Dei seruitium conuerti desiderat; probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conuersatio, bono desiderio illius testimonium seruit, absque vlla retractione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur; vt a seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiore subire appetit seruitutem: Si autem & in monastico habitu, secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus, post praefatae sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium prouehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quae in testamento veteri morte mulctantur.

Ecce quomodo serui ad clericatum assumi valeant, vel quomodo non admittantur. Liberi quoque, non sunt promouendi ad clerum, nisi ab obsequijs sui patroni fuerint absoluti.

C. XXIII. ¶ Absque patroni assensu liberi non promouantur ad clerum.

Vnde in concilio Eliberitano, cap. 80.

Prohibendum est vt liberi, quorum patroni in saeculo fuerint, ad clerum non prouehantur.

C DISTINCTIO LV. Orpore vero vitiosi similiter a sacris officijs prohibentur.

C. I. ¶ Qui de monasterialibus discipulis ad clericale munus accedit, & de laicis: antea eius vita examinatur.

Vnde Gelasius Papa episcopis per Lucaniam, & Brutios constituitis, epist. 1. c. 2. & 3. scribit dicens.

Priceps igitur pro sui reuerentia manentibus conditis (quae vbi nulla vel recurrent, vel temporu perturget angustia, regulariter conuenit custodiri) et ceteris ecclesijs, quae vel cunctis sunt priuatae ministris, vel sufficientibus vique adeo despoliatae seruitijs, vt plebis ad se pertinentibus diuina munera supplere no valeant, tam in statuendi, quam promouendi clericalis obsequij sic spatia dispensanda concedimus: Vt si quis monasterialibus disciplinis eruditus ad clericale munus accedit; etiam de laicis antea eius vita requiratur. ¶ Ne & se aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sordidatus, vel corpore vitiat, vel seruilis, vel originariae conditionis, vel curiae, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica poenitentia notatus, vel nulla cogruentis temporis expectatione discussus.

¶ Harenus ecclesijs. Resistantes est hic locus ex epistola Gelasij, & Iuone.

a al. praesidens. b Ex decretis P. Gregorij in extremo 12. lib. regestis, & aliqua ex parte l. 4. epist. 44. Ioan. Diac. l. 2. c. 16. In conc. Tribur. cap. 29. Anf. l. 7. c. 184. Polyc. l. 6. tit. 16. c. al. ex. d luo p. 3. c. 142. & 143. Polyc. 2. tit. 31. Anf. l. 7. c. 47. e l. ibid. c. 37. dist. 77. si quis.

¶ Monach.

2. ¶ *Monasterialibus.* *¶* *Idem de in d. i. v. videntur. Graecum verba mutata, & in correspondum redacta. in egra. an. tem reformatur. id est. 77. c. si quis. & ibi legenda.*

C. II. ¶ *Anno a suspensione subiacet, qui propter causam formam aliquam ordinat.*

Item ex concilio Arelatensi III. cap. 3.

Nullus parviterentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritus in praedictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum instituta contineant; tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat: necesse fuit, ut nunc severiore regula sibi velint Domini facerotes imponere. Et deo, quicunq; ab hac die contra ea que superius sunt comprehensa, clericum ordinare presumpserit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere a non presumat. Quam rem si quis observare noluerit, & contra constitutum fratrum faciens, Missas celebrare presumpserit: ecclesie comunione priuetur, & ab omnium fratrum comunione b noverit se alienum: quia dignum est, ut seueritatis ecclesiasticae discipline sentiat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta observare contemnit.

1. ¶ *Beclesie communiōe priuetur.]* *Hac verba nō sicut in ipso concilio, & videntur idem significare; a sequentia sunt tamen in resultis quoque Gratiani codicibus.*

C. III. ¶ *Non ordinentur poenitentes, vel illiterati.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipso habito. c. 3. [Paulo tamen eliser.]

Poenitentes, & vel inscij literarum, aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, sacrum suum ipse dissoluet.

Corpore autem vitiati intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscisi.

C. IIII. ¶ *Qui semetipsum absciderit, non ordinetur.*

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 22. & 23. legitur.

Si quis abscidit semetipsum [id est, si quis amputavit sibi virilia] non fiat clericus: quia sui est hominida, & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur: quia sui est homicida.

C. V. ¶ *Non producantur ad clerum, qui semetipsos abscidunt.*

Item ex concilio Arelatensi II. c. 7.

His, qui se, carnali vitio repugnare nescientes, abscidunt, ad clerum peruenire non possunt.

C. VI. ¶ *Non est ordinandus, qui partem digiti volens sibi abscidit.*

Item Innocentius scribit Felici Nuciano episcopo, epist. 4. cap. 1.

Qui parte cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones precipiunt & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abieci. ¶ In illis enim voluntas est iudicata, quae sibi ausa fuit ferrum iniicere: in istis vero casus veniam meruit.

1. ¶ *Iniicere.]* *In originali sequitur, quod scilicet & alij id facere dubitari non possit, in istis, &c.*

a. al. celebrare. b. al. charitate. c. Anselm. l. 7. c. 16. d. Ex Prosa versione. e. ista est glossa in veteri versione. c. 23. f. Si quis. orig. g. In concil. Tribur. c. 33. Polyc. c. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 14. luo p. 6. c. 58. Anselm. libro 7. cap. 35. Pannorm. lib. 4. cap. 43. h. al. vindicata.

Similiter vero intelligendum est de iis, qui per languorem a medicis stantur, aut a barbaris absciduntur, aut a domino castrantur.

C. VII. ¶ *Qui per languorem a medicis desecratur, ad clerum valet admitti.*

Vnde in Nicano concilio, cap. 1. legitur.

Si quis a medicis propter languorem desectus est, & aut a barbaris excisus, hic in clero permanet. Si quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectat, audentq; semetipsos abscindere, dictum sit: sic eos, quos aut barbari, aut domini castrauerunt, si inveniuntur aliis & dignissimi, tales ad clerum suscipiat regula.

1. ¶ *Et deinceps.]* *Hic verbis nihil respondet in Greco vulgato codice: sed optime apud Basilianem, quem admodum & in Carthaginensi 6. in capitulo Nicanae synodi a Teitone, & Thearsi, so versis.*

C. VIII. ¶ *Licet ordinetur episcopus, qui per hominum insidias eunuchizatur.*

Item ex canone Apostolorum xxj.

Eunuchus, si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione, eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, fiat episcopus.

1. ¶ *Per insidias.]* *id est, ex insultu, & iniuria.*

2. ¶ *Episcopus.]* *In Graecis exemplaribus non habetur v. x. i. s. a. & videtur subintelligi, κληρικος.*

C. IX. ¶ *Non excludantur a clero, qui a medicis, vel arbitris, vel a dominis suis castrantur.*

Item ex Martino Brachareo episcopo in Capitulo synod. Graec. c. 21.

Si quis pro egritudine naturalia a medicis secta habuerit, similiter & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos cano admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis, & abstinentie, sed per abscissionem plasmata a Deo corporis existimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerit promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.

C. X. ¶ *Non prohibetur a sacris ordinibus, qui a medicorum incisione claudus efficitur.*

Item ex concilio Herdensi.

Si quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non negamus.

C. XI. ¶ *Non prohibetur a clero, qui digiti sibi casu abscidit.*

Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

Letor presentium Flavius scilicet clericus ad sanctam sedem Apostolicam veniens detulit a te nobis directam epistolam, qua indagare studuisti, eum a Normanis nuperrime captum sinistra manus digitum habere abscisum: testificans, si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoueri, an non. Quod & nos repientes, quia solertia tua magis super hoc sollicita a sede Apostolica doceri flagitat, norma iustitiae semper sequi exoptans, studium tuae sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes, quonia si ita est,

a. In Tribur ibid. Anselm. l. 7. Polyc. ibid. b. id est, eunuchus. c. admodum. d. luo p. 6. c. 374. Pannorm. l. 3. c. 56. e. Concordat Triburien. c. 33. Burch. l. 2. c. 15. luo p. 6. c. 34. Pannorm. lib. 3. c. 42. f. luo p. 6. c. 118. Pannorm. lib. 3. c. 42. g. al. Flavianus.

quod à Normanis digitum ipsum habeat abscissum, ad promouendum (si aliàs dignus fuerit) nil ei nocet: eo quod quid de his, qui à dominis, vel medicis, siue à paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

C. XII. ¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non admittitur.

Item Gelasius Papa Palladius episcopo.

Præcepta a canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore nõ patiuntur venire; ita & si quis in b eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit fauciat, amittere non potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit. ¶ Stephanus c siquidem presbyter petitorius nobis desleuit oblato, qd' habetur f in subditis. Olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterij dignitatem, quam re vera immaculati corporis iudicio d suscepisset; sed nuper propter prouinciam vastitatem (quam Thuficia præ omnibus Barbarorum feritas diuersa sectantium, & ambiguitas inuenit animorum) dum imminentes gladios euadere suæ præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, interiores partes corporis inseruisse suggestit, que vix adhibita curatione biennio potius fuisse abstergi e. Et ideo frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemq; restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut confuevit, exerceat. Neq; enim conuenit ob hoc auferri antè susceptum ordinem, in quo postmodum in iualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

I ¶ Quod habetur J Sic est emendatum ex Anselmo, & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc est vsitata forma in epistolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur: quod haberet.

2 pars Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amisit, licet desit voluntas; tamen sacerdotium adipisci non potest.

C. XIII. ¶ Non sunt præstanda inra sacerdotij, cui oculus eruitus est.

Vnde Gelasius f scribit Rufino episcopo.

S I g Euangelica admonitio iracundiam nec vsq; ad verbum furentem proflire permittit, ne si Rachæ fratri suo quæ dixerit, sic gehenna ignis: quali putamus pœna plebendum esse, qui nõ solum pugno impie percussit in leuitici hominem officij ministerio seruientem, sed quasi non sufficeret ad eadem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuisse non solum percuteret, sed etiam erueret oculum fratris? Et quamuis huiusmodi excessus grauiori esset pœna plebendus; bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamen sollicitudinis tue sit, vt locum ei penitentia constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communiõne concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam h illi, cui eruitus est oculus, non possunt secundam canones sacerdotij iura concedi. Neq; enim aliquid ei prodest, quod oculum inuitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisset credendus est, nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis inuenimus; sed hoc tantummodo ad prohibitionem sufficisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotij officium adipisci non possit. Sed nec illi vilareus quasi in compensationem innoxie sacratus ordo cõcedi poterit, qui ad tantam facinoræ proprium potuit iracundiam

a Ansel. lib. 7. c. 39. luo p. 6. c. 107. Pan. lib. 3. c. 55. Polyc. lib. 2. tit. 31. b in eo actu. c luo. d al. iudicio. e al. abstringi. f al. Pelagius. g Polyc. ibidem. Ansel. lib. 11. cap. 69. Matth. 5. b luo par. 6. cap. 111.

prouocare, vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

DISTINCTIO LVI.

1 Resbyterorum etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.

C. I. ¶ Filij presbyterorum à sacris prohibentur officijs.

Vnde Urbanus Papa I. ait.

Presbyterorum a filios à sacris altaris ministerijs remouemus; nisi aut in cœnobijs, aut in canonijs b religiose probati fuerint conuerfari.

2 pars Sed hoc intelligendum est de illis, qui paterna incontinentia imitatores fuerint. Verum si morum honestus eos commendabiles fecerit, exemplis, & auctoritatibus non solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.

C. II. P A L E A.

[Vnde Damasus Papa scribit.]

O Sius c Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciola. Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluenij d episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Complures etiam alij inueniuntur e, qui de sacerdotibus nati Apostolica sedi præfuerunt.

In aliqua vetulo Gratiani codice adscribitur hic nomen Paleæ. In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur continet cum verbis superioribus Gratiani, a versic. Felix enim tertius, vsq; ad finem. In alio autem satis etiã emendato ista eadem coherent cum superioribus: sed post illa verba, ex patre Gordiano presbytero originem duxit, vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciola, Agapitus filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. Nec verò magno perẽ mirandum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante ipsos, qui hæc enumerauerunt. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso exceptus est scribitur: ideoq; licet ab alijs multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Iuo quidem eadem ferẽ illa refert ex Gestis Romanorum Pontificum: Omnino partem aliquam huius capituli, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedente capite, & capite penultimo huius distinctionis. Auctor verò Paleæ, dum vnũ per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in receptione Felicis III. & illud de Osio temerè adiuuauit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.

C. III. ¶ Vitia parentum filijs non imputantur.

Hinc Augustinus ait lib. de bono coniug. c. 16.

V Ndecunque f homines nascantur, si parentum vitia non secentur, & Deum rectè colant, honesti,

a In concilio Claramontensi, cap. 25. & Melphensi, & in concilio Innoc. II. cap. 19. Sententia est in concil. Lateranen. sub Alex. III. par. 19. cap. 2. Ex decretis Greg. VII. & Urbani II. b al. canonicis, al. canonicis regularibus. c Ansel. lib. 6. cap. 150. luo p. 6. cap. 410. Pann. lib. 3. c. 51. In pontificali. d al. Hormisdæ. e luo in prologo. Pan. norm. in prologo, cap. 30. & lib. 3. cap. 52. f Sent. 4. distinct. 33. 32. q. 4. sicut h. vnde cunq; in fin. luo in prologo, & par. 6. c. 415. Pannor. in prologo, cap. 29.

& salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumq; homine, Dei creatura est; & eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filij adulterorum, nulla est defensus adulterij, sic mali filij coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

C. IIII. ¶ De eodem.

Item Ioannes Chrysostronus homilia tertia in Mattheum.

Nunquam de vitis erubescamus parentum, sed vnum illud queramus, & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim, etiam si alienigena quis habeat matrem, etiam si fornicatione polluta, vel quolibet eiusmodi dedecore fordidata, nihil tamen de eius aut vilitate suscipitur, aut crimine polluetur. quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretricis natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecorat opprobriis. Item infra. ¶ Non est omnino, nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudandus aliquis; aut culpandus; nemo inde vere aut obsecutus aut clarus est: immo etiam (si quiddam a communi opinione abhorrens dicendum est) nescio quomodo ille magis respicietur, qui ex parentibus a virtutibus prius alienus, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

¶ Queramus. ¶ In versus, que nunc vulgata est, loquimur, atq; omnibus studiis assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. Græcè integer locus ita habet. πῶς δὲ οὗτος ἐκ τῶν ἀδελφῶν γεννηθῆναι ἐπιτρέψεται, καὶ ἐκ τῶν ἀδελφῶν γεννηθῆναι ἐπιτρέψεται.

¶ Si quiddam a communi. ¶ Sic est emendatum ex graeco. ἐκ τῶν ἀδελφῶν γεννηθῆναι ἐπιτρέψεται. Antea logebatur, quem admodum scribitur in vulgata versione, & apud Iuonem, vt consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

C. V. ¶ Non parentum, sed propria culpa quemq; condemnat.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

Nasci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quæ fouet, non semen, quod in sulcis iacitur, non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed, verbi gratia, fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina, sic in generatione hominum recipit terra id, quod est, quod suum est, receptum consouet, consotum corporat, corporatum in membra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemq; est corporis creator, & animæ. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmavit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vitro virginis edificauit sibi domum. Iephte inter viros sanctos Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi, Esau de Rebecca, & Isaac genitus, hispidus vulua, quam corpore, quasi bonum triticum in lolium, aenasaque de generat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascitur causa virtutum est, atque virtutum.

C. VI. ¶ Iniquitates parentum filius obesse non possunt.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22. c. 64.

Sponsus Gille, qui vocaturus erat ad nuptias bonus & malos, suis congruens inuitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quod exemplo discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse.

a adulteriorum, Iorig. ad illa verba, Indus autem genuit, &c. Sent. ibidem. b Iuo p. 6. c. 414. c Iuo, p. 6. c. 413. d Eccl. 33. e 1. Cor. 1. f 2. Iud. 11. g Matth. 22.

¶ Apud B. Augustinum lib. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur, Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discedere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam natus voluit de bonis & malis. Et ex his compositum est hoc caput.

C. VII. ¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deicit gradu.

Item Gregorius ad Columbum episcopum Numidiae, lib. 10. epist. 8.

Satis peruersum, & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustra pro quorundam voluntatibus quis priuetur, quæ sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deicit.

C. VIII. ¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus a sacerdotio non prohibentur.

Item Hieronymus.

Dominus noster Iesus Christus voluit, non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis comissionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicumque modo nascamur, dum tamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra esse dei sumus. Et sicut ille verus est Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus, ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque literatus, & vir vnius vxoris, nequaquam a sacerdotio repellitur. Iudas enim Patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo concubitu nati sunt Phares, & Zaran: inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth, in te quoque Booz dicitur, inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi; qui verus sacerdos est, ideoque filij eius sumus, quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

¶ Inde Obeth. ¶ In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.

C. IX. ¶ A populo Dei non separatur aliquem materna conditio, sed propria culpa.

Item Augustinus de vnica baptismo contra Donatistas, lib. 1. cap. 15.

Ismæel, vt separaretur a populo Dei, non obfuit matris ancilla, sed obfuit fraterna discordia, nec profuit potestas vxoris; cuius magis filius erat, quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

¶ ps. Contra Bonifacium martyrem scribens Echeldobaldo Regi Anglorum.

C. X. ¶ Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur.

Si gens Anglorum (sicut per illas provincias diuisarum est, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipsis paganis improprium est) spretis legibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis sædam vitam duxerit, de tali comissionem meretricum ælimandum est degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissimè nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam; sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Prævinciæ, & Burgundiorum populis contigit, quæ sic a Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex omnipotens talium criminum vltices

a Anst. l. 6. ca. 149. Poly. l. 2. ti. 31. Bur. l. 2. c. 31. b As. tamen. c Gen. 38. d Ruth. 4. e Iuo p. 8. c. 62. Pann. l. 6. c. 47. f Iuo p. 8. c. 224. g al. vindex.

195 De Sacerdotibus ex ægritudine. 57. ex monachali habitu assumptis. 58. Episcopus Ecclesie disciplinis imbutus esse oportere. 59. pœnas per ignorantem legem Dei, id est, per Saracenos venire, & seuire permittit.

I Per ignorantem. In epistola B. Bonifacii martyris, (qua vna cum multis alijs extat manuscripta in codice scope memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fieri etiam luo.

C. XI. ¶ Si religiosi inuenti fuerint filij sacerdotum, ordinentur.

Unde Urbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.

Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est capitis distinctio) & præponitur sequenti capiti, apostolica.

Nisi aut in cœnobii, aut in canonici & religiosi præbati fuerint conuertari.

C. XII. ¶ De eodem.

Item Alexander II.

Apostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si cū, qui ab ecclesia electus est, altero digniore esse, canonicamque eius electionem probaueritis, sulti nostra auctoritate conferetis. Nam, pro eo quod filius sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conueniant, non reiciimus, sed suffragantibus meritis conueniendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filiis sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesie introductionem videtur: & quod ex dispensatione introducit, ad consequentiam regula trahi non poterit.

C. XIII. ¶ Filij sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cæteræ virtutes in eis inueniantur.

Unde Urbanus Papa II. scribit Bartholomæo Taron. archiepiscopo.

Coenomanensem electum pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conueniant, non reiciimus, sed, suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesie periculo cõsultur.

Cum ergo, ex sacerdotibus nati, in summos Pontifices supra legitur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione, sed de legitimis coniugis nati: quæ sacerdotibus ante prohibitionem ubique licita erant, & in orientali ecclesia vsq; hodie esse licere probatur.

Quod autem vitium originis seminis imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententiæ [Adulteriorum filij abominatio sunt Domino.] sed sic ut supra dictum est de presbyterorum filiis: ita & hoc de filiis adulterorum intelligendum videtur, vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter & illud Urbanum intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionen. episcopo.

I Sacerdotibus ante. Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteri etiam licuisse vii coniugio, quod in ecclesia Grecorum & olim, & nunc permittum est. Id vero minus ita esse, superius initio distinxit, & adnotatum. De illis vero, quos antea narrari creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, ut legimus patres ipsorum vltimo saero ordine essent decorati, fuisse generatos.

C. XIII. ¶ De eodem.

Quia g simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificij videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouisse dignoscitur: h Nos

a alienam. b Supra ea, c. presbyterorum. c al. canonici. d Ansl. l. 6. c. 29. e Ansl. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 57. s. ca. Olin. f Sap. 3. sed paulo aliter. g Pann. l. 3. c. 54. h al. dicitur.

Decreti Prima Pars. 196

apostolice mansuetudinis gratia admonente, à cæteris, quæ sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui professionem, quam fratrum reuisionem, qui tecum sunt, immunitem te agnoscens, & vitam tuam religiosam audientes, ab huius peccati vinculo absolutum in suscipio sacerdotali officio confirmamus.

DISTINCTIO LVII.

Item, qui in ægritudine constitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

C. I. ¶ Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur.

Unde in Neocesariensi concilio, cap. 12. legitur.

Siquis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit.

Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia obseruatum: quemadmodum ex epistola Cornelij Pape de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Histore Eccles. lib. 6. c. 33. istuc spectantia, hæc sunt: Qui quidem, vbi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, vt iam ferme mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decubebat, aqua circumfusus baptismum accepit: & paulo post, cum de ipsius ordinatione agit, adiungit: Qui quidem episcopus, non solum ab vniuerso clero, sed etiam à multis laicis vetitus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi; magnopere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterij imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatum voluntate proprii Abbatis.

C. I. ¶ Monachus non ordinetur clericus, nisi voluntate abbatis episcopo fuerit oblatum.

Unde Gregorius scribit Mariam episcopo Rauenennati, lib. 7. epistola 18.

Nullus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producat, nisi quem abbas loci adnotatus propria voluntate obtulerit episcopo.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthaginensi, v. c. 12.

Siquis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterij constituere: episcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione se iunctus, suæ tantum plebis communionem contentus sit, & ille neq; clericus, neque præpositus perseueret.

I Repertum. Græcè legitur: καθ' ης δ' αὐτοῦ προνοίας, id est, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

2 Constituire. Antea sequebatur, sine licentia abbatis, & monachorum: quæ verba sunt expuncta, quia ab his à concilio Carthag. & Africano, & plerisque vetustis Gratiani codicibus.

DISTINCTIO LIX.

Item, qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & temporum approbatione discersi non sunt, ad summum sacerdotium non assident.

a Poly. l. 2. tit. 31. Burc. l. 4. ca. 42. Ino p. l. c. 227. & p. 6. c. 101. b al. & c. Paulo aliter. d & in Afric. cap. 47.

C. I.

C. I. ¶ Non aspires ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

Vnde ait Zozimus Papa ad Isechium Salonitanum episcopum, epist. 3.

¶ Vi a ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum b approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumat: & non solum in eo ambitio inefficax habeatur; verum etiam in ordinatores eius, vt careat eo ordine, quem sine ordine contra precepta Patrum crederent presumendum.

C. II. ¶ Ad sacerdotale officium, nullus, nisi per singulos gradus probatus accedat.

Idem in eadem epistola.

¶ Sacerdotalia officia principum locum, non vestibulum actionis ingreditur, sed per singulos c gradus examinationis, temporibus deferunt, quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in caelesti militia, qua propensius ponderanda est, & sicut aurum, repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam discere? Adfuecat in Domini castris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta seuitur, nec illi vile sit exorcismum, acolytum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterij fastigium talis accedat, vt & nomen aetas impleat, & meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Iure inde summi Pontificis locum sperare debet. Facit hoc nimia remissio sacerdotum vobrorum, qui pompam multitudinis quaerunt, & putant ex hac turba aliquid dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis, ubi solitudo est, tallum reperitur, dum spatiochias extendi cupiunt, aut quibus aliud praestare non possunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti se niper esse iudicij. Rarum est enim omne, quod magnum est.

¶ Idem. ¶ Caput hoc antea scribitur vrbano. Emendata est in scripto ex plerisque vrbano Gratiani exemplaribus, habetur enim in eadem epistola.

C. III. ¶ Cuiuslibet meriti laicus ad summum non aspires sacerdotium.

Item Gregorius lib. 7. reg. epist. 110.

¶ Hoc ad nos peruenisse non d. simili dignum delectatione compledimur, quod quidam desiderio honoris inlati, defunctis episcopis tonsurantur, & sicut repente ex laicis sacerdotes; atque inuerecunde religiosi propositi h ducatur arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod isti subiectis praestaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere magisterij locum non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines ecclesiasticis exercatur officis.

C. IIII. ¶ Non aspires ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

Item Celestinus episcopus Galliarum, epist. 2. c. 3.

¶ Ordinat² vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantam dignitatem fuerint instituti, contra Patrum decreta, huius usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautus est; debeat perueniri, vt mi-

noribus initiati officis ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit: omnis vitae institutio haec ad id, quod tendit, se ratione confirmat. Qui minime literis operam dedit, praceptor non potest esse literarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad metricum ordinem stipendij non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur.

DISTINCTIO LX.

¶ Cce, o sensum ex parte est, qui possit ad sacerdotij ordinem promoueri, & qui non. Nunc autem considerandum est, ex quibus ordinibus in archiepiscopo, vel propositum, vel episcopum, vel archiepiscopum, sint eligendi.

C. I. ¶ Archiepiscopus, vel decanus, aut archidiaconus non nisi diaconus, aut presbyter ordinetur.

De his ita statutum est ex concilio vrbano papae celebrato Aluernia.

¶ Nullus episcopus in ecclesia sua, nisi diaconus sit, archidiaconum instituire, nec archiepiscopus, aut decanum, nisi presbyteri sint, ordinare praesumat. Quod vt districtius teneatur, apostolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ In capitulis manuscryptis concilij Clarenontensis habiti ab vrbano II. (quae non sunt decreta ipsius concilij, sed summa quaedam ipsorum) in tertio hac leguntur, quae ad praesentem canonem faciunt: vt nullus fiat decanus in ecclesia, nisi presbyter; nullus archidiaconus, nisi leuita.

C. II. ¶ Nullus in propositum, vel archiepiscopus, nisi presbyter, nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in propositum, nullus in archiepiscopus, nullus in decanum, nisi presbyter: nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

¶ Et rubrica, & caput emendata sunt ex manuscryptis codicibus.

C. III. ¶ De eodem.

Item Innocentius secundus in concilio Romano, cap. 10.

¶ In nouam autem, & praecipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel propositi, qui infra ordines praenominatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore susceperint: prohibemus autem, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitae clarescant, praedicti concedantur honores.

¶ Horum vnum propter protacitatem quorundam statutum est, qui nomen propositurae adopti, officium contempnunt, nolentes fieri sacerdotes: alias enim inane esset, cum etiam in episcopum eligi possint in subdiaconatu constituti, iuxta illum vrbani I. papae.

¶ vrbani. ¶ In c. a. multis, extra de aetate & qualitate, tanquam decretum vrbani primi citatur: Apud luonem vero, & in Pannormia ex synodo Beneuentana, quae tempore visitoris tertij, cui vrbani secundus successit, habita fuit: Nam vrbani primus centum, plus minus annis Nicenam synodum antecessit.

C. IIII. ¶ Non eligatur in episcopum, nisi in sacris ordinibus constitutus.

¶ Nullus b in episcopum eligatur, nisi in sacris ordinibus religiosè viuens fuerit inuentus. Sacros autem

a Ansel. l. 6. c. 28. l. 10. part. 5. cap. 102. supra dist. 76. b temporis. orig. c. al. ordinatores eius careant. d. Ansel. l. 6. cap. 28. e. al. plurimos. orig. f. al. dum per parochias. g. Ansel. l. 6. c. 32. Poly. l. 2. tit. 1. h. al. propositi. i. Burch. l. 1. cap. 18. l. 10. p. 5. c. 72.

a Concordat Eugenius II. in conti. Rhemensis, cap. 6. Pann. l. 3. c. 140. b l. 10. p. 5. c. 72. Pann. l. 3. c. 5.

ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos siquidem solos a primitiua legitar habuisse ecclesia: subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus ministrant, oportunitate exigente concedimus, si tamen spectata sint religionis, & scientia. Quod ipsum non sine Romani Pontificis, vel metropolitani licentia b i se i permittimus.

Alterum vero, ut in episcopum, vel archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

¶ Licentia. Sic mutatum est ex dicto cap. a multis: Inone, & Pannormia, quamvis etiam in vetustis Gratiani codicibus legatur, scientia.

DISTINCTIO LXI.

¶ Item laici non sunt in episcopos eligendi: sed per singulos ordines prius sunt probandi.

C. I. ¶ Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi.

Unde Gregorius Brunichilde reginae Francorum, lib. 7. reg. epist. 13.

Sacerdotale officium vestris in partibus in tantum (sicut didicimus) ambitionem perductum est, ut sacerdotes subito, & graue nimis est, ex laicis ordinantur.

C. II. ¶ De eodem.

Item Hormida Papa episcopis per Hispaniam constitutis, epist. 3. c. 1.

¶ In sacerdotibus eligendis curam oportet esse perpicuam. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos praesse necesse est corrigendis. & infra. ¶ Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiae.

C. III. ¶ De eodem.

Idem eodem loco continetur.

¶ Non e negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi querunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosae conuersationis de se potius aliis praestare, quam sumere. Emendatiorem esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, ut luceat: & clericalibus obsequiis erudiendus inseruiat, ut ad venerandi gradus summam perductus, quis sit fructus humilitatis, ostendat. & infra. ¶ Nec tantum de laicis consecrari in hibemus, sed nec de penitentibus quidem quisquam ad huiusmodi gradum profanus temeratur aspiraret. Satis illi postulanti sit venia: qua conscientia absoluat rem, qui se peccata suo populo scit teste confessum? Quis enim quem paulo ante viuit iacentem, verneretur antistitem? Praefrens memorandi criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatem.

¶ In plerisque vetustis Gratiani codicibus caput hoc conuenit esse superioris: quemadmodum & in ipsa Hormidae epist.

C. IIII. ¶ De eodem.

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginensem episcopum, epist. 12.

¶ Miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit, eum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in vilo gradu obsecutus fuerit sacerdoti.

C. V. ¶ De eodem.

Item Leo episcopus ad episcopos Africae, epist. 85. al. 87. c. 1.

¶ Miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientum praesumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibus-

que, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastidium, & gubernatio ecclesiae crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim praesidentium, salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiae, ibi sana est forma doctrinae. ¶ Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit, ipse tamen iniustus est perniciosa exemplo. ¶ Difficile est, ut bono peragatur exitu, quae malo sunt inchoata principio. ¶ Quod si in quibuslibet ecclesiae gradibus prauidenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque praeposterum, quantum magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiae Domini status, & ordo nutabit, si, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per spiritum Dei missa praecipio? quae in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur; & proinde vnicuique nostrum dicitur [Manus dicit nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis.] Quid est citio manus imponere, nisi ante maturitatem etatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi tale effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? ¶ Sicut gerim boni operis sibi comparat fructum, qui reatu tenet in eligendo sacerdote iudicium; ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suae dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandum est honor ille legitimus, qui fuerit contra diuinam legis praecpta colatus. & infra. ¶ Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quantum omnis aetas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinae ecclesiasticae stipendia euenirisset: ut vnicuique testimonium prior vita praerberet, nec posset de eius prouectione dubitari; cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci primum deberetur. ¶ Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant; quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & caelestium dignitatum?

¶ Principatus. In plerisque manuscriptis Gratiani codicibus legitur, principatus, & caetera & infra. Quod si, &c. Id autem factum videtur, quia in fra. 1. q. 1. c. principatus citatur hic versibus, prout notatur in glossa, quae in illis etiam vetustis exemplaribus est, in quibus alia glossa non habentur.

¶ Quid est. Sic in ipsa manuscriptis legitur: Quid est citio manus imponere, &c. & infra: Sicut enim. & in margine citatur, infra dist. 78. c. qd est manus.

C. VI. ¶ Non sunt eligendi ad episcopatum, nisi quos probabilis iura commendat.

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

¶ Episcopum non oportet praeter iudicium metropolitano- rum, & finitimorum episcoporum constitui ad ecclesiae principatum. Nec elegantur, nisi hi, quos

a al. sacros. b al. scientia. c Ansel. l. 6. c. 77. Poly. l. 2. tit. 1. d Poly. ibid. Ansel. l. 6. c. 22. e Ansel. ibid. Poly. ibid. f al. miserandi. Jorig. g Poly. ibid. Ansel. l. 6. ca. 24. h l. 10 p. 5. c. 105.

a 1. quaestio 1. ca. principatus. Poly. ibid. Ansel. l. 6. c. 2. b al. ipso. c Ansel. l. 6. c. 35. d 1. Tim. 5. e Infra d. 78. quid est manus. f al. obedientiam. g Poly. ibid. h al. fecerunt. i de praerogatione collatorum. Jorig. k al. prouocatores. l Supra dist. 24. c. episcopi multo

I Cleri.] Hinc usque ad vers. Tunc. sunt addita ex
orig. & referuntur infra 63. cap. cleri.

C. XIII. P A L E A. ¶

In a ordinatione prapostiti illa semper consideretur
ratio, vt hic constituitur, quem sibi omnis concors
congregatio secundum timorem Dei, sine etiam pars
congregationis (quamuis parua) saniori consilio elegerit.
Vita autem merito & sapientia eligatur, qui ordi-
nandus est, etiam si vltimus fuerit in ordine congrega-
tionis. Quod si etiam omnis congregatio vitis suis (q
absit) consentientem personam pari consilio elegerit,
& vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius
dixcesim pertinet locus ipse, vel b ad alios vicinos prae-
positos, vel Christianos claruerint; prohibeant prauorum
praualere consensum, & donui Dei constituant
dignum dispensatorem.

I Palea.] Hec palea abest ab omnibus veteris exem-
plaribus Gratiani, quae sunt collata. Extat autem in regu-
la S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.

C. XV. ¶ De eodem.

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus
Neapolitanis l. 8. reg. epist. 40.

Studij vestri sit, etiam alium, qui apertus sit, prou-
dere, vt d si forte Petrus, quem a vobis electum as-
seritis, huic ordini non videatur idoneus; sit, in quem e
se vestra declinare possit electio. Nam graue cleri illius
erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fue-
rit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

C. XVI. ¶ De eodem.

Item Gregorius Barbaro episcopo, lib. xi. epist. 16.

Odirecta relatio patefecit. Quapropter visitationis
desertae ecclesiae fraternitati tuae operam solenniter
delegamus: Quam ira te conuenit exhibere, vt nihil de
prouentionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriis
que, vel quidquid est in patrimonio eiusdem, a quo qua
presumatur ecclesiae. Et ideo dilectio tua ad praedictam
ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus cle-
rum, plebemque eiusdem ecclesiae admonere festinet,
vt remotio studio, vno eodemque consensu talem sibi
praeficiendum expectant sacerdotem, qui & tanto mini-
sterio dignus valeat reperiri, & a venerandis canonibus
nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum
solennitate decreti, omnium subscriptionibus roborati,
& dilectionis tuae testimonio litterarum ad nos sa-
erandus occurrat. ¶ Commoneamus & etiam fraternita-
tem tuam, vt nullum de altera eligi permittas ecclesiae;
nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visita-
tionis impendit officium, nullus ad episcopatum dig-
nus (quod enenire non credimus) poruerit inueniri;
prouisurus ante omnia, ne ad hoc, cuiuslibet conuer-
sationis, vel meriti laicae personae aspirare praesumant;
ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in pericu-
lum ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autem
si qua sunt in ipsius constituta parochia, sub tua cura,
dispositioneque, quousque illic proprius fuerit ordina-
tus episcopus, esse concedimus.

I Ne ad hoc.] Similis clausula est etiam eodem lib.
proxima epistola 17. & lib. 2. in dict. 10. epist. 19. Bene nato
episcopo, & epist. 26. Ioanni episcopo Scyllaceno, & lib. 7.
in dict. 2. epist. 25. Fortunato episcopo Neapolitano. Ex qui-
bus locis, collatis veteribus codicibus harum epistolarum,
emendatus est hic locus, vt non multum discrepet ab anti-
qua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus
epistolarum S. Gregorii in epistola hic citata legitur, ne ad

a Ex regula S. Benedicti, c. 64. b vel abbatibus vel
Christianis vicinis claruerint. c Ans. l. 6. c. 13. d Vt
si forte huic ordini hic non videatur idoneus.] orig.
& quo. Jorig. f Io. diac. l. 3. c. 22. Deus dedit p. 1. An-
sel. l. 6. cap. 26. g Poly. ibid.

id cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicam perso-
nam aspirare permittas.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item Pelagius Papa Eucarpo Messanensi episcopo.

Catinenis ecclesiae visitationem tibi iniungimus,
cuius episcopum de hac luce transisse suscepra cle-
ri relatione didicimus. Impossibile enim est, vt nos in
provincia illa dataxat in Syracusanis partibus alij cui-
libet causis, quae ad Deum pertinent, committamus, nisi
forte talem per te Deus nunc in Catineni ecclesia eli-
gere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi,
vt a te labores istos paulu remouere possimus. Mox ergo
dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam
pergat, & hominem de clero, qui nec uxorem habeat,
nec filios, nec criminem aliquod canonibus inimicum, eli-
gi cum auxilio Dei compellat, atque suadeat: & statim
cum ad urbem Romanam cum decreto, & testifica-
tione relationis tuae transmittat.

C. XVIII. ¶ Qui in episcopum eligitur, non sit
neue criminis, quae sacra lex morte punit.

Item Gregorius Pastus episcopo, lib. 19. epist. 13.

Bene nouit fraternitas vestra, quam longo sic tem-
pore Aprutium b pastoralis sollicitudine destitu-
tum c: vbi diu quaesiuimus quis ordinari debuisset, &
nequaquam porulum inuenire. Sed quia Opportunus
mihii in moribus suis, in psalmodiae studio, in amore o-
rationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimo-
do agere dicitur: hoc volumus, vt fraternitas vestra ad
se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in
bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimina, quae per le-
gis sacra a regula morte mulctanda sunt, obuiant, tunc
hortandus est, vt vel monachus, vel a nobis subdiacon-
us fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placue-
rit, ipse ad pastorem eam debeat promoueri.

Cui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem
ecclesiae a quoquam praesumi patiarur.

C. XIX. ¶ Non patiarur a quoquam pra-
sumi de rebus ecclesiae cui eius fuerit
in iuncta visitatio.

Vnde Gregorius Gaudenzio episcopo, lib. 4. epist.
12. seu cap. 56.

Quonia d Festus Capuanus ecclesiae episcopus in Ro-
mana ciuitate postus de hac luce migravit, curae
nobis fuit (quae vniuersis ecclesiis a nobis impenditur)
ad fraternitatem tuam praesentia scripta dirigere, vt
memoratae ecclesiae visitator accedas: sic tamen, vt ni-
hil de prouentionibus c clericorum, reditu, ornatu, mi-
nisteriisque, vel quidquid praefati loci esse patuerit, a
quoquam praesumi patiaris, sed omnem vigilantiam, at-
que cautelam circa clerum, plebemque eiusdem eccle-
siae exhibere te conuenit, vt in vigiliis, obsequioq; ec-
clesiastico sedulo, ac deuote debeat deseruire.

D I S T I N C T I O L X I I .

Beniter monstratum est, ex quibus ordinibus in
p3 quos gradus sunt eligendi. Nunc videndum est, a
quibus sint eligendi, & consecrandi. Electio, cle-
ricorum est; i petitiu, plebis.

I Est.] In vulgatis codicibus sequebatur, consensus
principis. In manuscriptis vero partim legitur, consensus
plebis, partim, petitiu plebis: atque ita est emendatum.

C. I. ¶ Non sunt habendi inter episcopos,
qui nec a clericis eliguntur, nec a ple-
bis expelluntur.

Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi episcopo,
epist. 90. al. 92. c. 1.

Nulla ratio finit, vt inter episcopos habeatur, qui

a Poly. ibi. Ans. l. 6. c. 44. b Aprutium ciuitas. Jorig.
c desinitia. Jorig. d Ans. l. 5. c. 12. e al. prouentionibus.
f Poly. l. 2. tit. 3. Bur. l. 1. c. 2. Ans. l. 6. c. 75. Ino. p. 5. c. 65.

nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à provincialibus à episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod nec b docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis ecclesiis ordinari sunt, &c. *Vi infra in causa simoniacorum.*

C. II. ¶ Populus non debet praevire, sed subsequi. Item Caeslinus Papa ad episcopos Apuliae, & Calabriae, epist. 7. c. 3.

Docendus est populus, non sequendus: nosque, si nesciunt, eos quid liceat, quid non liceat, commone, non his consensum praebere debemus. Quisq; verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censurae sedis Apostolicae minime defuturam. Quae enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, ut per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quae propriis rectoribus carent, ecclesiarum volumus innotescat, ut nullus sibi aliqua spe forsitan blanditus illudat.

Nisi autem canonicè electus fuerit, consecrari non debet.

C. III. ¶ Non consecratur in episcopum, nisi canonicè electus. Vnde Calixtus Papa II.

Nullus in episcopum, nisi canonicè electum consecratur. Quod si praesumptum fuerit, & consecrans, & consecratus absque recuperationis spe deponatur.

DISTINCTIO LXIII.

Aici verò nullo modo se debet inferere electioni.

C. I. ¶ Laici electioni Pontificum non se inferant.

Vnde Hadrianus Papa in 8. synodo Constantinopoli sub ipso celebrata.

Nullus laicorum principum, vel potentum semet inferat electioni, aut promotioni Patriarchae Metropolitanæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel cõtentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiariorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat. *¶ Quisquis autem secularium principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus adversus communem & consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediat, & sententia, quidquid ecclesia de electione, & ordinatione proprii praesulis se velle monstraverit.*

¶ Hic citantur partes quaedam vigesimi secundi canonis octavae synodi, sub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anastasio bibliothecario latinitate donatae.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex octava synodo, sessione prima.

Hadrianus & Papa secundus (quod Nicolaus praedecessor eius disposuerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem episcopum, & Stephanum Nepefinum episcopum, & Marinum diaconum sanctae Romanae ecclesiae ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum, & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius Romanæ sedis, utriusque linguae, graecæ, & latinæ peritus perrexit: & synodo congregata (quam octavam vniuersalè synodum illuc convenientes appellaverunt) exortum schisma de Ignatii depositione, & Photij ordinatione

a. al. con. provincialibus. b. d. an. c. In 7. c. 1. c. si qui. Poly. l. 6. tit. 1. Bur. l. 15. c. 13. Iuo. p. 1. 6. cap. 14. Dens. dedit. p. 1. d. In Pontificali est mentio huius decreti. Anst. l. 6. c. 23. & 72. Iuo. p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Dens. dedit. p. 1. 5. c. proximo. Poly. l. 2. tit. 1. c. Anst. l. 6. c. 23. Iuo. p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Dens. dedit. p. 1. Poly. l. 2. tit. 1.

sedaverunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes, & promotiones episcoporum concordans prioribus, conciliis, clericorum electione, ac decreto episcoporum colligi fieri sancta haec & vniuersalis synodus diffinit, & statuit: atque iure promulgat, neminem laicorum principum, vel potentum semet inferere electioni, vel promotioni Patriarchae, vel Metropolitanæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio, praesertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiariorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat: sed sibi, & attendere sibi, usquequo regulariter à collegio ecclesiae suscipiat finem electio futuri pontificis. Si verò quisquam laicorum ad contrastrandum, & cooperandum iniuratur ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscantibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesiam salutem promouet.

¶ Promouet. ¶ Si hic addatur ver. Quisquis ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8. synodi. In vulgari sequebatur vox, clericus, que in vniuersis huiusmodi glossis interlinearis.

C. III. ¶ Electioni episcoporum Imperator interesse non debet.

Item ex historia triperita, lib. 7. c. 8.

Valentianus Imperator veniens ab oriente ad hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo Auxentio, Arianæ perfidiae magistro, qui Mediolanensem ecclesiam, vt lupus dilaniaerat, cum vellet catholicum, Deo ordinante, ibi consecrare episcopum, euocans episcopos, haec eis locutus est: Nolitis aperte, eruditi quippe diuinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem, & quod non deceat eum verbo solo, sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitationem virtutis ostendere, restemq; doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessario velut curantis medicamenta suscipiamus. Haec cum dixisset Imperator, petiit synodum, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, superius est, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi, de episcopali sede trahebant: *¶ Intra.* ¶ Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus, electus fuisset, exultans Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti iustitiae conuenire. Cumque sanctus Ambrosius contristaretur de hoc, quod acceiderat (vt idem ipse in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiua-bit, & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem decet) semper existam.

¶ Super vos. ¶ Vera lectio est, supra nos p. c. v. n. c. h. p. c. Sed ob glossam non est restituta.

C. III. ¶ Auctoritate Apostolica, non regio fauore episcopus est eligendus. Item Nicolaus Papa I. Ioh. bario Regi.

Porro scias, quia relatum est nobis, quod quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est, non nisi fauentem tibi permittas eligi. Ideo Apostolica auctoritate sub diuini iudicii obsecratione iniungimus

a. Promotiones & consecrationes. orig. b. al. con. certandū. Jori. & alij collect. c. al. ecclesia. d. Cap. p. est collectoris arbitratu compositum. e. In epist. ad Mercollenses.

ribi, vt in Treueresi vrbe & in Agrippina Colonia nul-
lum eligi patiaris, antequam relatum super hoc nostro
Apostolatu fiat.

C. V. ¶ Non recipiatur à comprovincialibus,
qui regia ordinatione episcopale cul-
men est adeptus.

Item ex concilio Parisiensi, l. c. 3.

Si per ordinationem regiam honoris istius culmen
peruadere aliquis nimia temeritate præsumperit, à
comprovincialibus loci ipsius episcopis recipi nulla-
tenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscit.
Si quis de comprovincialibus recipere eum contra in-
terdicta c. præsumperit, sit à fratribus omnibus segre-
gatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

C. VI. ¶ De eodem.

Item ex concilio Laodicensi, c. 13.

Non est permitendum turbis electionem eorum
facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

C. VII. ¶ Irrita sit electio episcopi, vel pres-
byteri, vel diaconi à principibus
facta.

Item ex septima synodo, quæ est secunda
Nicæna, 350. episcoporum, c. 3.

Omnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi à
principibus facta, irrita maneat, secundum regu-
lam e, quæ dicit [Si quis episcopus secularibus potesta-
tibus vsus, ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur, &
segregentur ab ecclesia omnes, qui illi comunicant.]

¶ Ex septima.] Citabatur antea ex secunda actione
sextæ synodi. Restitutus est locus ex Leone.

¶ Et segregentur.] In aliquot vetustis Gratiani
exemplaribus est segregetur. Sed pleriq; cum vulgata le-
ctione conuenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur:
ἡγιδασθε ἑαυτοὺς, ἵνα ἀποσταθῆτε ἀπὸ τῶν πρῶτων
ἄνθρωπων, & infra 16. q. 7. c. Si quis episcopus, ubi hic idem ca-
non est alia refertur versione, legitur: & segregetur, om-
nibusq; qui illi comunicant, eodemq; modo est apud
Anselmum. Verùm in versione Anastasij bibliothecarij
legitur, quem admodum apud Gratianum, & conuenit cum
versione prisca, ac Dionysiana.

C. VIII. ¶ Non eligantur à populo, qui sunt
promouendi ad clerum.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1.

Non licet populo electionem facere eorum, qui
ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio epi-
scoporum sit, vt ipsi eum probent, si in sermone, & fide,
& spiritali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab ele-
ctione sacerdotum, atq; iniungitur eis necessitas obediendi,
non libertatis imperandi.

2. pars. Contra verò scribit B. Gregorius Ioanni epi-
scopo prima Insuperiana, Illyricæ, lib. 4. epist. 15. seu, c. 59.

C. IX. ¶ Voluntas principis in ordinatione
Pontificis desideratur.

Quia h igitur suscepta fratrum, & coepiscoporum
nostrorum relatio ad locum vos sacerdotij, totius
concilij vnito consensu, & serenissimi principis volun-
tate declarat accessit, gratias omnipotentis Deo crea-
tori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vi-
tâ actusq; vestros ita de præteritis fecit esse probabi-
les, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret
placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fra-

a Iuo. p. 5. c. 123. Pan. l. 3. c. 9. b al episcopus. e al.
indicta. orig. d Bur. l. 2. c. 8. Iuo. p. 6. c. 28. Ansel. l. 6. c.
38. al. 43. Denisdedit, p. 1. c. 4. e Can. Apost. 31. infra
16. quæst. 7. c. si quis. Iuo. p. 5. cap. 120. Ansel. l. 6. c. 8. Bur.
l. 3. c. 109. Denisdedit, ibid. f Apud Marinum Bra-
charensem, c. 1. g Sup. dist. 28. episcopi. & dist. 61. epi-
scopum. Bur. l. 1. c. 10. Iuo. p. 5. c. 64. Ansel. l. 6. cap. 8. al. 12.
h Ansel. l. 6. cap. 95.

ternitatis tuæ per omnia consentimus: atque omni-
potentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram,
sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione
custodiatur.

C. X. ¶ Clerus, & populus Pontificis electio-
ni intersint.

Item Gregorius Ioanni subdiacono, lib. 2. In-
dict. 11. epist. 30. seu, c. 69.

Quantò à Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis s-
lata constat ecclesiis, tantò inter multiplices cu-
ras, & illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum an-
tistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur
Laurentio ecclesiæ Mediolanensis episcopo, sua nobis
relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri
Constantij diaconi sui vnanimiter cõsensisse. Sed quoniam
eadem non fuit subscripta relatio, ne quid quod
ad cautelam pertinet, omittamus, huius idcirco præcep-
ti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse
est. Et quia multi illic Mediolanensium coacti barbarica
feritate consistunt, eorum te voluntates oportet cõ-
uocatis eis in commune perferuari. Et si nulla eos di-
uersitas ab electionis vnitatem determinat, si quidem in
prædicto filio nostro Constantio omnium voluntates,
atque consensus perdurare cognoscis, tunc eum à p-
prijs episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum no-
stra auctoritate assensu solariante & auxiliante Domi-
no, facias consecrari, quatenus huiusmodi seruata con-
suetudine & Apostolica sedes proprium vigorem reti-
neat, & à se concessa alius sua iura non minuat.

C. XI. ¶ In electione episcopi populus de-
bet adesse.

Item Gelasius Papa Philippo, & Geruntino b
episcopis.

Lebs c Diotrensis data nobis petitione desinit, diu
se sine rectoris propriij gubernatione dispergi. Ac si-
cut asseritur, is qui à vobis iam probatus dicitur, à pau-
cis, & tenuibus putatur electus cum ad vos d pertineat,
vniuersos assidua admonitione compellere, vt omnes
in vnum, quem dignum sacerdotio viderint, & sine ali-
qua reprehensione, consentiant. Et ideo fratres char-
rissimi diuersos ex omnibus sæpe dicti loci parochijs pres-
byteros, diaconos, & vniuersam turbam vos oportet sæ-
pius conuocare, quatenus non, prout cullibet liberis,
sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus,
sibi querant sola diuinitatis attentione personam, quam
nulla contrarietas, à constitutis possit reuocare præ-
scriptis.

C. XII. ¶ De eodem.

Item Stephanus episcopus seruus seruorum Dei
Romano archiepiscopo Rauennati.

Notasse tuam fraternitatem volumus ad nostras au-
res fore peruenit, in cuius successoris electione, populi di-
uisionem prouenisse audiuimus. Quod quia sæpe con-
tingere solet (querentibus singulis quæ sua sunt, non
quæ Iesu Christi) non adeo miramur. Veruntamen in
hoc tuam plurimum oportet adhiberi sollicitudinem,
vt conuocato clero & populo, talis ibi eligatur per Dei
miserordiam, cui sacri non obuiant canones. Sacer-
dorum quippe est electio; & fidelis populi consensus
adhibendus est; quia docendus g est populus, non
sequendus.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati ar-
chiepiscopo.

Episcopus per Aemiliam non consecres, nisi post ele-
ctionem cleri, & populi.

a Ansel. l. 6. c. 26. Poly. l. 1. tit. 5. h al. Gerontio.
c Ansel. l. 5. c. 50. d al. nos. e Ansel. l. 6. c. 36.
f Philip. 2. g Supra 62. dist. c. docendus.

In vetusto codice Mutinensi sex concilii Romae habiti reseruntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.

C. XIII. De eodem.

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

Iteras a charitatis tua suscepimus, quibus significas, Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiae Marcellianensis a clero, & omnibus, qui illi conueniunt postulari. *Infra.* Sed nunc & hoc dicimus, ut si eum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce, & si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, ut vel sabbato ipso noctis magna post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari.

C. XV. Ex sacra principis quis ordinatur.

Item Laurentio episcopo Centumcellensi.

Principali deuotissimum militum, qui illic in ciuitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directam, sacram insinuauit se clementissimi principis impetrasse, quae eis presbyterum, diaconum, & subdiaconum fieri debere praecipit. Ideo hortamur dilectionem tuam, ut personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commississent, & si eos inculpabiles repereris, & vitae ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana septimana a Pascha, si Dominus voluerit, & si vixerimus, vnumquemque per officia, quae praediximus, non differas promouere.

Ex sacra. *Imenda est hac rubrica, ut indicet illud, de quo agitur, fuisse ad petitionem Imperatoris ordinatum: sacra enim epistolam Imperatoris significat.*

C. XVI. Papa rogat Augustus, ut Reatinam ecclesiam cuiusdam electo darentur concedere.

Item Leo quartus Iohanni, & Ludouico Augustis.

Reatina ecclesia, quae per tot temporum spatia pastoribus curis destituta consistit, dignum est, ut brachio amplitudinis vestrae subleuetur, ac generationis regimine protegatur. Vnde salutationis alloquio praemisso, vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humiliter diacono eandem ecclesiam ad regendum concedere dignemini; ut vestra licentia accepta, ibidem eum, Deo adiunante, consecrare valeamus episcopum. Sin autem in praedicta ecclesia nolueritis, ut praediciatur episcopus, Tusculanam ecclesiam, quae viduata extitit, illi vestra serenitate dignetur concedere, ut consecratus a nostro praesulatu Deo omnipotenti, vestroque imperio grates peragere valeat.

C. XVII. Regio praeepto ab Apostolico Colonus Reatinæ ecclesiae ordinatur episcopus.

Item Risa Comitisse.

Nobis dominus Imperator & imperatrix per suas epistolas dixerunt, ut Colonus Reatinæ ecclesiae, quae pastoris officio per longa iam tempora destituta videbatur, episcopum facere deberemus, sicut & fecimus.

C. XVIII. Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

Electis fragacitatis vestrae apicibus, qui defuncto ecclesiae Reatinæ antistite, clero, & plebem eiusdem ecclesiae elegisse sibi futurum antistitem, nobisque consecretandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu sine proprio cõstet pastore, fatebamur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum vnanimitate, & canonice ipsius ecclesiae electione, ut mandastis, tam

a *Infra dist. 76. c. vlti. Poly. l. 2. tit. 29. Anst. l. 6. c. 60. Iuo p. 6. c. 12. b Anst. l. 7. c. 94. c al. hebdomada. d al. volueritis. e al. Tusculanam. f S. Antoninus parte 2. tit. 16. c. 194. g al. vnanimiti.*

citissime ordinare omisimus, quod imperialem nobis, v. mos est, absolutionis minime detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestrae in hoc parere distulimus, ne augustalis animus durissime hoc, quocumque modo perciperet. Sed scientes ecclesiam Dei sine proprio pastore non debere consistere, gloriae vestrae mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, ut vestra a solertia imperiali, ut prius consuetudo distat, percepta licentia, & nobis, quem admodum vos scire credimus, imperatoria directio epistola, tunc voluntati vestrae de hoc parebitur, eundem electum Domino adiuuante, consecrabimus: quod, charissime fili, molestè nullo modo fuscipias.

C. XIX. Clericorum, & ciuium voluntate metropolitano est ordinandus.

Item Leo Papa I. ad Anastasium Thessalonicensem episcopum. epist. 82. al. 84. c. 6.

Metropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, Prouinciales episcopi ad euitatem metropolim conuenire debent, ut omnium clericorum, atque ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesiae, diaconum primus ordinetur.

C. XX. Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio.

Item Isidorus in lib. officiorum.

Si in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eieci fuerint, archidiaconus, quantum oportet proficiatur illuc, & cum clericis, & populis ad ipsius plebis electionem faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipsa plebs custodiatur.

C. XXI. Electus in Romanum Pontificem non ordinatur, nisi eius decretum Imperatori primum presentetur.

Item ex gestis Romanorum Pontificum.

Gatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes episcopus Portuensis, Dominico die octauarum Paschae in ecclesia sanctae Sophiae publicas Missas coram principe, & patriarcha latine celebravit, hic suscepit diaconem, secundum suam postulationem, per quam releuata quantitas, quae solita erat dari pro ordinatione pontificis faciendae; sic tamen, ut si contingerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam urbem, secundum antiquam consuetudinem, ut cum eius scientia, & iussione debeat ordinatio prouenire. Item Vitalianus natione Sigeniensis direxit responsales suos cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam urbem ad ipsissimos Principes significans de ordinatione sua.

C. XXII. Imperatorius habet eligendi Pontificem.

Item in historia ecclesiastica.

Hadrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas res ecclesiae postulat. Carolus vero Romam veniens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romae honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reuersus Papiam, cepit Desiderium regem deinde Romam reuersus, constituit ibi synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi, in ecclesia sancti Saluatoris: quae synodus celebrata est a CLIII episcopis religiosis, & abbatibus. Hadrianus autem Papa

a al. vt a vestra. b Anst. l. 6. c. 29. al. 15. in op. 5. cap. 348. De ueredit p. 1. c al. metropolitano. d al. presbyteris. e In Pontificali Vaticano. o. in decretis Agathonis, & Tomo 2. conc. in decretis eiusdem f iussione. orig. g al. faciendi. h al. regia vrbe. i al. proferari. k In Pontifi. in gestis Vitaliani Papa. l Pann. l. 8. c. 134.

cum vniuersa synodo tradiderunt Carolo eius, & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatu ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit: & vt nisi à rege laudetur, & inuestiatur, episcopus à nemine consecratur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo cum innodauit, & nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

C. XXIII. ¶ *Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris.*

Item Leo Papa.

In synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. Ad exemplum B. Hadriani Apostolicæ sedis antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatu dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis, & inuestituram episcoporum concessit: ego quoque Leo episcopus, seruus seruorum Dei cum toto clero, ac Romano populo confliuimus, & confirmamus, & corroboramus, & per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo regi Teutonicorum, eiusque successores huius regni Italia in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, vt ipsi ab eo inuestituram accipiant, & consecrationem, vnde debent: exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & archiepiscopis concessit: & vt nemo deinceps cuiusque dignitatis, vel religiositatis eligendi vel patricii, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris (quod tamen fiat absque omni pecunia) & vt ipse sit patricius, & rex. Quod si à clero, & populo quis eligatur episcopus, nisi à suprascripto rege laudetur, & inuestiatur, non consecratur. Si quis contra hanc regulam, & Apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiicere decernimus: & nisi resipuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis suppliciiis affici.

I. ¶ In synodo.] *Initium huius capituli videtur esse istud: Ad exemplum, & c. verba autem, que antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, vt in rege titulus ita habet. Leo Papa in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. Est autem Leo octauus, de quo multa scribit Luitprandus in fine libri Acti. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. cap. 16.*

C. XXIII. ¶ *Præcepto principum, Maxima remittitur, qui à absque auctoritate Apostolica ordinatur.*

Item Gregorius lib. 4. reg. epist. 74. seu cap. 78. ad Constantinam Augustam.

Simoniacus b. civitatis episcopus me, ac responsali meo nesciente, ordinatus est: & facta res est, que sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eundem præuaricatorem, qui inordinatè ordinatus est, protinus misi, vt omnino Missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent. Quod ei sub excommunicationis interpositione mandauit. Qui c. contempto me, atque despecto, in audaciam quorundam secularium hominum, quibus denudata sua ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nunc vsque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum inuersionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obeiens, eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quod in ordinatione sua me, vel responsale meum præmittere præsumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me auctore fuisset ordina-

tus. Alia verò peruersa illius, scilicet mala corporalia, que cognoui, vel quia cum pecuniis est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum itrequisita relinquere non possum. ¶ *infra.* ¶ Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtiorem canonicam nullo modo cessabo.

C. XXV. ¶ *In electione episcoporum, principis desideratur assensus.*

Item ex concilio Toletano, xij. c. 6.

Cum a longè lateque diffuso tractu terrarum, commentium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut non queat regis auribus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari, nascitur sæpe, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regis potestati, dum consultum nostrum pro subrogandis pontificibus substat, innumerosa b. necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ, atque Galliciæ, c. vt saluopriuilegio vniuersi cuiusque prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouinciis, & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis eligere successores: sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium proprii metropolitani presentiam visurum accedat.

Electioes quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra præsumitur, quoniam Imperatoribus representantur: sicut de electione B. Ambrosii, & B. Gregorii legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes repellendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quod populus inbeatur electioni interesse, non precipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum Sacrosanctum d. enim (vt in fine superioris capituli Stephani Papa legitur) est electio: & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, vt clericorum electioni emoretur. Tunc enim in ecclesia Dei rite præficietur antistes, cum populus pariter in eua acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit.

C. XXVI. ¶ *Plebs non est eligere, sed electioni consentire.*

Vnde Cælestinus Papa ait ad episcopos Galliarum, epist. 2. c. 5.

Cleri, & plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

C. XXVII. ¶ *De eodem.*

Item Leo I. ad episcopos Viennensis prouinciæ, epist. 87. al. 89. [sed paulo aliter, & copiosius.]

Vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum expectantur. ¶ *infra.* ¶ Per pacem, & quietem sacerdotes, qui præfaturi sunt, postulantur: teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus, & plebis.

3. ps. Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum episcoporum referendas, vsus, & constitutio tradidit, pro schismaticorum, atque hereticorum dissensionibus, quibus nonnumquam ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus fidelissimorum Imperatorum frequenter ecclesia munita legitur. ¶ Representabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate corroborata, nullus hereticorum, vel schismaticorum audeat contraire, & ipsi principes tanquam deuotissimi filii in eum

a. Dum] orig. in quo hæc oratio pendet ab alio principio. b. al. inuicta. c. al. Gallia. d. supra ead. e. disse. 61. c. nullus. Poly. h. 2. tit. 31. & ceteri. vt i. consen-

consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, ut ei in omnibus suffragatores existerent, sicut Valentinianus à beato Ambrosio supra legitur dixisse. [Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuvabit, & ego adiutor, & defensor tuus, ut mori ordines decet, semper existam.]

C. XXVIII. ¶ Presentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. Vnde Stephanus Papa statuit, dicens.

Quia sancta Romana ecclesia, cui auctore Deo, p. sidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali noticia Pontificis fit consecratio, nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directè interfusa. nuntij, qui scandala fieri verent: volumus, ut eum instituendus est Pontifex, convenientibus episcopis, & uniuerso clero, eligatur præsentem senatu, & populo, qui ordinandus est, & sic ab omnibus electus, presentibus legatis in perialibus consecratur, nullusque sine periculo sui iuramentæ, vel promissiones aliquas noua adinventione audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuat.

4. ps. Verum, quia Imperatores quandoque modum sum ignorantes, non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi, catholica matris ecclesie unitatem impugnare conati sunt, ideo sanctorum Patrum statuta aduersus eos prodierunt, ut semel electioni non infererent, & quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scriptura quoque, diuina dicit, quod Ezechias dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, & spexit serpentem anem, quem fecit Moyses, videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populum interiret, ideo ipse populus colere, & venerari eum coepit: & idcirco destruxit iste, quem iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est hæc in ecclesia, ut si nonnulli ex prædecessoribus, & maioribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem, & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur. Vltimo presentibus legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebrata, & tandem eadem Imperatores reuocato mentis affectu præfatis privilegijs renuntiauerunt, multa in super donata ecclesie conferentes.

C. XXXI. ¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II, ad Pontificatum eligitur.

Vnde Gregorius I scribit.

Quia dicitur ad præseppe, traheretur ad Lateranensem patriarchium, certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audientes missi Ludouici Imperatoris moleste tulerunt, indignati cilicet, quod dum præfentes essent, non fuerunt inuitati, nec optata à se futuri præfulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis propectum omisum haec fuerit (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præfulum expectandi, mos per huiusmodi fomitem inolefceret) omnem indignationem me dultitit sedauerunt, & ad salutandam electionem ipsi humiliter accesserunt.

¶ Gregorius. Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius esse non potest, cum Hadrianus secundus, de quo hic mentio fit, postea in Gregorio quarto. In Pontificatibus vero manuscriptis inter gesta Hadriani secundi, nempe

a Supra c. Valentinianus. b Pann. l. 1. c. 6. & Stephanus Papa. c 4. Reg. id. d 102. p. 56. 16.

que in collectione manuscripta decretorum Romanorum Pontificum in decretis eiusdem Hadriani secundi habetur. ¶ Accesserunt. In eisdem Pontificalibus hæc continenter sequuntur: Audiens hoc Ludouicus Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregrino officio præfulum, collaudauit: per quam epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmij fore pro consecratione Romani Pontificis quoquam modo pollicendum: cum ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius vnanimitate ardentissime cuperet procure; maxime, cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri à Romana ecclesia, vel deperire quidquam sceleret anhelare.

C. XXX. ¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis. Item pactum constitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

Ego Ludouicus Imperator Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ, tibi beato Petro principi possolorum, & per te vicario tuo domino Paschali summo Pontifici, & uniuersali Papa, & successoribus eius in perpetuum, sicut à prædecessoribus nostris vsq; nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque viculis, omnibus, & territorijs eius montanis, & maritimis lictoribus, & portibus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Thufcia partibus. Item infra. ¶ Quando diuina vocatione huius sacratissime sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publicè, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi, nullusque in ciuitatibus, aut in territorijs ad ecclesie beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquid malum propret hoc facere præsumat: sed liceat Romanis cum omni ueneratione, & sine qualibet perturbatione honorificam suo Pontifici exhibere fespulturam, & eum, quem diuina inspiratione, & beati Petri intercessione omnes Romani vno consilio, atque cõcordia sine qualibet promissione ad Pontificatum ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico consecrare, & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores reges Francorum dirigantur, qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem faciant.

C. XXXI. ¶ Electio, & consecratio Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fiat.

[Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.]

P A L E A.

Inter nos, & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quod electio, & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fieri debeat.

C. XXXII. ¶ Ab Imperatore vel nuptijs eius electioni Romani Pontificis nullum obstatulum generetur.

[Item consensio primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus.]

P A L E A.

Constitutio d. primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Ut nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditio argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, oncir o prohibemus. Item. In electione Romanorum Pontifici, neq; liber, neq; seruus ad hoc venire præsumat, ut illis

a S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. & 2. Felater. l. 7. Anst. l. 4. c. 35. luo p. 5. c. 51. b Aluikuer. c S. Antoninus ibid. luo p. 5. c. 14. d Anst. l. 4. c. 37. e l. 6. c. 7. luo p. 5. c. 52. In legib. Logob. l. 5. tit. de Pontif. l. 3. [Abes à Gratiq. & luo.]

Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admittit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem [facere] præsumperit, exilio tradatur.

¶ **Constitutio**] Ex antiquo exemplari Gratiani restitutus est hic titulus in quo exemplari post titulum istius, interposita rubrica, incipit capitulum. Ut nullus, &c. ut etiam apud Iuonem. Verum, quia receptum est, ut initium huius capituli sit à dictione, Constitutio. relicta sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Extat verò hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus, in quibus palea esse non solent.

C. XXXIII. ¶ **Iuramentum** Othonis, quod fecit domino Papa Joanni.

Item constitutio Othonis.

Tibi à domino Joanni Papa ego rex Otho promittere, & iurare facio per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per lignum hoc vivificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod si permittente domino Romam venero, sanctam Romanam ecclesiam & te rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum; & numquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana urbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem pervenerit, tibi reddam: & cuicumque Italicum regnum commiserit, iurare faciam illum, ut adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse. Sic me Deus adiuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

¶ **Sic me Deus.**] Addita hæc sunt ex Centio Camerario, in cuius libro habentur multe forme iuramentorum, & extat manuscriptorum Roma.

C. XXXIII. ¶ **Liberum sit clero,** & populo de propria diocesi episcopum eligere.

Item ex primo libro capitulorum b Caroli, & Ludovici Imperatorum, c. 84.

Sancta ecclesia suo liberis potiretur honore, assensum ordini ecclesiastico præbimus, ut scilicet episcopi per electionem cleri, & populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo, & verbis sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.

Ex constitutionibus his, & pacto Ludovici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renuntiasse privilegiis, quæ de electione summi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Sautonicorum fecerat. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo esse, queritur quorum sit ipsa electio, an clericorum maioris ecclesie tantum, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem civitate fuerint. Sed sicut in breviatione canonum Fulgentij Carthaginensis ecclesie diaconi inveniuntur in septimo capitulo d Nicani concilij, & in Gangrensi statutum est, ut ad eligendum episcopum sufficiat ecclesie matris arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis non à Cardinalibus tantum, verum etiam ab aliis religiosi clericis auctoritate Nicolai & Papæ est facienda, ita & episcoporum electio non à canonicis tantum, sed etiam ab aliis religiosissimis clericis, sicut in generali synodo Innocentij f Papæ Romæ habita, constitutum est. Ait enim.

a S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. § 16. in medio. Anselm. l. 1. c. 90. & l. 4. c. 16. b al. capitularium. c Anselm. l. 6. c. 6. d al. septimo Nicano concilio. e Nic. 2. al. 1. in concil. Rom. c. 1. f Innoc. 2. c. 28.

C. XXXV. ¶ **Absque religiosorum virorum consilio canonici maioris ecclesie episcopum non eligant.**

Obeuntibus sanè episcopis, quoniam ultra tres menses vacare ecclesiam sanctorum patrum prohibent sanctiones, sub anathematis vinculo interdictionis, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosissimi viros, sed eorum consilio honesta & idonea persona in episcopum eligatur: Quod si exclusis eisdem religiosi electio fuerit celebrata, & absque assensu eorum, & coniventia factum fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Nunc ergo queritur, si vota eligentium in duas se dividerint partes, quis eorum alteri sit præferendus. De his ita scribit Leo episcopus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 82. al. 84. cap. 5. [sed paulo aliter.]

C. XXXVI. ¶ **Cum vota eligentium in duas se dividerint partes, quis sit præferendus alteri.**

Si forte [quod] nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus] vota eligentium in duas se dividerint partes, metropolitani iudicioris alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuratur, & meritis, tantum ut nullus inuitis, & non petentibus ordinetur, ne civitas b episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

¶ **Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus.]** Hæc verba, quæ à cæteris collectoribus non referuntur, non sunt inuenta apud Leonem: sed apud Gregorium, ex quo referuntur infra 8. q. 1. c. nec novum.

DISTINCTIO LXIII.

Hinc considerandum est, à quibus, vel quo tempore sacri ordines sunt tribuendi, vel quibus in locis patriarcha, primates, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, & reliqui sacerdoes sint ordinandi. À quibus ordinentur episcopi, in Nicæno primo concilio definitum est, in quo sic legitur, cap. 4.

C. I. ¶ **Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur.**

Episcopi & ab omnibus, qui sunt in provincia sua, debent ordinari. Si verò hoc difficile fuerit, vel aliqua urgente necessitate, vel itineris longitudine, certè tres episcopi debent in vno congregari, ita ut etiam cæcorum, qui absentes sunt, consensum in litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas sanè vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

C. II. ¶ **De eodem.**

Item Anaclerus ad episcopos Italia, epist. 2.

Ordinationes d episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, episcopis sunt celebranda. & infra. ¶ Quod si simul omnes conuenire minime poterunt, assensum tamè suis apicibus i præbeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desinat.

¶ **Apicibus.]** In epistola est, precibus. Apud Iuonem, & Burcardum, precibus, & scriptis.

C. III. **PALEA.**

[Ex concilio Arausico primo, c. 21.]

Debet abiectione eius, quem duo præsumperint ordinare episcopum in nostris f prouinciis, placuit de præsumptoribus, ut sicubi contrigerit duos episcopos tertium ordinare, g & ipse, & auctores damnabuntur, quo cautius ea, quæ sunt antiquius instituta, seruetur.

a Poly. l. 2. tit. 1. Anselm. l. 6. c. 19. Iuo p. 5. c. 347. Pann. l. 3. c. 6. b al. plebs inuita. c In conc. Nicæno, 1. c. 3. Anselm. l. 6. c. 4. & 54. Iuo p. 5. c. 117. Bur. l. 1. c. 27. concordat. d Dist. 75. ca. ordinationes. Anselm. l. 6. c. 53. Bur. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Pan. l. 3. c. 12. & 17. Poly. l. 2. tit. 6. e Bur. l. 1. c. 30. Iuo p. 5. c. 141. Pan. l. 3. c. 20. f al. vestris. g al. consecrare.

DISTINCTIO LXVI.

Archiepiscopus autem ab omnibus suis provinciae episcopis debet ordinari.^a

C. I. **¶** Ab omnibus suffraganeis suis archiepiscopus ordinetur.

Vnde Anicetus Papa in epist. ad episcopos Galliae.

Archiepiscopus^a ab omnibus suis provinciae episcopis ordinetur. *¶ in sa. 2* **¶** Illud tamen, quod de archiepiscopi consecratione praedictum est, atque praecipuum, id est, ut omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia, qui illis praest, ab omnibus episcopis, quibus praest, debet constitui. Sin aliter praesumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit eius seculi acta ordinatio.

1 **¶** Archiepiscopus. *¶* Haec prior pars in epistola ipsa, & apud ceteros collectores fuisit exponitur.

2 **¶** Hic in epistola cum multa alia sunt interiecta, tum c. comprouinciales. *sup. dist. 64.*

De episcopis autem non ordinandis à paucioribus, quam tribus episcopis, Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiae scribit, dicens.

C. II. **¶** Episcopus non minus, quam à tribus episcopis ordinetur.

Porro & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet suis dantibus formam, vt non minus, quam à tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum praebentibus, vltatenus episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.

Presbyteri vero, & chorepiscopi ab vno episcopo ordinari possunt.

C. I. **¶** Sacerdotes ab vno episcopo possunt ordinari.

Vnde Anacletus epist. 2. ad episcopos Italiae.

Reliqui sacerdotes à proprio ordinentur episcopo, sicut vt ciues & alij sacerdotes assensum praebent, & ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter & diaconi ordinentur. Ceterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

C. II. **¶** De eodem.

Item in Hispaniensi concilio secundo, c. 6. legitur.

Episcopus sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest.

DISTINCTIO LXVIII.

Quæritur de illis, qui ordinantur ab his, quos non constat fuisse episcopos, an sint iterum consecrandi, an non. Quod vero consecrandi non sint, probatur auctoritate Gregorij, qui scribens Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 32. ait.

C. I. **¶** Semel consecratus, iterum consecrari non debet.

Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet; ita qui consecratus est semel, in eodem iterum ordine non debet consecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa ad sacerdotium venit, pro culpa poenitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

a Sic Iustin. nouel. 131. in prin. b Extra de r. ord. ca. si archiepiscop. Poly. l. 2. tit. 8. Anst. l. 6. ca. 39. Burch. l. 1. c. 28. Iuo p. 5. ca. 139. Pann. l. 3. c. 10. c Idem reperitur in epi. Aniceti. Poly. ibid. Anst. l. 6. ca. 57. Burch. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. ca. 139. Pann. l. 3. c. 17. d Poly. ibid. Anst. l. 6. ca. 53. 15. 7. ca. 6. e ca. episcopus. e a. 4. dist. 25. B. Poly. l. 2. tit. 35. Anst. l. 7. c. 104. Pann. l. 3. c. 76. Iuo p. 6. c. 82.

De Archiepiscopi & Presbyterorum ordinatione: & de Chorepiscopis.

C. II. **¶** De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat episcopos non fuisse.

Contra Gregorius III. ad Bonifacium episcopum, epist. 2. scribens testatur.

Presbyteri, quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint illi, qui ordinant, & dubium est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerunt; si bonæ actionis, & catholici viri sunt, ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omniq; lege sancta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & cōsecrentur: & sic ministerio fungantur.

Quod ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendum est, qui consecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur, quem non constat ius consecrandi habuisse, iterum consecrandus est: quia si ille consecrandi ius non habuit, isse ex olei effusione nil consecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus non erat, nunc quasi primum ad consecrationem veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationem consequitur. Si autem ius consecrandi habuit, in prima vnctione consecratus est consecrationem: in secunda vero non reueratur consecratio, sed sola vnctio; sicut, de quo dubium est, an sit baptizatus, vel non, debet baptizari: qui si prius baptizatus non fuerat, consequitur gratiam baptismi: si autem baptizatus erat, nihil accepit in secunda vnctione: nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.

C. III. **¶** Non debet iterum consecrari ecclesia, semel consecrata.

Vnde in Nicæno concilio legitur.

Ecclēsis semel consecratis Deo non iterum debet cōsecratio adhiberi, nisi aut ab igne exulta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine fuerint polluta, quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis, tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

2. pars. *Inter episcopos, & chorepiscopos autem hæc est differentia, quod episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas tribuunt, chorepiscopi non nisi commendatitias, & pateticas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent, chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt, leuiticam autem, & sacerdotalem benedictionem non valent præstare.*

C. III. **¶** In quibus chorepiscopi ab episcopis differant.

De his ita scribit Leo I. ad episcopos Germaniae, & Galliae, epist. 86. al. 88.

Quamuis chorepiscopi, & presbyteri plurima cum episcopis ministeriorum communis sit dispositio, quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut confituitio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositionem manuum, fidelibus baptizatis, vel conuersis hæreticis & paraclitum Spiritum sanctum tradere, nec christiā conficere, nec christiāte baptizatorum frontes signare, nec publicè quidem in Missa quemquam poenitentem recedillare, nec formatas culibet epistolam mittere. Hæc enim omnia illicita sunt chorepiscopis:

a Anst. l. 7. c. 110. Iuo p. 6. c. 117. b à quib. fuerint ordinati. Jorig. c. lotionē. d De consecra. dist. 2. c. ecclesia. e Iuo p. 6. c. 72. Anst. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26. f baptizandis. Jorig. & Iuo. g ex. b. r. r. Jorig.

qui ad exemplum, & formam lxxij. 2 discipulorum esse noscuntur, vel presbyteris, qui eandem gestant figuram: quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

3. pars. Hi vero propter insolentiam suam, qua officia episcoporum sibi usurpabat, ab ecclesia hodie prohibiti sunt.

C. V. Ordo chorepiscoporum a sacra sede reprobat.

Vnde Damasus Papa ait ad episcopos Africae, epist. 4.

Chorepiscopi b tam ab hac sacra sede, quam a totius orbis fuerunt episcopis prohibiti. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est prava, quia ut hi de summo sacerdotis ministerio aliquid praesumant, omnino auctoritate caret. & infra. Nam non amplius, quam duos ordines inter discipulos Domini esse cognovimus, id est, duodecim Apostolorum, & septuaginta c discipulorum. Vnde iste tertius processerit, funditus ignoramus. Et quod ratione caret, extirpari necesse est.

4. pars. Quod autem d episcopi non sint, qui minus, quam a tribus sunt ordinari episcopis, omnibus patet: quoniam, ut bene nostis, prohibitum a sanctis est patribus, ut qui ab uno, vel a duob. sunt ordinari episcopis; nec nominetur episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habeant?

C. VI. Apostolorum in ecclesia locum episcopi teneant.

Item Urbanus secundus.

Vorum vices in ecclesia habeant episcopi, & qui eis hanc dignitatem dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquit: [Pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Quid est pro e patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres tui sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt tibi: constituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te pures desertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es: de prole tua tibi crevit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituit eos principes super omnem terram.] & infra. [Filios genuit ecclesia, constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.]

DISTINCTIO LXIX.

1. Tonsura vero clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur.

C. I. Abbas, quibus ab episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare possunt.

Vnde in septima synodo cap. 14. legitur.

Quoniam videmus sine manus impositione a parvula aetate tonsuram cleri quosdam accipientes, nondumque ab episcopo manus impositione percepta, super ambonem irregulariter in collecta legentes, praecipimus amodo id minime fieri. Id ipsum quoque observandum est etiam inter monachos.

2. pars. Lectoris autem manus impositione licentia est abbati solummodo in proprio monasterio faciendi, si duntaxat eidem abbati manus impositio facta noscatur ab episcopo [secundum h morem praeficiendorum Abbatum, Idum constat illum esse presbyterum.] Simili etiam modo secundum antiquam consuetudinem chorepiscopos praecipione oportet episcopi promovere lectores.

a al. 71. b Poly. ibid. Ansel. l. 7. c. 123. c al. 72. d al. enim. e In Psal. 44. f Ivo p. 5. c. 176. g al. impositionem. h Hac non sunt in graco canone.

C. II. Non exorcizet, qui ab episcopo pronesio sunt, Item ex concilio Laodicensi, c. 26.

Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab episcopis sunt pmoti, neq; in ecclesiis, neq; in domib.

DISTINCTIO LXX.

1. Ab episcopis alterius civitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam a proprio absolute ordinandus est: absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impositionem praecipitur: in quo sic statutum est, canone 6.

C. I. Nemo ordinandus est absolute.

2. Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia civitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicata vocabulum. Eos autem, qui absolute ordinantur, decrevit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinavit.

1. Nisi manifeste. Graecè legitur: & μη ιδυός οτι εκκλησία πλειους, η κωιους, η μαρτυρησιν, η μοναστηρια, η γενομενα. & επικηροσυστοι, hoc est: nisi propria in ecclesia civitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronuntietur. In ordine autem Romano fit mentio talis pronuntiationis, episcopi nomine per archidiaconum facta. De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem eundem titulum.

2. Nullum tale factum. Graecè: μηδενος οωιωθ, ουδε γενην εστι, nunquam posse operari.

C. II. Irrita sit ordinatio sine titulo facta.

Item ex concilio Urbani II. habito Placentiae.

Sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua ecclesia quilibet titulus est, in ea perpetuo perseveret. Omnino autem in duabus aliisque titulari non liceat, sed vniquisque in qua titularus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione, vni diuersis praesesse possit ecclesiis, canonicus tamen praebendarius, nisi vnus ecclesiae, in qua conscripserit esse non debet. Si quae tamen capellae sunt, quae suis redditibus clericos sustentare non possunt, ea cura ac dispositio praeposito maioris ecclesiae, cui capellae subdita esse videntur, immineat: & tam de possessionibus, quam de ecclesiasticis capellarum officii ipse prouideat.

In eodem etiam concilio antiquis nouem praefationibus decima addita est, quae ita se habet [Aequum, & salutare: & te in ven. vel assumptione beatae Mariae collaudare, benedict. & praedi. quae, & virginum tuum S. S. o. bumb. concep. & virginitalis gloria permaente lumen ater. mundo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.

1. De clericis vero non ordinandis ab episcopo alterius civitatis, in Sardicensi concilio, c. 18. & 19. statutum est, in quo Iannarius episcopus dixisse legitur.

C. I. Clerici ab episcopo alterius civitatis non ordinentur.

Illud quoque sanctis vestra statuat, ut nulli episcopo liceat alterius civitatis ecclesiasticum hominem sollicitare, & in sua dioecesi clericum ordinare. Vniuersi dixerunt, Placet: quia ex his contentioibus solent nasci discordiae; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. Officius d episcopus dixit. Et hoc vniuersi constitimus, ut quicumque ex alia parochia

a al. pronesio. b Ansel. l. 7. c. 105. Poly. l. 2. tit. 31. Buri. l. 2. c. 6. Ivo p. 6. c. 26. Pann. l. 3. c. 27. c S. Antonius p. 2. c. 15. 22. d c. 19.

voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius.

C. I. ¶ **Hominem.]** In concilio Latino legitur: ecclesiasticum ministrum sollicitare, & in suis parochiis clericum, &c. *7. ead. c. primatus.* (vbi huius canonis sententia videtur referri) legitur, vt nemo alterius plebis homine usurpet. *Græcè autem caput istud, quod in Latino decimum octauum est, non habetur.*

C. II. ¶ **De eodem.**

Item Innocentius ad Victricium Rothomagensis episcopum, epist. 2. c. 7.

De aliena ecclesia ordinare clericum nullus presumat, nisi eius episcopus precibus exoratus concedere voluerit.

C. III. ¶ **Qui sine episcopi consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio.**

Item ex Nicæno concilio, cap. 16. in fin.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua ecclesia ordinare, cum non habeat consensum illius episcopi, a quo recessit clericus; irrita sit huiusmodi ordinatio.

C. IIII. ¶ **Clericus vnus ecclesie in alia non ordinatur.**

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 20.

Clericos in suis ecclesiis constitutos, sicut iam distinximus, non liceat in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari: sed quiescant in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias ciuitates periderunt; & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tandiu excommunicatos manere, quoad ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

C. V. ¶ **Apostolica permissione vnus ecclesie clericus in altera valeat ordinari.**

Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 5. epist. 11. seu cap. 11.

Fraternitatem, & tuam a nobis petiisse recolimus, vt Gratianum ecclesie Benefranæ diaconum tuæ concederemus ecclesie cardinalium: Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibeat, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non prauimus differendam. Idcirco scriptis tibi presentibus eum necessario duximus concedendum, habturo licentiam diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesie tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

C. I. ¶ **Cardinandum.]** Antea legebatur, ordinandum.

Emendatum est ex ipsa epistola. *Cardinalem vero, seu Cardinalem constituere, (quod est in fine huius capituli) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus concilij Chalcedonensis accurate obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam ecclesiam transferretur, in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deserviret, in secundâ dicebatur in cardinalem; quod ex ipso nunc in dicato loco patere potest, & ex lib. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiam in epistolis B. Gregorij faciebat, lib. 2. indict. 10. epist. 6. & epist. 25. (quod refertur 7. q. 1. cap. pastoralis.) & indict. 11. epist. 13. & sequenti, quod habetur 7. q. 1. cap. relatio. De hac re Ioannes Diaconus li-*

a Pannor. lib. 3. c. 64. b al. usurper. c Burch. l. 1. c. 109. luo p. 5. c. 1. ex alia versione. d Anst. l. 6. c. 125. l. 7. c. 109. luo p. 6. c. 361. e Io. Diac. l. 3. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 7. Afselus libro 7. cap. 80.

bro 3. cap. 8. u. 16. Gregorium vero Ioannes VII. & factu ipso, & vocabuli in eadem notione accepit, est imitatus, quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.

C. VI. ¶ **Sine literis episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur.**

Item ex concilio Carthagenensi I. cap. 5.

Primatus episcopi Vegetelicitanus dixit. Suggestio sanctitati vestre, vt statuatur non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat sine conscientia eius episcopi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hac obseruantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem usurpet: Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & per consensum habeat.

C. VII. ¶ **Sine literis commendatiis clericus extra suam ecclesiam non ministrat.**

Item ex concilio Chalcedonensi, cap. 13.

Extraneo clericus, & lector extra ciuitatem suam sine commendatiis literis proprii episcopi nunquam penitus liceat ministrare.

C. VIII. ¶ **De eodem.**

Item ex sermone S. Augustini ad populum.

Hortamur Christianitatem vestram iuxta sanctorum canonum instituta, vt in ecclesiis a vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur, nisi a vestra fuerit ecclesie consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias literas suscipiatur.

C. IX. ¶ **Abseq; formata clericus peregrini non suscipiatur.**

Item ex concilio Antiocheno, cap. 7.

Nillum absq; formata, quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

C. I. ¶ **Formata.]** Græcè est, *πρότερον ἔπιστολῶν ἀποστολῆς τῶν ἑσῶν*, quod Dionysius vertit, nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatiis suscipiatur epistolis. atq; ita Burch. & Iuo habent.

DISTINCTIO LXXII.

Dimissoria nisi literas episcopum nisi rogatus, non tribuat, sicut statutum est in synodo habita Roma.

C. I. ¶ **Nisi eodem petente, nulli dimissoria literæ presentur.**

Vnde Leo Papa ait.

Episcopus subiecto sibi sacerdoti, vel alij clerico, nisi ab ipso postulatus, dimissorias non faciat, ne quis quasi perditâ, aut errans inueniatur.

C. II. ¶ **De eodem.**

Item ex concilio Carthagenensi III. cap. 21.

Clericum alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarii retinent.

C. III. ¶ **In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur.**

Item ex concilio Mileuitano, cap. 15.

Placuit, vt quicumque in vna ecclesia vel semel eligatur, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

C. I. ¶ **Eligatur.]** In concilio Mileuitano est, vel semel legitur: *itemq; in concilio Carthagenensi Græco, cap. 91. xlv. ἀνάξ, ἀπό τῶν, in Africano autem, capite 67. vel semel suscepto officio legitur.*

a al. priuatus. b Burch. l. 2. c. 43. luo p. 6. c. 144. Anst. l. 6. c. 124. c ordinat. orig. d Burch. l. 2. c. 139. Anst. l. 7. c. 162. Polyc. l. 4. tit. 3. e Burch. l. 1. c. 30. luo p. 16. c. 31. f Anst. l. 6. c. 122. g Burchard. l. 2. c. 42. luo p. 6. c. 14. h abretineant. i al. teneatur. k Conc. Africanum, c. 37.

DISTINCTIO LXXIII.

Quælibet a verò commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola faciendâ sit, videndû est. Debent namq. literæ Græca interponi in ea epistola, & non sine causa. Græca enim elementa literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas nos Latine formatas vocat, aliqua fians falsitatis temerè præsumeretur, hoc à patribus cccxviii. Nicæis congregatis saluberrimè inuentum est, & constitutum, vt formate epistole hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem: id est, vt assumantur in supputatione prima Græca elementa Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est, v. x. xii. que elementa octogenarium, & quadringentesimum, & primum significat numerum. Petri quoq. Apostoli prima litera, id est, p, que numerum octoginta significat: eius quoq. qui scribit, episcopi b prima litera; cui scribitur, secunda litera, accipientis, tertia litera, civitatis quoq. de qua scribitur, quarta, & indicationis, quæcunq. est, illius temporis, numerus assumatur. Atq. ita his omnibus Græcis literis, que, vt diximus, numeros exprimunt, in vnum ductis, vnam quæcunq. fuerit collecta, summam epistola tenet: hæc qui suscipit, omni cum cautela requirit expresse. Ad dat præterea separatim in epistola etiam nonagesimum, & nonum numerum, qui fetendum Græca elementa significat *απελθω*.

C. I. ¶ Exemplar formate epistole, que in Nicæna synodo à cccxviii. Patribus facta est.

In nomine Patris. & Filij. v. & Spiritus sancti. **I**n v. Valterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctæ Vuormaciensis ecclesiæ deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summa felicitatis beatitudinem. Cùm sancta catholica ecclesiâ prompta sit sequi documenta Evangelicæ fide, que dicunt [Qui recipit propheta in nomine prophete, accipiet mercedem prophete: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c.] & Apostolus subbeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communitate, tamen propter eos, qui cauteriatâ habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cùm sint astutia diabolica reperiunt, & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transfire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui, & dicunt se esse ministerio sacro infertos, cum nō sint, ista tutum est à sanctis Patribus, nemineq. clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo & in throno vari in sua ecclesiâ, nisi habeat à proprio episcopo epistolam, que in canonicis nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati h. vestre, quod præfens frater noster harum literarum portator, nomine Hermannus, non pro sua nequitia expulsius est à nobis, sed postulatibus fratribus, eo quod ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in cornu altaris canonice, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias, siue commendatitias literas facimus, & cum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus: vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine Patris I. & Filij, & Spiritus sancti, & in vniuersitate sanctæ Ecclesiæ, in qua veto datus est ius ligandi, atq. soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vor-

a Ex Attico ad finem concilij Chalcedonensis. Ansel. lib. 6. c. 121. luo par. 6. c. 334. b al. epistolam. c al. id. d al. expressam. e Burch. l. 2. c. 227. luo p. 6. c. 434. simile quiddam multoq. magis, c. 435. f Matt. 10. g Rom. 22. h al. paternitatis. i Ecmannus. Burch. h al. d. l. al. patris v. & filij v. & Spiritus sancti a. luo p. 6. c. 434. simile.

maciensi indicatione x. & licentiam do vobis in throno zandi eum in quacunq. ecclesiâ vultis vestre parochie. ¶ Hanc ergo epistolam Græcis literis hinc inde munire decreuimus, & annulo nostræ ecclesiæ firmare censuimus. Fraternitatem vestrâ Christus nobis incolumem conseruet. *v. v. a. v. β. ε. ζ. ε. α. π. ω.* Data Vuormaciæ Idibus Martij, anno Domini cæ incarnationis M. XII. Indictione X.

¶ Conseruet. ¶ In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata, que exemplarum auxilio restitui poterant. Caterum que hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt deprauata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Luone collatum p. 6. c. 435. si literæ in extremo 434. capitis posite, ponantur loco earum que in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis diuisione, *απελθω*, resultat numerus ibi notatus, id est, 1000. ccl. xxviii. Bene etiam procedet exemplum cap. 434. si vbi nunc summa est 1339. fiat 1439. satis si locum indicasse.

C. II. ¶ Incipit epistola formata à cccxviii. episcopis, & ab Attico & Constantino pontificibus vrbis episcopo edita.

Sanctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectendo. A. illius ciuitatis episcopo, v. illius ecclesiæ præful perpetuæ beatitudinis optat in Christo salutem. *v. v. a. v.* De cetero nouerit sancta fraternitas vestra, quod ille clericus Hermannus nomine, nostrâ in parochia instructus, ac detonsus, paruitatem nostram rogauit, quatenus illi commendatitias literas conscriberemus, quibus vestra celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regimini degeret posset: cuius voluuntati consentientes, secundum canonicam auctoritatem literas ei dimissorias dedimus, per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuine seruituti in sistent, suæ deseruiat vtilitati, & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueat. Commendatum ergo eum curæ vestre suscipite, & nostris ex partibus absolutum in vestrarum ouium numero custodite. Quas literas, vt vigore veritatis firmate, indubitanter à vobis suscipiuntur, literis Græcis, vt canonica docet auctoritas, confirmare satagemus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctæ suæ ecclesiæ perpetuè bene valere concedat, *απελθω*, vel sic. *ε. d.* (que eandem summam exprimunt) indicatione x. Continet hæc formata epistola summam numeri MCCC. XV. *b. y.* Græcam in nomine illius primam ponimus, quia Græci eam in quibusdâ locis pro, u. consonante ponunt, sicut est *Δαυιδ*, & *Βασιλειου*.

¶ Ab Attico. ¶ Antea legebatur, abbatibus Restitutus est locus ex comectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitetur.

¶ *απελθω*, vel sic. *ε. d.* ¶ Addita sunt hæc ex aliquo vetustis exemplaribus, & vtriusq. ista nota idem numerus nonne restituitur nouus significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat, vel dictio, Amen, Latine scripta, in qua nulla est numeri significatio.

DISTINCTIO LXXIIII.

Quælibet a his, qui ab episcopo suis promoueri & contemnunt, an inuiti sint sublimandi, non.

C. I. ¶ Annus suspensio subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare presumit. De his ita statutum in concilio Aurelianensi III. cap. 7.

Episcopus, qui inuitum, aut reclamantem presumpserit ordinare, annuali poenitentia subditus Missas facere non præumat.

a Ansel. l. 6. c. 121. b al. M. CCCXXV. c al. ordinari. C. II.

C. II. ¶ Nullus promoveatur inuitus.

Item Gregorius Natali episcopo Salonitano, in lib. 1. Reg. epist. 19.

Esta, que nobis in concilij vestri cōfētia secretario direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur, plena esse cognouimus semine iurgiorū: cū vno eodemq; tempore vna persona nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ tanquam immerita a diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere compellatur inuitus, ita censendum pūo similiter, ne quilibet insons ab ordinis sui ministerio deiciatur iniuste.

C. III. ¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnant, a locis suis deiciantur.

Contra inuenitur e in concil. Carthag. c. 31.

Si qui d clerici ab episcopis suis promoueri cōtemperint, nec illic maneat, vnde recedere noluerit,

¶ Si qui. Verba huius capituli sunt titulus sequentis capituli, Placuit qui est proprius canon trigessimus primus concilij Carthaginensis in codice canonū, & apud Græcos.

C. IIII. ¶ De eodem.

Placuit, vt quicunq; clericus, vel diaconi pro necessitatibus ecclesiasticarum frerum nō obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorē in ecclesia sua promouere, nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

¶ Pro necessitatibus. Græcè est: διὰ τινος αἰτίας ἀναγκαστῶν ἀδελφῶν ἀδελφῶν. id est, ob quādam cogentes causas suarum ecclesiarum.

C. V. ¶ Posteriores prioribus episcopi non prapōnant.

Item ex concilio Agathensi, cap. 23.

Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriore priori nullus prapōnatur, nisi forte superbia elatas, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. 2 pars ¶ Sane si officium Archidiaconatus h propter simpliciorē naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem ecclesiæ, quem elegerit episcopus prapōnendum.

¶ Et ordinationē. Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Colonienfibus legitur, & ordinationi ecclesiæ, quam elegerit episcopus, prapōnatur. tamē in veterē Colonienfī, duobus Parisienfibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.

C. VI. ¶ In quo loco quisq; ordinatus est, inuitus teneri non debet.

Item Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

Quorundam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho monasterij sanctæ Lucie a decessore vestro memorande memorie Maximiano in ecclesia Syracusana factus subdiaconus, atq; a vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflicto, vt vitam sibi penam exstimeret, & contritionis fluxu fugam quærat auxilium. Et ideo, quia tales erant subiectos nostros decessore exillere, quales nobis, si subieci fuissetis, nostros volueramus esse prapōsitos: magnæ benignitatis est, si eum in ecclesiā, vbi subdiaconi est sanctus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalē. Quod & facere, quantum arbitramur, debetis, si tamon

a Polyc. 2. tit. 33. Ino par. 6. c. 379. b al. adducitur.

c In codice canonum d Ino p. 6. c. 42. e Burch. 1. 2. c. 178. Ino p. 6. c. 42. Anst. 1. 6. c. 100. f al. ecclesiarum nō obtemperauerint. g al. ne. orig. h al. Archidiaconus. i al. veneranda. k al. contriſtationis.

nihil est, quod iuste cōtra ipsam animos vestros exasperet. Si verò aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas vt scire possimus, insinuet.

3 pars Verum illud Gregorius de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callidè ab episcopis suis promoueri queruntur. Illud autē Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis, propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioanni episcopo Rauennatis, epist. 2. ait inter cetera.

C. VII. ¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus.

Vbi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopū nostrum Gregorium, nō dilectione, sed inuidia perpetrasti: quæ inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atq; vexari, vt ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem; sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neq; enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegiū meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. ¶ infra c. ¶ Denunciamus autem, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquē seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum facere fortè crederis, ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemiliensis noueris auferendas.

C. VIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epist. 16. indid. x.

Honoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ sanctæ memorię decessore nro, missa supplicatione poposcerat, vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cōgeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memorię decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoq; nostro inrederixerat, ne prædictū Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptę ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumq; & a nobis hæc eidem summopere fuerint interdicitā, non solum mandata Dei negligēs, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiorē honorem prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est vt eo de archidiaconatus loco summo, alium ascisceret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili voluimus, & tūc sanctæ memorię decessor meus, & nunc ego indagatone discerere, sed ipse suorum sibi actum conscius, peribnam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientia tuam præsentis præcepti auctoritate diximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natale fratrem, coepiscopumq; nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari, vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, vt cōsuevit, fortè distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede cōcessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices. Quem si etiam amisso pallio adhuc in eadem pertinacia perseuerare perpexeris; dominici quoq; corporis, & sanguinis eundem antistitem participatione priuabis.

Adhibenda est etiā disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obediendū episcopis suis prouocentur.

a Polyc. 1. 2. tit. 33. Anst. lib. 6. c. 66. & 67. Burch. 1. 2. cap. 29. Ino p. 5. c. 140. b al. electione. c Ino. 2. c. priuilegium. 25. q. 2. c. denunciamus autem. d Anst. 1. 6. c. 75. e al. contradicito. orig.

In minoribus siquidem ordinibus constituti, paulatim per singulos gradus sunt promovendi, ut contemnentes suis obedi-
re episcopis, doleant sibi esse prelatos, quos prius habebant subiectos.

C. IX. ¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoveantur ordinibus.

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo.

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterij gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere) venire detreçant. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasq; non patitur, ut ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere, si quibus habes vel in acolytis, vel subdiaconis maturiores aetate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promouere, ut qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores, ipsaq; commoda presbyterij propensius, quam diaconi consequantur: ut hac saltem ratione conficti & honorem, quem refugerant, apperere nitantur, & quantum.

DISTINCTIO LXXV.

Tempus autem consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur. Omni enim tempore benedicuntur, dummodo ieiunio, & hora tertia benedictionem accipiant.

C. I. ¶ Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant.

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiae, epist. 2. in principio.

Ordinationes episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebranda. Qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus, & manus in sanctis Euangelis, qua praedicari sunt impoentes, Dominica die, hora tertia orantes, sacraque uisione, exemplo prophetarum, & regum capita eorum, more Apostolorum, & Moysis uergentes: quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto: cuius uirtus inuisibilis, sancto christi nati est permixta: & hoc ritu sollempnem celebrent ordinationem.

2 pars Tempus autem consecrationis, trium mensium spatio clauditur: ultra quod, nisi necessitate cogente, episcoporum consecrationes post electionem differri non licet.

C. II. ¶ Ultra tres menses non differatur episcoporum ordinatio.

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 23. legitur.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporum: placuit sanctorum synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius proclari. Si autem quis episcoporum hac non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticae condemnationi subiaccere, redditus uero eiusdem uicariae ecclesiae integros referuari apud economum eiusdem ecclesiae placuit.

¶ Si autem quis. Sic etiam in Prisca uersione, Graecè est.

a al. episcopo Alexandrino. b Ansel. l. 7. c. 102. Iuo p. 6. c. 106. Polyc. l. 2. tit. 31. c al. proficere. d al. quia scilicet si quos. Iuo p. 6. c. 43. e al. posteriores. f 5. dist. 64. ordinationes episcoporum. Burch. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Ansel. l. 6. c. 53. Pann. l. 3. c. 12. Polyc. l. 2. tit. 6. g al. prophetarum exemplo Regum capita perungantur, eos more, &c. h De Prophetis. 3. Reg. 19. De Moysè Exo. 29. De Regibus. 1. Reg. 10. i Polyc. l. 2. tit. 10. Burch. l. 1. c. 24. Ansel. lib. 6. c. 40. Iuo. par. 5. c. 135. k 5. dist. in c. 50. c. 11. l τῆς αὐτοῦ ἀλάς.

ἐξ ἡμετέρας προνοίας, καὶ κείνῳ αὐτῶν (al. αὐτῶν ἐκκλησιαστικῶν) ἐπιτιμῶν, quae aliter interpret uerit. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticae subiacebit. De Metropolitano enim loquitur.

3 pars Ceterorum uero ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maxime Sacerdotum, & Leuitarum fieri debet, uespera uidelicet sabbati, uel mane diei Dominicae continuato ieiunio.

C. III. ¶ Ordinationes presbyterorum, uel leuitarum qua hora fieri debeant.

Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Aegypti, epist. 2.

Ordinationes presbyterorum, uel leuitarumq; tempore congruo, multis coram astantibus, sollempniter agite, & plures, ac doctos viros ad hoc opus promouete, ut de eorum societate, & adiumento plurimum gaudeatis.

C. IIII. ¶ Presbyteri & Leuitae, qua hora ordinandi sunt.

Item Leo episcopus Discolo Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

Quod bā partibus nostris propensiore cura nominus esse seruatum a uobis, quod uolumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis, uel leuiticae ordinatio celebraretur, sed post diem sabbati noctis, qua lucecit in prima sabbati, exordia consecrandi eligantur, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunio, & a ieiunantibus sacra benedictio confertur. Quod eiusdem obseruantiā erit, si mane, ipso dominico die, continuato ieiunio sabbati, celebraretur: a quo tempore praecedentis noctis ieiunia non recedat: quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est.

C. V. ¶ Quare die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur.

Item eodem cap.

Quod die Dominico ordinationes sacerdotum celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica nouimus uenire doctrina, scriptura manifestante, quod cum Apostoli Paulum, & Barnabam ex praeco Spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent praedicandum, ieiunantes, & orantes imposuerant eis manus: ut intelligamus, quanta & dantium, & accipientium deuotione curandum sit, ne tanta benedictionis sacramentum negligenter uideatur impletum. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicum morem gesseris institutis, si hanc ordinatorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus praesente uoluit, etiam ipse serauerit, ut his, qui consecrandi sunt, nunquam benedictio, nisi in die Dominicae resurrectionis tribuatur: cui a uespera sabbati initium constat ascribi, & tantis diuinarum dispensationum mysteriis est consecrata, ut quidquid est a Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & uita accepit initium. In hac, &c.

¶ Quod die. Sumptum est caput hoc ex eodem libro, unde & antecedens, mutato tamen uerborum ordine, & nonnullis initio adiectis. In ipsa enim epistola post illi ma uerba praecedentis capituli, sequitur continenter. Nam praeter auctoritatem consuetudinum, quam ex Apostolica nouimus uenire doctrina: etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli, &c.

a Polyc. l. 2. tit. 28. Ansel. l. 6. c. 43. Burch. l. 2. c. 3. Iuo p. 6. c. 21. & 47. b Polyc. ibi. Ansel. l. 7. c. 44. Iuo p. 6. c. 71. c exordia delignantur, hoc est, sub lege diuini officij substituantur. Jorig. d quam. Jorig. e Iuo p. 6. c. 70. Pannord. l. 3. c. 13. f Act. 13. g al. benedictiones tribuantur. Jorig. h dispositionum.

C. VI. ¶ De eodem. P A L E A.

[Item in ordine Romano, cap. de gradibus Ecclesie.]

Quado a, & ubi libitum fuerit, vsq; ad subdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atq; presbyteri nunquam v, nisi in publica ordinatione.

C. VII. ¶ De temporibus ordinationis.

Item Gelasius C. ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 13.

Ordinationes presbyterorum, & diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus fieri non debent, id est, quarti mensis ieiunio, septimo & decimo: sed & etiam quadragesimalis initij, ac maijana & hebdomada, & sabbati ieiunio circa vesperam nouerint celebrandas: nec cuiuslibet utilitatis causa, seu presbyterum, seu diaconum his praeferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

Quibus temporibus ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat, scribens Benedicto episcopo, epist. 1.

C. I. ¶ Quibus temporibus ieiunia celebrantur.

Ieiunium f, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex concilio Moguntino I. capitul. 34.

[sed ibi fustus, hic summatus.]

Constitimus g, vt quatuor tempora anni ab omnibus communi ieiunio obseruentur: id est, in mense Martio, hebdomada prima, in Iunio, secunda, in Septembri, tertia, in Decembri, quarta.

¶ *Auctor Micrologi. 24. & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputat, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticae fuisse profectum. Vnde Leo Papa ait, Huius obseruatione, &c. quod referunt in sua ead. distinct. cap. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur, Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesie consuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claremontensi, Urbani secundi, canone primo sic statuitur. Primum ieiunium quatuor temporu semper fiet prima hebdomada quadragesima, secundum in hebdomada Pentecostes absque genuum flexione cum Alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet, tertium plena hebdomada ante equinoctium autumnale: quartum plena hebdomada ante Natalem Domini, vigilia eiusdem accepta. Et idem repetitur in altero concilio Placentiae postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. cap. statimus.*

C. III. ¶ De eodem.

Item ex concilio Salcungia habito, cap. 2.

Distinctio autem incerto quatuor temporu, hanc certitudinem statuimus, vt si Calendæ Martiæ in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebratur. ¶ Si autem Calendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distendantur, in sequentem hebdomadam ieiunium differatur.

a Ansel. lib. 7. cap. 61. b al. non. c Et Gregorius 11. epist. 3. d Polyc. lib. 2. tit. 28. Anselm. lib. 7. cap. 45. Iuo part. 6. cap. 74. Pannorm. lib. 3. cap. 25. e mediana quadragesima die sabbati ieiunio. Jorg. f Polyc. lib. 3. tit. 25. Iuo par. 4. cap. 27. Pannorm. lib. 2. cap. 175. g Capitul. 5. cap. 86. Burchardus lib. 13. cap. 2. Iuo par. 4. cap. 35. Pannorm. lib. 2. cap. 180. h Burchardus in fine. Iuo p. 4. cap. 33. Pannorm. lib. 2. cap. 181.

Simili quoq; modo, si Calendæ Iunij in quarta feria, aut antea euenerint, in subsequenti hebdomada ieiunium celebratur; & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint, ieiunium in tertiam hebdomadam referretur. ¶ Et hoc sciendum est, quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes [quia vigilia simul, & ieiunium celebrari non debent]: & tunc, propter solennitatem Spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & Alleluia cantetur; & fleamus genua, non dicatur.

¶ Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea, ieiunium in tertiam hebdomadam celebratur: & si in quinta aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decembri vero illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebratur ieiunium, quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigilia, & ieiunium celebrare non conuenit.

¶ Quia vigilia.] Hæc vsq; ad verbum debent, non sunt in ipso concilio impresso ex Burchardo: eadem vero sententia repetitur in fine capituli.

C. IIII. ¶ De eodem.

Contra Urbanus in concilio Placentino, cap. 15.

Statuimus a etiam, vt ieiunia quatuor temporu hoc ordine celebrantur: primum in initio Quadragesimæ: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembri: quartum in Decembri more solito fiat.

C. V. ¶ De eodem.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

Igitur b post sanctæ Trinitatis dies, quos in honoré Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cælos ascendentis exiimus, postq; acceptum sancti Spiritus donu, salubriter, & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij, vt si quid forte inrer ipsa festiuitate gaudia negligens liberat, & licet inordinata præsumpti, hoc reliquos abstinentiæ censura castiget.

C. VI. ¶ De eodem.

Idem sermone viij. de ieiunio decimi Mensis.

His ieiuniis præcipue est constituta ieiunij: quæ ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem ieiunium verum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense Septimo, hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus, intelligentes diuinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa feruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Buangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

2 pars Primum vero mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræoru ratione, sed nostra debemus accipere. Primum enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mense, qui est Augustus, quæ fuerit eius causa ieiunij, Hieronymus in commentarijs ad cap. 8. Lachariae exponit, dicens.

C. VII. ¶ Quare in supra scriptis mensibus ieiunia lex imperauit.

Ieiunium d quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi (Dno igitur enim subauditur mensis) domui Iudæ, & Hierusalem, in dies festos vertetur & gaudium: veritatem tantum Deus querit, & pacem. In hoc loco, nostrorum mulci multa dixerunt, & inter se dissonantia & paucis interiectis, ¶ Cogimur

a Polyc. lib. 3. tit. 25. b Polyc. lib. 2. c Polyc. lib. 2. d Polyc. lib. 2.

igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis, quam de rivulis querere, & paulo post. ¶ Ieiunia quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die septima, & decima eiusdem mensis illud arbi trantur, quando descendens Moyses a de monte Sina Tabulas legis abiecit atque confregit, & iuxta Hieremiam b manserunt rupi sunt civitatis. In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terra sanctæ seditio esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis a terra sancta circumire dispendiis, ut exceptis duobus, Chaleb d. & Iosue, omnes in solitudine caderent. In hoc mense & a Nabuchodonosor e, & multa post tacula a Tito & Vespasiano templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam generis oppressa a Tito Annio Rufo. In septimo verò, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudæi tribus, ac Hierusalem reliquit dissipata. Legamus Hieremiam f. Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eò quod ianua anni sit, atque principium) Ezechiel g in captivitate positus audiuit, & cunctus populus captivorum, quinto mense templum esse subversum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne quod dicitur, Dies plandus, & ieiuniorum, quos hæcenus habuistis in Iudæam, sciatis vobis (quia cogitavi, ut beneficium Hierusalem, & domui Iudæ) in Ieritiam, & gaudium, & solennitates esse verendos; ita duntaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta analogem, quia tunc ieiunamus, quando h sponsum auferatur a nobis, & non mereamur eius habere presentiam; cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, ut beneficium nobis; omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei, presentia doctrinarum eius & cælestis panis sacuritate pensabitur.

3 pars. Non autem videntur ieiunia quarti mensis post se celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominice resurrectionis usque in diem Pentecostes non indicuntur observanda: ieiunia.

C. VIII. ¶ De eodem.

Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui sic incipit.

Sic debet sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festivitas: ita ut hoc omni tempore neque ad observandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus l. & infra. ¶ Instat ergo Dominica, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquaginta cum hominibus commoratus est. Aequalis ergo eorum necessarium ut esset festivitas, quorum æqualis esset & sanctitas k. Sic enim disposuit Dominus, ut sicut eius passione quadragesimæ ieiunium contristamur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ feris laetaremur. Nō igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ Item in Apologia David l. Hunc numerum (inquagesimam) veli licet) lati celebramus post Domini passionem, remisso culpe totius debito, chirographo m quoque euacato, ab omni nexu liberi, & suscipimus adniventem in nos gratiam Spiritus sancti: die Pentecostes vacante in iunio laus dicitur Deo, Alleluia cantatur.

a Exod. 32. b Hierem. 52. c ad terram sanctam. d Num. 14. e 4. Reg. 25. Hier. 39. & 41. f Hierem. 52. g Ezech. 33. h Ioan. 16. i succidimus. j orig. & aliquot Gratiani exemplaria vetusta. & recentiores editiones. k sic quantitas. orig. l c. 8. m Colof. 2.

¶ Scire debet. In multis manscriptis exemplaribus a capite ieiunium usque ad cap. post Pascha in aliquot etiam usque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam enim unico contextu continentur multa auctoritates a Gratiano citata: Ideo verba ista, scire debet sanctitas vestra, coherent cum extremis verbis Gratiani ad finem præcedentis capituli, atque ita legendum. Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra, ac deinde subiungendum, Per hos quinquaginta, &c. Suo enim modo apertus hunc locum Gratianus. Nam apud beatum Ambrosium paulo aliter habetur.

Necessarii ergo ecclesia constituit, ut post diem Pentecostes ieiunia celebrantur. Sed quod in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur, ex obseruantia necessitate intelligitur.

C. IX. ¶ De eodem.

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

Nosse credo i vos fratres: non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curamus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunium sabbato: vigiliis celebramus: orationibus pernoctantes a instrimus; unde necesse est, similem obseruantiam b similis lætitia subtequatur.

¶ Nosse credo. Idem enuntiat in hoc capite, quod in superiore enuntiat notatum est. Cohæret enim cum superioribus, prima sermons periodo quasi in summam redacta.

Observantia verò similis dicitur quò ad factum, nō quò ad necessitatem.

C. X. ¶ De eodem.

Vnde Ildorus lib. 1. de ecclesiasticis officiis, cap. 42.

Post Pascha usque ad Pentecostem licet traditio ecclesiarum abinentia rigorem prandis relaxauerit, tamen si qui monachorum vel clericorum ieiunia capiunt, non sunt prohibendi, quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eremo leguntur abstinnisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

C. XI. ¶ De eodem.

Item Hieronymus ad Lucinum epistol. 28.

Vtinam c omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus * Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes habuisse legitur, & infra. Nec hoc dico, quòd Dominicus diebus ieiunandum putem, & contextus quinquaginta diebus ferias auferam, sed vnaquæque prouincia abundet in suo sensu: & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur.

C. XII. ¶ Sabbato magno post horam baptisimæ episcopus rales ordinari.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Pontino.

Dilectionis tuae scripta suscepimus; quibus significas Latinum ecclesie Trumentinæ diaconum ad episcopatum Marcellionensis ecclesie, sive Clustianæ ab omnibus fuisse electum: quod iam ante hoc tempus extulisti, & iussimus, ut veniret, crederes eos de persona eiusdem ab episcopo suo dimissionis accepisse. Quod si modo fecerunt, facite eum velociter ad urbem Romanam occurrere, ut si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur usque ad quarti mensis ieiunia sublinere.

a Pernoctanter. orig. b similis obseruantia similem lætitiā subsequatur. orig. c Poly. c. lib. 2. tit. 27. d Act. 11. 20. & 27. d al. festiuitas. e al. sexaginta. orig. f 3. distinct. 67. litteras Poly. lib. 2. tit. 28. Anselm. lib. 6. cap. 59. g al. Clustianæ. supra distinct. 54. cap. sequens.

DISTINCTIO LXXVII.

His a temporibus secundum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, Episcopi, presbyteri, & Diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem ex presbyteris eiusdem Ecclesie, vel ex diaconis optimis ordinatur. Ex monachis autem, vel laicis nullus, nisi per gradus Ecclesie, debet ad summum sacerdotium peruenire.

C. I. ¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium assidet.
Vnde Caius Papa Felici episcopo, epist. vni-
ca in extremo.

Illud b nos statuētes, vobis, & omnibus seruari mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic accendant in ecclesia, qui ordinari merentur: id est, si quis episcopus esse meretur: sit primum acolytus, deinde lector, postea exorcista, inde lacretur ostiarius, demum verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordine ur.

C. II. ¶ Quae internalla temporis in singulis gradibus seruanda sunt.
Vnde Zozimus Episcopus vrbis Romae, ait ad
Isychium, epist. i. cap. 3.

In singulis gradibus haec tempora sunt obseruanda, si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolytus, vel subdiaconus xiiij. annis fiat, & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinq; annis, si inculpate se gesserit, habere debet. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriae fidei documentis, presbyterij sacerdotium poterit mereeri: de quo loco (si eum exactior ad bonos mores vita perdiderit) summum Pontificatum sperare debet. ¶ Defensores etiam ecclesie, qui ex laicis sunt, supra dicta obseruatio teneantur, si meruerunt esse in ordine clericatus.

¶ Si ab infantia Prior hac huius capituli pars summatim referitur. Integer locus habet. Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores vsque ad vigesimum aetatis annum continuata obseruatio perduret. Si maior iam, & grandaeus accesserit, ita tamen vt post baptismum statim se diuinae militiae desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolytus, vel subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem, &c. Ac facti in vno etiam peruenisse Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. i. cap. 13. de institut. cleric. legitur: quatuor annis, non, quatuordecim. Sed ob glossas nihil mutatum, additum est.

C. III. ¶ De eodem.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarracensem, epist. i. cap. 9.

Quicumque itaque se Ecclesiae vouerit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolefcentiae vsque ad vigesimum aetatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione perecepit, vxorem contemnit, acolytus, & subdiaconus esse debet, posteaque ad diaconi gradum (si se ipsum primitus, continentia praueat, dignum probauerit) accedat. Vbi si vltra quinq; annos laudabiliter ministrauerit, congruè presbyterium consequatur. Exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci, tamè per haec tempora integritas vitae, ac fidei eius fuerit probata. Qui d' verò iam aetate grandaeus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam per-

a Epist. 82. Anastasio. b Anselm. l. 7. c. 49. Rabanus de instit. cleric. l. i. c. 13. c. Ino. p. 6. s. 91. & 92. d. Ibid. c. 10.

uenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore statim lectori, aut exorcistarum numero societur, si tamen eum vnus habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum inuitatus fuerit expleto biennio, per quinquennium aliud acolytus, & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per haec tempora dignus iudicatus fuerit) prouocatur. Exinde iam accessu temporum, presbyterio, vel episcopatu, si eum cleri, ac plebis euocauerit, & leuiter, non immerito societur.

¶ Vigesimalium In plerisque vrbibus exemplaribus, & Gratiani, & epistole, atq; apud Iuonem legitur, trigesimalium: sed in epistola Lozini, qua relata est in antecedente notatione, vigesimalium.

¶ Vltra. Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat, intra.
C. IIII. ¶ De eodem.

Item ex sexta synodo, cap. 15.

Subdiaconus non minor viginti annorum ordinetur. ¶ Si quis verò in aliquo ordine sacerdotali propter confusata tempora ordinatus fuerit, deponatur.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthaginiensi III. cap. 4.

Laici, vt ante viginti quinq; annos gratis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non saluent.

C. VI. ¶ Minoribus xxv. annis leuitica non praestetur benedictio.

Item ex concilio Agathensi, cap. 16. & 17.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus, quam xxv. annorum penitus non committat. ¶ Sane si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirèda est, vt sequestratio mansionis cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conuerti fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum verò, vel episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti aetatem perueniat, & diaconos ante viginti quinq; nullus metropolitanus ordinare praesumat: ne per aetatem (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Tolerano I. cap. 19.

In veteri lege ab anno vigesimo quinto leuita in tabernaculo seruire mandatur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti Patres secuti sunt. Nos & diuinae legis & conciliorum praecipua immemores, infantes, & pueros, leuitas facimus ante legitimam aetatem, ante experientiam vitae: ideoque, ne vltieris fiat a nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur sententiis, vt viginti quinq; annis aetatis leuita consecrentur, & a triginta presbyteri ordinentur.

C. VIII. ¶ Per quae internalla temporum ordinetur, qui de Monachis in clericatum eligitur.

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist. i. cap. 3.

Si quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat, iam primis eius vita praeteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec a marito relictam sortitus ostenditur, si poenitentiam publicam fortassis non

a Et conc. Carthag. codicis, c. an. 16. Burch. lib. 2. cap. 12. Ino. p. 6. cap. 11. Pannorm. lib. 3. cap. 30. Polyc. lib. 2. tit. 7. * Anselm. lib. 7. cap. 96. Ino. par. 5. cap. 365. Burch. lib. 2. c. 9. b Ino. par. 6. cap. 29. Pannorm. lib. 3. cap. 28. Polyc. lib. 2. tit. 27. c Burch. l. 2. c. 12. Ino. par. 6. cap. 33. Pannorm. lib. 3. c. 31. d Num. 8. e in codice regio, admonemus exemplis. f al. sed. g 5. dist. 55. cap. 2. Anselm. lib. 7. cap. 47. Ino. par. 3. c. 143.

gestit, nec vlla corporis parte vitiatas apparet, si feruili, aut originaria non est conditioni obnoxius; si curiam, probatur nexibus absolutus, si affectus est literas, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

¶ Si poenitentiam.] Hinc vsq; ad finem addita sunt ex epistola ipsa vt melius percipiatur nexus sequentis capituli. Nam post verbum, ministerium, continenter apud Gelasium sequitur: vt si his omnibus, qua sunt praedicta, fultur, continuo lector, &c.

C. IX. ¶ De eodem.

Item eodem capite, & sequenti.

Monachus vero nouitius si morum honestate fultur, continuo lector vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres mentes exiit acolytus: maxime si huic aetas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat, ac si modesta conuersationis; honestaq; voluntatis existit, nono mense diaconus, completoq; anno sit presbyter: cui tamen quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur praestitisse deuotio. ¶ Si a vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officijs, tanto sollicitus in singulis, qua superius comprehensa sunt, huiusmodi decet examinari per sonam, quantum inter mundanam, religiosamq; vitam constat esse discriminis: quia vtiq; conuenientia ecclesiae ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda: tantoq; magis quod sacris aptum possit esse seruitijs, in eorum quarendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant haec assequenda, decerpitur, vt morum habere doceatur hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, neq; per occasionem supplicandae penuriae clericalis, vitia potius diuinis cultibus intulisse, non legitima familiae Domini computemur, procurasse compedia. Quorum promotoribus, super anni metas, sex menses nihilominus subrogandus: quoniam, si cur diuini est, dilatare conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quae tamen eatenus indulgentia credidimus, vt ecclesiis ab hac occasione cessantibus, canonum paternorum vetus forma seruetur.

¶ Monachus.] Quomodo hic locus in originali habeat, proxima superiore notatione indicatum est.

¶ Vt ecclesiis.] Haec multo plenius a Gelasio exponuntur. Vt illis, inquit, ecclesiis, quibus infestatione belorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, renouentur: quatenus his, Deo propicio, restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorum vetus forma seruetur, nec contra eos vlla ratione prauealeat, quod pro accidentis defectus remedio prouidetur, non aduersus scita maioru noua lege proponitur, ceteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas non simili clade vastatas pristinam faciendis ordinationibus conuenit tenere sententiam.

DISTINCTIO LXXVIII.

¶ Vt vero etate sacerdotes ordinari debeant, Bonifacius, Papa diffiniuit, dicens.

¶ Bonifacius.] Ceteri collectores citant ex decretis Fabiani. Extat apud Martinum Bracarensem Episcopum in capitul. Graec. synod. cap. 20. ex Neocaesariens. cap. 11.

C. I. ¶ Ante annos triginta presbyter non ordinetur.

¶ Si quis triginta etatis suae annos non impleuerit, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus.

a Ibid. cap. 4. b al. deputanda. c al. nec. d al. intrulisse indicemur. e Polyc. lib. 2. tit. 20. Burch. lib. 2. cap. 10. Ino. par. 6. cap. 30. Pannorm. lib. 3. cap. 29.

C. II. ¶ De eodem. P A L E A.

[Item in nouellis in Authentica de sanctis, episcopis & clericis. apud Iulian. Antec. cons. 1. 27. cap. 19.]

¶ Nemo presbyter consecratur, q minor triginta annis sit: nemo diaconus fiat, qui minor viginti quinque annis sit: nemo lectoribus conueneretur, qui minor xvij. annis fuerit: nemo inter diaconissas consecratur sacrosanctae ecclesiae, qua minor sit xl. annis, vel ad secundum matrimonium peruenierit.

C. III. ¶ Non est ordinandus, nisi longo sit probatus examine.

Item Leo Papa ad episcopos Africanos, epist. 85. cap. 1.

¶ Vid a est manus cito imponere, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiae, ante experientiam disciplinae, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari.

C. IIII. ¶ Ante triginta annorum aetatem presbyter non ordinetur.

Item ex concilio Neocaesariensi, cap. 11.

¶ Presbyter ante xxx. annorum aetatem non ordinetur, quamuis sit probabilis vita: sed obseruet vsque ad praenitum tempus. Dominus enim noster Iesus Christus trigesimo anno baptizatus est, & tunc praedicauit.

Hoc regulare est, vnde & Christus, & Ioannes Baptista, & Ezechiel, & nonnulli prophetarum non leguntur ante hoc tempus prophetae, vel praedicasse. Verum, quia Hieremias, & Daniel ante inuenientem aetatem spiritu prophetae accepisse leguntur, Dauid, & Salomon in adolescentia nati inueniuntur, Ioannes etiam Euangelista, cum adhuc esset adolescens, a Domino in Apostolum electus, & cum alijs ad praedicandum missus inuenitur, Paulus quoq; Apostolus in adolescentia a Domino electus, & ad praedicandum missus asseritur, ecclesia similiter, necessitate exigente, nonnullus ante triginta annos ordinare consuevit.

C. V. ¶ Necessitate exigente xxx. annorum presbyteri ordinentur.

Vnde Zacharias Papa, Bonifacio episcopo, epistola 6. cuius initium [Benedictus Deus.]

¶ Si triginta annorum non reperitur, & necessitates expolcit, a viginti quinque annis & supra leuita, & sacerdotes ordinentur.

DISTINCTIO LXXIX.

¶ Apostolicus autem non nisi a Cardinalibus, & reliquis clericis est inthronizandus.

C. I. ¶ De eo, qui sine concordia Cardinalium electione inthronizatur.

Vnde Nicolaus Papa II. ait in epistola, qua synodum a se Romae habitam refert, cap. 1.

¶ Si quis a Apostolica sedi sine concordia, & canonica electione Cardinalium eiusdem ecclesiae, ac debite electionum religiosorum clericorum inthronizatur, non Papa, vel apostolicus, sed apostaticus habeatur.

¶ Si quis.] Verba Nicolai in epistola, qua in voluminibus conciliorum impressis post decreta Nicolai I. habentur, haec sunt. Primo namq; inspectore Deo est statutum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium epi-

* Poly. 2. tit. 27. a 3. dist. 61. c. miramur. ver. quid est cito. b al. laboris. c Anst. l. 6. c. 34. Ino. p. 5. c. 105. Polyc. l. 2. tit. 27. Anselmus lib. 7. cap. 95. Pannorm. libro 3. cap. 29. S. Gregor. in Ezechielem Homil. 2. d Hierem. 1. e Dan. 1. f Matt. 4. g Act. 7. h Polyc. l. 1. tit. 4. Anst. l. 6. c. 15. j. ea. si quis pecunia.

scoporum

scoporum sit, ita vt si quis Apostolicę sedis sine p̄missa concordia, & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, & laicorum consensu inthronizatur, &c. Idem ferē habetur ad finem illius synodi, & refertur infra c. si quis pecunia.

C. II. ¶ Papa super sit, eo inconsulto, de electione futuri Pontificis, emo audeat loqui.

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, cap. 3. & 5.

ij Si quis, Papa super sit, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favore prestare cōiunctur, loci sui honore, vel cōmunionē priuetur. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subreptionem pro Romano pontificatu commodare, aut fup̄tacia promittere, aut sacramentum prębere tentauerit, aut aliquod certę suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate, atque cōmunionē priuetur. & infra c. Propter oculos fraudes, & conuentionū secreta insidias, quas huius sententia distinctionis consequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit noticiam consilia eorū, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabile probatione conuicti, particeps actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiā remuneratio, quę non indigna sit, subleuetur. Vniuersa synodus, &c.

¶ Si quis, Papa.] Initium hoc vsq; ad versiculum, Si quis presbyter, & caput secundum suggestionem Fulgentij archidiaconi Romanę Ecclesię: quod vna cum tribus aliis capitulis, in tomis conciliorum, pręcedit primam, vel secundam synodum s. b. Symmacho, cum hac inscriptione: Capitula primę synodi Romanę sub Symmacho Papa. In codice vero canonum pręceduntur his verbis: Tituli decretorum Papę Symmachi numero quatuor.

¶ Si quis presbyter.] Hęc sunt propria verba capituli 3. ipsius synodi, quod est secundum in codice canonum.

C. III. ¶ In Apostolatus culmen nullus, nisi a Cardinalibus promoueat.

Item ex concilio Stephani Papę III. [Deus dedit addit, habito in basilica Constantiniana, Act. 3.]

O Portebat c, vt hęc sacrosancta domina nostra Romana Ecclesia (iuxta quod a B. Petro, & eius successoribus institutum est) ritę ordinaretur, & in Apostolatus culme vnus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis consecraretur.

C. IIII. ¶ De eodem. Item ex eodem.

N Vllus vnquam laicorum, neq; ex alio ordine p̄sumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri.

¶ In Pontificalibus manuscriptis vno Vaticano, & alio Cardinalis Sireti in vna Stephani Papę III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hac leguntur ad caput hoc pertinentia. Tunc callatis sacratissimis canonibus, eisq; liquidō perlerutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali cōcilio, sub anathemate interdicentes, ne vllus vnquam p̄sumat laicorum, neq; ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri: & alia plura, quę canonica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

a Bur. l. i. c. 227. luo. p. 5. c. 336. Polyc. l. i. tit. 4. Ansel. l. 6. c. 1. b al. rel. c. 3. c Polyc. ibid. d al. persequitur. e Deus dedit p. 1. Ansel. l. 6. c. 25. Polyc. l. i. tit. 4. f Deus dedit ibid. Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 24. s. Ansel. l. 6. c. 24.

C. V. ¶ Anathematizetur Episcopus, Monachus, vel laicus Romanam Ecclesiam inuadens, & in gradum filiorū eius prorumpens.

Item ex eodem.

ij Si quis ex episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonum, & sanctorum patrum statuta prorumpens, in gradum filiorū sanctę Romanę Ecclesię, id est, presbyterorum Cardinaliū, & diaconorum ire p̄sumpserit, & hanc Apostolicam sedem inuadere quilibet ex supraddictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuum anathema. & infra. ¶ Si quis resistere p̄sumpserit sacerdotibus, atq; primatibus ecclesię, vel cuncto clero ad eligendū sibi Romanum Pontificem secundum canonicam traditionem, anathema sit.

¶ Deus dedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, par. 2. cap. 171. refert multa ex synodo habitā a Stephano tertio, in quibus hoc integrum continetur.

C. VI. ¶ Anathema sit, qui canonica electionem Romani Pontificis contradicere p̄sumpserit.

Item ex concilio Leonis Papę III.

iiij. Si quis ex sacerdotibus, seu primatibus nobilibus, seu cuncto clero sanctę Romanę Ecclesię, electioni Romani Pontificis contradicere p̄sumpserit; sicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papę legitur statutum, anathema sit.

C. VII. ¶ Nullus episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius.

Item ex concilio Bonifacij Papę III.

2 Nullus, Pontifice Romano viuentē, aut episcopo cuiuslibet sacrosanctę sedis p̄sumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filiis ecclesię: & tunc electio fiat.

3 pars. Sed queritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri p̄ferendus sit? De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifacium Papam.

C. VIII. ¶ Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati.

Si duo forte cōtra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem; sed illum solum in sede apostolica mansurum, quem ex numero clericorū, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuersitatis consensu elegerit.

4 pars. Hoc autem capitulum g non de eo intelligendum est, qui vno per apostasiam ordinato, a Cardinalibus, & religiosiis clericis Apostolicę sedis inthronizatur, & si ille apostaticus ita cathedram B. Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra urbem fieri non valeat.

C. IX. ¶ De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonice electione ordinatur.

Vnde Nicolaus Papa I in concilio Romano h statuit, dicens.

v. Si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari tumultu, seu militari tumultu, sine concordia, & canonice electione, ac benedictione Cardinalium episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicę sedis inthronizatus, non apostolice

a Deus dedit ibid. Ansel. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Rom. manser. b al. hanc canonicam. c Deus dedit ibid. Ansel. l. 6. c. 28. d In Pontific. Rom. manser. Ansel. l. 6. c. 211. Deus dedit p. 1. e In tomis conciliorum inter episcopos, Bonif. j. dist. 97. c. Victor Honorius. f certantes.] orig. g Ansel. l. 6. c. 17. h In fine. i s. ferē idem d. s. ex. ca. si quis Apostolica, Ansel. l. 6. c. 16. Polyc. lib. 1. tit. 4. luo. par. 4. cap. 8.

243 *Hierarchia ecclesiastica natio ex provincia- rum, vrbium & locorum differentis sumpti- ficus, sed apostaticus habeatur, liceatq; Cardinalibus episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis in aurorem etiam cum anachemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint, præponere. Quod si hoc intra vr- bem perficere nequiverint, nostra auctoritate à postoli- ca congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & vtiliorem à postolica sedi peripexerint, concessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & a vtilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundum quod ei melius videbitur iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino in thronizatus sit.*

5 pars. *Electio vero Romani Pontificis etiam cum deli- beratione predecessoris fieri debet.*

C. X. *¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit.*

Vnde Symmachus Papa ait in synodo Roma- na prima, cap. 4.

Sub transitu Papæ (quod absit) in opinarus euenerit, & de sui electione successoris (vbi supra placuit) non possit, ante decernere, si quidem in vnum totius inclina- uerit ecclesiastici ordinis electio, consecratur electus episcopus. Si autem, vt fieri solet, studia ceperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerferit, vineat sententia plurimorum, sic tamen, vt sacerdotio careat, qui capus promissione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit, placet, &c.

Sicut & inspiratum est, electio summorum sa- cerdotum à Cardinalibus, & religiosi clerici fieri debet, electio vero eorum iudicio diuino reservata est.

C. XI. *¶ Summorum Pontificum electio- nem sibi Dominus reservauit.*

Vnde Anacleus Papa ait ad episcopos Italix epist. 2. cap. 2.

Electionem d' vero summorum sacerdotum sibi Do- minus reservauit. licet electionem eorum bonis sa- cerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

1 *¶ Summorum. Sequitur, Pontifici vel sacer- dotum. Sublatæ sunt due priores voces, quia neq; in ori- ginali, neq; apud Iuonem, neq; in vetustis Gratiani exem- plaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

Loca vero, in quibus primates, Patriarchæ, Ar-chiepiscopi, Episcopi, Presbyteri sunt ordinandi, hæc sunt secundum Lactium Papam, & Clemen- tem, atq; Anacleum.

C. I. *¶ In quibus locis primates, vel Patriar- cha debeant ordinari. An enim Lactius Papa.*

Vrbes, & loca, quibus primates præsidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statuta temporibus; quarum primates etiã gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabant.

In ipsis vero vrbibus post Christi aduentum Apo- stoli, & successores eorum, patriarchas, vel primates pos- fuerunt, ad quos episcopo-um negotia (salua in omni- bus Apostolica auctoritate) & maiores causæ, post Apo- stolicam sedem sunt referenda.

C. II. *¶ De eodem.*

Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1.

In illis vero ciuitatibus, in quibus olim apud ethni- cos primi & principes eorum, atq; primi legis docto- res erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas

a alin. b Deus dedit ibid. Polyc. ibid. Ansel. lib. 6. cap. 1. Pannorm. lib. 7. cap. 2. c al. conuenit. d Iuo par. 5. cap. 128. e Exiat apud Stephanum I. epist. 1. c. 5. Anselmus libro 6. cap. 128. f Leo 11. epist. 2. Polyc. l. 2. titul. 22. Borchardus libro 1. cap. 255. Anselmus libro 6. cap. 123. g al. Archiepiscopi.

Decreti Prima Pars.

P. Petrus præcepit, qui reliquorum episcoporum cau- sas, & maiores, quous necesse foret negotia in fide a- gitarent. *¶ paulo post. ¶ In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiepiscopi, quos tam en minores tenebant, quam memoratos primates, archiepiscopos inibi præcepit. ¶ in singulis vero reliquis ciuitatibus singulos, & non bimos, vel ternos, aut plures episcopos constitui præcepit, qui nõ primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitano- rum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo potiretur: quoniam nãc inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed vnus om- nibus præfuit.*

C. III. *¶ De eodem.*

Item Anacleus b epist. 3. cap. 2.

Episcopi non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & mo- dicas ciuitates, atq; villas debent ab episcopis ordina- ri, & ponit singuli tamen per singulos titulos suos. Et e- piscopus non ab vno, sed à pluribus debet episcopis ordina- ri, & vt dictum est, non ad modicum ciuitatem, ne vilescat nomine episcopi: sed ad honorabilem vrbem ti- tulanda, & de nominandus est. Presbyter vero ad qual- lemcunq; locum, vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus.

C. IIII. *¶ De eodem.*

Item Leo Papa ad episcopos Africa, epist. 85. c. 2.

Illud sane, quod ad iacerdotalem pertinet dignita- tem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neq; quibuslibet castellis, & vbi ante non fuerunt, episcopi constituerentur: cum v- bi minores sunt plebes, minoresq; conuentus, presby- terorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuita- tibus oporteat præsidere: ne, quod sanctorum Patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis, & posses- sionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium.

C. V. *¶ De eodem.*

Item ex concilio Leodicensi, cap. 57.

Non debere in vicis, & villis episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circumueant, constitui: hos autem, qui antehac ordinati sunt, nihil agere cen- semus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiã presbyteri nihil sine præcepto, & consilio episcopi agant.

1 *¶ Sed visitatores. In codice Græco impresso hæc sententia, hæc præcedens, in tribus autem manuscriptis, addita non videtur.*

2 pars. *¶ Seder autem episcoporum non longo inter- uallo debent distungi, vt ad consecrationem sui compromi- scialis sine difficultate possint occurrere.*

C. VI. *¶ Episcopales non longo intervallo à se debent distungi.*

Vnde Gregorius Anaslino Anglorum epi- scopos, responsio octauo.

Ratèrnatem q; tuam ita volumus in Anglia episco- pos ordinare, vt ipsi sibi episcopi longo intervallo minime distungantur: quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione alicuius episcopi conuenire non pos- sint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tri- bus, vel quatuor episcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Hæc de ordinandis, & ordinantibus, atq; de sin- gularum graduum distinctionibus, & officio di- xissimus præfuit. Verum quia aliquantulum

a iudicia. b Ios. b Idè est Clementis in epist. proximi- mè citata. c Bure l. 1. c. 4. Iuo. p. 5. c. 88. & 98. d quon- dam, Ios. e Poly l. 2. tit. 23. Bure l. 2. c. 32. Iuo. p. 5. c. 107. & 143. ext. de princ. l. 1. f al. castella. g Pann l. 1. c. 16. diff. sine.

C. XI. ¶ De eodem. Item Pelagius Papa Constantino defensori.

Romanus a Ecclesia Thraanensis clericus crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, a clericatus ordine depositus in monasterio hic in vrbe Romana agenda penitentiam ex nostralussione decessus est.

C. XII. ¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur.

Item ex canone Apostolorum xxv.

Presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio captus est, deponatur; non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura [Non e vindicabit Dominus bis in idipsum.

1. ¶ Aut homicidio.] Hec dictio non est in canone 25. Apostolorum. Sed in concilio Triburienſi, cum Patres illi ea dixissent, legimus in canonibus Apostolorum, quod episcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: hinc argumentatur idem multo magis statuendum esse de homicida: que fortasse causa fuit, quam obrem a Gratiano, & alijs collectoribus ea dictio huic canoni adiecta sit. In canone autem 32. Basilij idem statuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expostum erat in canone 30.

2. ¶ Priuetur.] In codicibus impressis sequebatur, si paruerit sententia, que verba sunt expuncta, quia neq; in originali, neq; in vetusto Gratiani exemplaribus legitur.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item.

Id quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut moechatus, deponatur, & ab Ecclesia proiectus, inter laicos agat penitentiam.

Proprie autem huius capituli non est inuentus; sed simile habetur in concilio Neocesariensi, c. 1. & in capitulis Martini Bracarvensis cap. 27.

Inter laicos.] Hec due dictiones non leguntur in cap. concilij Neocesariensis citato, s. dist. 28. c. presbyter. Quis dei nomen est; neq; in capitulo Martini Bracarvensis.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Aurelianensi l. c. 11. & 14.

Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & a communione pellatur. Si vero pro reatu suo se ab altaris communione sub penitentis professione submouerit, his quoq; si alij defuerint, & causa certa necessitatis exoritur, postentem baptisma liceat baptizare.

C. XV. ¶ Non ingrediantur ecclesiam presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent.

Item Gregorius VII. omnibus per regnum Italicum, & Teutonicorum debitam.

S. Petro obedientiam exhibentibus.

iii. Si qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdictus eis ex parte Dei omnipotentis, & S. Petri auctoritate, Ecclesie introitus, vsq; dum peniteant, & emendent. Si qui vero in suo peccato perseverare maluerint, nullus vestrum officium eorum audire presumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per prophetam h. Maledicam, inquit, benedictionibus vestris.] Qui ve-

a Pann. l. 3. c. 144. b In conc. Tribur. c. 11. Rab. l. poenit. c. 1. Ansl. 11. c. 29. Bure. l. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 234. Polyc. d. 4. tit. 31. c. cor. enduitor. Dis em. ro avro. sup. dist. 28. c. presbyter. d Ansl. 11. c. 31. e Iuo p. 6. cap. 368. & p. 15. c. 18. c. 15. f al. fist. g Ansl. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134. & Malach. 2.

to huic saluberrimo precepto obedire noluerit, idololatria peccatum incurrit, Samuele testante, & B. Gregorio a adstruente [Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ non acquiescere.] Peccatum igitur paganitatis incurrit, qui quis dum Christianum se afferit, sedi Apostolicae obedire continet.

In re, esse epistolaram Gregori VII. non est inuenta hec epistola, in qua sunt omnia proposita verba huius capituli. Sunt tamen in eo multa, que huius decreti faciunt mentionem. Lib. 1. epist. 30. Episcopo Salzburchensi, & lib. 2. epist. 61. Leodicensi Episcopo, & sequenti epistola Sicardo Aquilegensi. De quo decreto, ut ipsum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epist. 69. Burchardo Halberstatiensi episcopo, & epist. sequenti, Anthoni Coloniensi Archiepiscopo diligentissime scribit, & lib. 3. epist. 3. Diego p. deo Archiepiscopo Moguntino idem mandat, & lib. 4. epist. 10. comitisse Flandriensi, & sequenti, comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentij II. fit illius decreti mentio. Verum propria verba huius capituli vsq; ad versic. Qui vero huic saluberrimo, Marianus Scotus refert in fine suorum Chroniconum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio VII. familiaria.

C. XVI. ¶ Officio, & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus feminam accipiens, vel acceptam retinens.

Item Alexander I. L. episcopi, & Regi Dalmatarum.

iii. Si quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus feminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, vsq; dum ad satisfactio-nem veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

C. XVII. ¶ De eodem.

Idem clero Mediolanensi.

v. Si quis sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium contumaciter deserens, tamen sibi potius elegit, sicut ipse ob fornicatione dimittit officium, ita ob prauiationem dimittere cogatur etiam inuitus beneficium.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Idem populo Mediolanensi.

Os detiam, qui re fornicari etis liceat, diuinum officium derelinquat, & a Deo recedens, diabolo & operibus eius seruiat; sicut se iustissime ab officio atque nos faciunt, ita beneficium ecclesiarum priuatos esse ad iudicamus.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item Lucio Papa.

Ministri altaris presbyteri, siue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Si vero post ordinationem suam ministros contigerit proprie vxoris inuadere cubile, sacrarij non intrent limina, neq; sacrarij portitores fiant, neq; altare contingant, neq; ad offerentibus holocausti oblatione suscipiant, neq; ad Domini corporis portionem accedant, neq; propinent 3. neq; sine maioris natu auctoritate minora gerant officia: vtrumq; tanē ad altare, vel calicem ne suggerant.

1. ¶ Sacrarij.] In epist. 2. Clementis (vnde caput hoc sumptum videri potest, & vnde citat Iuo) legitur: sacrificij. in vno autem vetusto Gratiani codice, sacri.

2. ¶ Neq; propinent.] In epistola Clementis est: nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus, ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vtrumq; siue calicē ad

a Iuo par. 3. cap. 26. lib. 35. Moral. c. 12. 8. quæst. 1. c. 110. dum. b Pannor. lib. 3. cap. 133. c Pannor. lib. 3. c. 139. d Pannorm. lib. 3. c. 140. Habetur in epist. 2. Clementis ad Iacobum fratrem Domini. e Ansl. 8. c. 2. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 87. f al. portationem.

altare non fufferat. Apud Leonem vero: Sed aqua tantum sacerdotu manibus porrigat, ostia forinsecus claudat, minora gestet officia: vrccum sanè ad altare fuggerat.

C. XX. ¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. Idem.

3 Clericus b solus ad femina tabernaculum non ps accedat, nec properet sine maioris natu sacerdotis iussione: nec solus presbyter cu sola femina fabulas misceat. Nec Archidiaconus sub pretextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum; aut forte per clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid d secretè. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa à liminibus arceatur ecclesia.

1 ¶ Iussione.] In epistola Clemens sequitur. Nec presbyter solus cum sola adiungatur: sed duobus adductis testibus visitet infirmam: nec solus cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus, aut diaconus sub pre-textu officij humilitatis frequenter, &c.

C. XXI. ¶ De eodem. P A L E A. [Idem.]

S Ed e si fortè aliqua intercessio fuerit, episcopo suggestatur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio intenterunt, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habet femina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non enim igno ramus malicias Satanz.

¶ Hoc Palea in plerisq; vetustis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.

1 ¶ Dirigat.] In epistola S. Clementis sequitur: cum duobus ac tribus, qui hoc sanare g debeant. Sanè ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediat, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

C. XXII. ¶ De eodem. P A L E A. [Ex decreto] Eugenij Papæ.]

S I h quisquam sacerdotum, id est, presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, de quacinq; femina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem 2 inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuersari, excommunicetur: femina verò canonice iudicetur.

1 ¶ Ex decreto.] Hic canon in concilio Romano primum ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohabit. cleric. & mul. Et in plerisq; vetustis exemplaribus est sine nomine.

2 ¶ Admonitionem.] In eodem canone sequitur, metropolitani, vel alterius episcopi, aut eius, cui iubiace-re videatur.

C. XXIII. ¶ Simul cum mulieribus sacerdotibus habitare non licet. Item Gregorius.

4 O Portet i sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis moribus, id est, diaboli stimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum graui animi tristitia dico: sacerdotes cum feminis habitare conspicio: quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum canonum sancta. Vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, anti qui hostis stimuli non desunt. Ideoq; admonendi sunt, vt non antiqui hostis decipiatur fraude, quatenus iux-

a al. suggerat. b Clemens Papa ibidem paulo inferiorius. luo p. 6. c. 89. Anst. l. 7. c. 147. Poly. l. 4. tit. 3. c al. do mestros eius. d al. secreti aliquid. e Clemens ibidè continenter. Poly. ibid. f 2. Cor. 2. g al. siue. h Poly. l. 4. tit. 31. Anst. lib. 8. c. 9. ex pan. Romano. i luo, par. 6. cap. 76. Poly. l. 4. tit. 31.

ta Apostoli 2 vocem non visuperetur nã ministerium nostrum. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus ad dominu leuare manus: scriptu b est enim [Sancti estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester.] Si quis verò presumpserit aliter agere, sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauendum est, fratres, ne fallamus populum, & illud prophete c dictum impleatur in nobis [Sacerdotes mei contaminant sancta, & reproband legem] quos & alius propheta d increpat, dicens: [O vos sacerdotes, qui falsitis nomen meum, & dixistis, in qua re falsissimus nom e tum? quibus responsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos. Non e est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis.]

C. XXIII. ¶ De eodem. Item Symmacho defensori, lib. 1. Reg. Indi. 9. epistola 50.

V Olumus f vt sacerdotes g prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuersentur: excepta duntaxat matre, sorore, vel vxore, quæ castè regenda est.

C. XXV. ¶ De eodem. Idem, lib. 7. epist. 39.

L Egitur h, quod B. Augustinus nec cum sorore habitare consenserit i dicit: quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.

C. XXVI. ¶ De eodem. Item ex vii. Synodo.

I N k omnibus obseruare conuenit, vt certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis personis vel ap parere clericus, vel loqui debeat mulieribus, & excludatur omnis nefanda suspicio. Certè solum & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius l est enim duos esse simul, quam vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. [V m enim vni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum.]

¶ Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima synodo in cuius sane postremo capite aliqua huc spectantia habentur. Ceterum in plerisq; citatur ex octaua, & sententia videtur sumpta ex cap. 83. Asteticorum B. Basilij, cuius regulas sub nomine octaua synodi sepe citari alibi notatum est.

C. XXVII. ¶ De eodem. Item ex concilio Carthaginensi III. cap. 17.

C Vm omnibus omnino clericis extranea femine non cohabitent, sed solæ matres, auæ, & matertæ, amitæ, sorores, & filie fratrum, aut sororum, & quæcunq; ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filij eorum iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt, aut feruis non habentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

C. XXVIII. ¶ De eodem. Item ex concilio Laodicensi, cap. 30.

N On oportet ministros altaris, vel etiam clericos quoslibet, aut continentēs se, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus laicæ habere communia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

C. XXIX. ¶ De eodem. Item Gregorius ad lanuarium episcopum Calathanum, lib. 3. epist. 26.

A Rchidiaconum tyum, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuisti, & nunc vsq; in ea prohibitio-

a 2. Cor. 6. i. Timot. 2. b Leuit. 20. c Soph. 3. secundum 70. d Malach. 1. secundum 70. e Ibidem. f luo, par. 6. cap. 81. g sacerdos es qui in Conscia commorantur. orig. h Apud Possidonium in vita Augustini. i al. consenserit. k luo, par. 6. cap. 77. l Eccl. 4. m Ibidem.

ne e' espi. eris, qui nisi iustioni tua paruerit, cum sacro ordine volumus esse priuatum.

C. XXX. ¶ Venundentur ab episcopo, quae appetunt consortia clericorum illicita.

Item ex concilio Toletano III. cap. 42.

Quidam a clerici legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum mercedia sibi consortia appetunt. Ideo, quae coniuncta taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferatur, & venundetur, illis pro tempore relegatis ad poenitentiam, quos sua libidine infecerunt.

C. XXXI. ¶ Non habitent femine cum clericis, nisi quas necessitudo exersat.

Item Sircius Papa Himerio episcopo, epist. 1. c. 12.

Foeminas non alias esse paritur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicana permisi.

C. XXXII. ¶ Nisi maiorum in sione ad seminarium domicilia clericis non accedat.

Item ex concilio Africano, c. 5.

Clerici, vel continentines ad viduas, vel virgines, nisi ex iustis, vel permisu episcoporum, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non a soli faciant, sed cum e' clericis, vel cum quibus episcopus, aut presbyter iulserit. Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi foeminas, sed ubi aut clerici praesentes sunt, aut graues aliqui Christiani.

C. XXXIII. ¶ Episcopi prouideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatis virgines sciuntur.

Item ex concilio Carthaginensi III. cap. 102.

De creatu episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochias praestit, si sustentandae vitae praesentis causa adolescentiores viduas, vel sanctimoniales clericorum familiaritatis subiciantur.

C. XXXIII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, cap. 103.

Viduae, quae stipendio ecclesiae sustentantur, tam a fidei operibus esse debent, vt & meritis, & orationibus suis ecclesiam adiuuent.

DISTINCTIO LXXXII.

Generaliter etiam pauperibus, & viris, qui suis manibus laborare non possunt, episcopus necessaria prouideat.

C. I. ¶ De eodem.

Vnde in concilio Aurelianensi l. c. 18. legitur.

Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum, & vestitum (in quantum sibi possibile fuerit) largiatur.

C. II. ¶ Qui voluptatem officio praeposuerit, modis omnibus submoueat.

Item Innocentius Exuperio Tolosano episcopo, epist. 3. cap. 1.

Proposui si quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beata recordationis viri Syricij episcopi monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officiis talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola conti-

a Ansel. l. 7. c. 148. Polyc. l. 4. tit. 39. b Poly. l. 4. tit. 31. Euse. l. 2. c. 110. Iuo. p. 6. c. 52. c. 187. Ansel. l. 7. c. 149. c. 3. c. Concil. Carthag. III. c. 23. Ansel. l. 7. c. 351. d Polyc. l. 4. tit. 37. Burchard. l. 8. c. 55. Iuo. par. 7. cap. 73. e Polyc. ibid. Iuo. par. 8. cap. 327. f al. possibilibus habuerit. Jo. 212. g Iuo. p. 6. c. 57. Pann. l. 3. c. 137. Ansel. l. 8. c. 8. Polyc. lib. 4. tit. 31. j. cap. 37.

nentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacrae legis auctoritas, iam inde ab initio custodita, quod in reple, anno vicis suae habitare praecipit sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puros & ab omni labe purgatos sibi vindicent diuina ministeria, neque eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium, quia scriptum est [Sanctus estote, quia & ego sanctus sum, dominus Deus vester.] Quibus vtique propter sobolis successione, vxoris usus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & praeterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat praecipit accedere. Quo magis hi sacerdotes, vel leuitae pudicitiam ex die ordinationis suae seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec praeterit dies, quae vel a sacrificiis diuinis, vel baptis matis officio vacent. Nam si B. Paulus q' Apostolus ad Corinthios scribit, dicens: Abstinetes vos ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vtique laicis praecipit, multo magis sacerdotibus, quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debent ad huiusmodi consortio abstinerere: qui si, si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum dixit [Omnia manda mundi, conuincitatis autem, & infidelibus nihil mundum?] Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est [vnus vxoris virum.] Non dixit hoc, vt permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram. Neque enim integros corpore non admittit qui ait [vellent autem omnes sic esse, sicut & ego.] Quod & apertius declarat, dicens: [Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.] Et [habentem] filios, non generantem dixit. Sed ea plane dispar, & diuersa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticae vitae pariter & disciplinae, quae ab episcopo Syricio ad pronicias commeaui, non probatur, peruenisse, his ignorantibus peruenia non negabitur: ita vt de cetero penitus incipiant abstinere: & ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, retentent, vt eis non liceat ad potiora conscendere: quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. ¶ Si qui autem scisse formam viuendi missam a Syricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecerint, illi sunt modis omnibus submouendi: quia post admonitionem cognitam, praeposendam arbitrati sunt voluptatem.

1 ¶ Concupiscentia. ¶ Emendatus, & locupletatus est hic locus ex ipsa epistola Innocentij, quae admodum & multa alia in hoc capite, ubi per glossam licuit. In epistola autem Syricij, quae refertur in concilio Teleptensi (ita enim pro Telleni legendum videtur) sic legitur. Quid faciet excusabit, quo pudore qua in mente vsurpabit, qua conscientia, qua merito hic exaudiri se erodit?

2 ¶ Non dixit hoc. ¶ In originali sic legitur: non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit.

C. III. ¶ De eodem.

Item Syricius Papa ad Himerium Taraconensem Episcopum, epist. 1. cap. 7.

Plurimos sacerdotes Christi, atque leuitas, post longa consecrationis suae tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobole didicimus procreasse, & crimen suum hac praescriptione defendere, quia in veteri Testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc,

* Luca 11. Paralip. 24. a al. puri, & purgati. b al. sacrificia. c. dist. 31. c. cor. c. Levit. 11. c. 20. d. Num. 18. e. Quanto. Jorig. f. al. orationis. g. 1. Cor. 2. h. al. q. i. Tit. 1. h. 1. Tim. 3. l. 1. Cor. 7. m. Rom. 8. n. 1. Tim. 3. o. probabitur. Jorig. p. al. ignoratio. q. al. deteguntur. r. Iuo. par. 6. cap. 50. Polyc. lib. 4. tit. 31. quisquis

quisquis ille est sectator libidinum, præceptorq; vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuria, cur eos, quibus committentur san&ta san&torum, præmonet, dicens. [San&ti estote, quia & ego san&ctus sum dominus Deus vester.] Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis b suæ, in templo habitare iussit sacerdotibus? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commercium, vt conscientiz integritate plurgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto deseruionis suæ tempore, vxorius vsus solius successiois causa fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quiquam ad Dei ministeriũ fuerat præcepturus admitti.

C. III. ¶ De eodem.

Idem paulo inferius.

Quia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignorantia d'le lapsos esse desent; his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vilo honoris augmento, in hoc, quo deie&ti sunt, quam diu vixerint, officio perseuerent: si tamen posthac continentia se studerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigni vsi sunt, Apostolica sedis auctoritate deie&ctos: nec vnquam posse veneranda attiretare mysteria, quibus se ipsi, dum obsecanis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus presbyter, atq; diaconus (quod nõ opramus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per non indulgentia aditum intelligat obseruatum: quia ferrõ necesse est vt abscondantur & vulnera, quæ to mentorum non senserint medicinam.

¶ Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiam exemplaribus coniunctum est superiori.

¶ pars. Qui autem propter peccata iubentur deponi, post condignam penitentiam in suo ordine poterunt reparari.

C. V. ¶ Quæ penitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit.

Vnde in concilio Hybernensi.

Presbyter h, si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem B. Papæ Syluestri, si in vicio non perdurauerit, sed sua sponte confessus adiecit, vt resurgat, decem annis in hunc mundum peniteat: tribus quidem mensibus priuato loco à cæteris remotus pane, & aqua à vespera in vesperam vtatur, tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atq; leguminibus recreetur sine carne, & sagimine, ouis, & caseo: sacco indutus humi adhæreat, die ac nocte iugiter miseriam Dei omnipotentis imploret: finitis tribus mensibus, cõtinuus exeat: tamen in publicum non procedat; ne grex fidelis in eo scandalum patiat. Nec enim debet sacerdos publicè peccare, sicut laicus. Postea aliquanti per resumptis viribus, vnum annum; & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino, & sagimine h, ouis, & caseo, iuxta canonice mensuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini, ne indure scat, particeps fiat, & ad pacem veniat, psalmos cum fratribus in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem, mihora gerat officia. Deinde verõ vsq; ad expietionem septimi anni, omni qui-

dem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ferias in vnaqua; hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto septimo anni circulo, si sui confratres, apud quos penituit, eius condignam penitentia conlaudauerint, episcopus in pristinum honorem, iuxta B. Calixtri Papæ auctoritatem, cum reuocare poterit. Sane sciendum est, quod secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnum denarium pauperibus dando (si opus b est) redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsq; ad finem decimi anni, sextam feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem quoq; penitentia erit sacerdoti, de omnibus aliis peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neq; hoc cuiuslibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum digne, vt supra dictum est, penitens, ad pristinos redeat honores.

1 ¶ Hybernensi.] Caput hoc citabatur ex cõcilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & alio libro manuscripto peruetusto, in quo libro sunt multi canones penitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.

2 ¶ Et cæleo.] In vulgatis sequebatur, vtatur: quæ vox sublata est auctoritate omnium serè exemplarũ Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione indicati.

DISTINCTIO LXXXIII.

Providendum e quoq; est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, est à proprio viuis videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait, non est grandis differentia, an lethum inferas, an admittas. Mortem enim languentibus probatur insingere, qui hæc, cum possit, non excludit.

C. I. ¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationis consentiens.

Hinc Gregorius VII. ait in Reg. lib. 6. c. 12. Remane synodi, celebratæ Anno Domini 1080. al. 1078.

Si quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, vel crimen incestus in sua parochia, pretio interueniente, vel precibus consenserit, vel commissum, sibiq; compertum auctoritate officij sui non impugnaverit, ab officio suspendatur.

1 ¶ Subdiaconorum.] Additum hoc est ex originali, & Anselmo, quem admodum & paulo post verba illa, sibiq; compertum. Notum autem est à tempore Gregorij subdiaconos eadem lege continentia, qua presbyteros, adstrictos fuisse.

C. II. ¶ Maximè ecclesiam lædit, qui sub nomine sanctitatis delinquit.

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

Nemo e quippe in Ecclesia nocet amplius, quam q peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namq; hunc nemo redarguere presumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis, peccator hortatur. Episcopus itaq; qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam Episcopus.

1 ¶ Episcopus.] Hæc non sunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur 1. 2. q. 7. c. qui nec regimini, ex Augustino (cui etiam reliqua huius capituli antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Inone citantur. Cæterum iidem collectores, Burchardus quidem lib. 1. c. 13. Ino autem p. 5. c. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.

a Epist. 2. b operarius.] Polyc. c In libello Ennodij. d Ansel. l. 6. c. 177. e Polyc. l. 4. tit. 11. Burch. l. 6. 209. Ino p. 5. c. 323. Burch. l. 4. 203. Ino p. 5. c. 317. ex Gregorio.

a Leuit. 20. b Luc. 1. c Poly. ibid. luo p. 6. c. 50. 5. quia. d. innotanter. Jorig. e. exciditur. Jorig. f Poly. l. 4. tit. 19. Can. Apost. 25. g alenim. h. al. sanguine. i. Epist. 2.

C. III. ¶ Qui non resistit erroribus, consentit. Item Innocentius.

Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minimè defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifeste facinori desinit obituere.

C. IIII. ¶ Non prodest suo errore non pol- lui, qui alieno consentit.

Item Pius, epist. i. ad omnes Christi fideles.

Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti?

C. V. ¶ Qui non occurrit, consentit erranti.

Item Gregorius i.

Consentire videtur erranti, qui ad refecanda, que corrigi debent, non occurrit.

¶ Gregorius. In epistola impressa B. Gregorii non habetur, solum lib. 7. epist. 117. Synagoga episcopo Augustonensi post ea verba, qui non resistit, in regeſto manuſcriptis perueſto, & in Polycarpo, ubi ipsa epistola integra referitur, hæc sequuntur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt refecari debeant, non occurrit. Quia verò, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpate non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

C. VI. ¶ Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur.

Vnde Anacletus Papa, epist. i. episcopis omnibus.

Nihil cillo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atq; ab his amari delegerit, erit hinc omnibus magna perniciēs. Nullus ergo pastorum, placere lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim laborum & memoriã mens terrenis obligata carceribus. Sicut dactium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia.

¶ Laborum. In epistola Anacleti legitur, laboris: apud Anselmum, & in vno ex vetustis codicibus Gratiani, laborum, vnde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.

2 pars. Quoniam & sacerdotem tam a suis, quam ab alienis criminibus oportet esse immunem, tamen si aliorum sese habuerit, non ideo verba sue prædicationis debet contemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt luxuriam per cinerem humidum suens lauati, & non lauati, ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauati & sordibus peccatorum.

DISTINCTIO LXXXIII.

¶ Sollicitum quoq; & vigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, asseri corripendus est.

C. I. ¶ Corripatur episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit.

Vnde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, lib. 11. epist. 29.

Peruenit ad nos, fratrem, & coepiscopum nostrum Paschaſium ita desidem, & negligentemq; in cunctis existere; vt in nullo, quia est episcopus, agnoscat: adeo vt neq; ecclesia ipsius, neq; monasteria, siue filij ecclesie, vel oppressi pauperes eius erga se dilectionis studium sentiant, nec aliquam supplicantibus sibi g, in quibus iustum est, opem defensionis accomodet; &

a Desiderit par. 2. Eleuterius Papa ad Gallia prouincias & orientales, in epist. ad Iulium, & Aegypti in epist. ad Felicum 11. b Polyc. lib. 4. tit. 31. c Anselm. lib. 6. cap. 154. luo par. 5. cap. 237. in fine. d al. sicut antem. e Burch. lib. 1. cap. 204. ex dictis Hiero. luo par. 5. cap. 118. f al. vel pauperes. g his. Jorig.

(quod adhuc dici est grauius) consilia sapientum, & reſta ſuadentium nulla paciatur ratione ſuſcipere, vt qd per se nequit attere, ab altero ſaltem poſſit addiſcere. & in ſra 2. ¶ Quod ſi ita eſt, non ſine culpa tua eſſe cognoſcas, qui cum obiurgare, atq; coërcere, vt dignu eſt, diſtulisti. Quia ergo hoc totum non ſolum ipſum reprobat; ſed etiã ad ſacerdotalis officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum coram aliis ſacerdotibus, & quibusdam de filiis ſuis nobilibus conſtari pro hac re debeas, & hortari. Si verò (quod nõ credimus) poſt hanc adhortationem noſtram ſolito adhuc more negligens eſſe tentauerit, ad nos eſt. modis omnibus tranſmittendus, vt hic poſitus diſcere poſſit, quid, vel qualiter ſecundum Dei timorem agere conueniat ſacerdotem.

C. II.

¶ De eodem.

Item ad eundem eod. lib. epist. 33.

Nunciatum eſt nobis, Campaniæ episcopos ita negligentes exiſtere, vt immemores honoris ſui neque erga eccleſias, neq; erga filios ſuos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monaſteriorum ſollicitudine gerant, ſeu in oppreſſorum, & pauperum ſe tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis a te conuocatis, ex noſtro illos maudato diſtributè commoneas; quatenus deſides vltierus eſſe non debeant; ſed ſacerdotalem ſe habere zelum, & ſollicitudinem opere doceant, atq; ita in his, quæ eos iuſte ſecundum Deum agere conuenit, vigilantes exiſtant, vt nullum nos de eis denno murmur exaſperet. Si quem verò eorum poſt hæc negligentem eſſe cognoueris, ad nos eum ſine aliqua excuſatione tranſmitte: vt quam ſit graue, nolle ab his, quæ reprehendiſſima, & valde vituperanda ſunt, corrigi, regulari in ſe valeat diſtinctione ſentire.

2 pars. Quod autem de munditia caſtitatis ſacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet aliis ſeruentibus intelligendum eſt.

C. III. ¶ Quis ſacramenta diuini inſeruiunt, continentiam in omnibus ſeruent.

Vnde in Carthagenſi concilio 11. d. cap. 2. Aurelius episcopus dixiſſe legitur.

¶ Vm e in præterito concilio de continentia, & caſtutatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres conſcriptione quadam caſtutatis per eſſeſerationes annexi ſunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt eondecer ſacroſanctos antiſtites, & Dei ſacerdotes, nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis ſeruiunt, continentem eſſe in omnibus, quo poſſint ſimpliciter, quod a Deo poſtulant, impetrare: vt qd Apoſtoli docuerunt, & ipſa ſeruauiſt antiquitas, nos quoq; cuſtodiamus. Ab vniuerſis episcopis dictu eſt. Omnib. placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui ſacramenta contrectant, pudicitia cuſtodes, etiam ab vxoribus abſtineant. Ab omnibus dictum eſt, Placet, vt in omnibus, & ab omnib. pudicitia cuſtodiat, qui altario deſeruiunt.

¶ Docuerunt. In vulgatis codicibus ſequitur, exemplo, quod eſt ſublatum: quia neq; in ipſo ſeculo Carthagenſi, aut impreſſo, aut manuſcripto, neque in vnicò codice canonum, cum quo Græcus canon conuenit, neq; in vetuſtis Gratiani exemplaribus habetur, & ex gloſſa videtur tranſlatum in textum.

¶ Cuſtodiamus. In codice canonum cap. 5. vnicò Carthagenſis ſequuntur hæc, Paulinus episcopus eccleſiæ Potentiniæ prouinciæ viceni, Legatus eccleſiæ Romanæ dixit, Placet, vt episcopi, &c. qua in recentioribus Colonienſibus conciliorum editionibus ſcripta ſunt aliis

a Paulo plenius apud B. Gregorium. b vel. Jorig. I. bidem paulo inferius. c al. ad. d In Carthag. canon. cap. 2. & 4. e diſt. 31. episcopos, diſt. 31. c. aliter. f al. conſtitione caſtutatis per. g al. &

characte-

characteribus. Verum in pristina Coloniaensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthaginensi c. 5. c. 3.

¶ Vm a de quorundam clericorum, quamvis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora b statuta etiam ab uxoribus continere, quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoneantur officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuersumque ecclesiam consuetudinem obseruari debere.

¶ Debere. In codicibus impressis haec sequebantur, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas urget. Quae sunt expuncta, quia in vetustis codicibus, aut non habentur, aut sunt ascripta in margine.

3. pars Similiter, quod monachus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.

C. V. ¶ Laica sit tantum in communione contentus clericus, viduam, aut secundam ducens uxorem.

Vnde Siricius Papa Himerio Tarraconen. episcopo, epist. l. c. 11.

¶ Quisquis clericus, aut viduam, aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiastica dignitate priuilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa. Quam ita de munit poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4. pars Presbyterium vero nomen, quamquam a senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem indicat sapientiae, quam canicem corporis.

C. VI. ¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam etate, quam sapientia.

Vnde Analectus ad episcopos Italiae, epist. 2.

¶ Ordo d. Moysi praecipitur, vt eligat presbyteros [id est, seniores.] Vnde & in puerbis * dicitur [Gloria senum canicies,] haec vero canicies sapientiam designat, de qua scriptum est [Canicies hominum prudentia est.] Cumque non gentos, & amplius annos ab Adami vsque ad Abraham. vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui mille paucioribus vixisse annis continetur. Non ergo propter decrepita senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

¶ Hospitalitas: f. verò vsq, adeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

C. I. ¶ Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epist. 6.

¶ Archidiaconum g. Florentinum ecclesiae Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturae quidem sacrae scientiam habere; sed ita ætatis senectutem confectum accepimus, vt ad regimini officium non possit assurgere: adicientes etiam ita illum tenacem existere, vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiae, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentinum verò diaconum Ecclesiae Rauennatis, qui ab omnibus electus dicitur, sollicitum esse nouimus;

a In cod. ca. c. 25. In Africa. c. 37. dist. 32. c. placuit. b al. propria. c. Anf. l. 8. c. 7. luo p. 6. c. 51. d. Anf. l. 7. c. 96. Burch. l. 2. c. 5. luo p. 6. c. 25. * Pron. 20. e. al. hic. f. Io. Diac. l. 3. c. 11. g. al. Florentinum. al. Florentium archidiaconum.

sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoq; fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio supra scriptae ecclesiae Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus singulorum requirere, si de nullo sibi iuxta crimine confisus, quod eos ad hoc officium veteret accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de praefato archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & verum esse necessitate, an ex tenacia bealis sit; aur si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere, vel si ita tacis sacrosanctis Evangelis (sicut nobis nuntiatur) iururandum praebuerit, nunquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos psalmos minus tenet, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennatis, si nullum, sicut dicimus, crimen est, quod obstitat, apud episcopum eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto, ne contra suam voluntatem eum concedere videatur.

DISTINCTIO LXXXVI.

¶ Officium autem episcopum oportet esse, ne inferiorum culpa in eum refundatur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit.

C. I. ¶ Negligentia rectorum imputantur culpa inferiorum.

Vnde Leo episcopus scribit Aquileiensi episcopo, epist. 20. c. 84. seu 86.

¶ Inferiorum culpa ordinum, ad nullos magis referenda sunt, quam ad desides, negligentisque retores: qui multam sepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

¶ Anteriorum. Sic legitur in epistola 84. Verum in epistola tertia eiusdem Leonis legitur, necessarium Reliqua vobis que eadem sunt.

C. II. ¶ Homines sunt diligendi, peccata odio habenda.

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. seu 92. in princip.

¶ Dio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi; tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non saeuientis plectantur animo, sed medentis.

C. III. ¶ Qui negligit emendare, quod valet, facientis culpam habet.

Item Ioannes VIII.

¶ Facientis culpa proculdubio habet; qui quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum est [quippe est] Non solum q. faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus] participes iudicantur. ¶ Et g. libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo confessionis occulta, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probar odisse vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercit excedenti. Et primus innocentiae gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum prauitate consensum. Et nihil prodest iusticiam non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.

¶ Caput hoc ex variis sententiis hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsq, ad vers. emendare, sumpta est ex epistola beati Gregorii 114. lib. 7. in dist. 2. Theodoricos, & Theoberto Regibus Francorum.

a al. de vita, & moribus. b al. tenacitate. c al. concedere in recentioribus editionibus. d Anf. l. 6. ca. 155. e. Grego. l. 7. reg. epist. 114. in dist. 2. f. Rom. 1. g. Pelagius 2. epist. 3. Eleutherius sup. dist. 83. c. error. 2. q. 7. negligere, & 23. q. 3. c. qui potest. luo p. 6. ca. 115.

2. pars. Si autem in corripiendo quis modum excefferit, non a subditis, sed a Domino veniam petat.

C. IIII. ¶ Veniam a subditis non petat, qui corripiendo modum excefferit.

Vnde Augustinus de vita clericorum.

¶ Vando a necessitas discipline, minoribus coequentis dicere vos verba dura copellit, si etiam, ipsi modum vos exceffisse sentitis, non a vobis exigitur, ut ab eis veniam petuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruetur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligitis.

¶ De vita. Inter opuscula B. Augustini anno Domini 1481. Roma impressa, sunt tres sermones de communi vita clericorum, ex quibus vulgata sunt operum B. Augustini, tomo decimo referuntur duo, sub numero 52. & 53. ad fratres in eremo. Tertius autem cum epistola 109. omnino conuenit, sed que in epistola dirigitur ad monachos, in sermone dirigitur ad viros. Ex istis tribus sermonibus de communi vita clericorum multa capita accepit Gratianus (vi suis locis notabitur) hoc quidem ex tertio.

3. pars. In doctrina vero sacre scripturae, auctoritatem debet episcopus preferre, non secularium litterarum peritiam ostentare. Non enim episcopalis officij est grammatica exponere, ne laudes Iouis personent ore pontificis.

C. V. ¶ Sacram scripturam, non grammaticam debet episcopus exponere.

Vnde Gregorius scribit Desiderio episcopo, lib. 9. epist. 48.

¶ Cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nuntiata, a cordi nostro nata est letitia, ut negare ea, que sibi fraternitas vestra concedenda popocit, minime valeremus. Sed post hoc peruenit ad nos (quod sine verecundia memorare non possumus) fraternitatem tuam grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, ut ea que prius dicta fuerint, in gemitu & tristitia verteremus: quia in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam graue, nefandumque sit episcopis, canere, quod ne laico religioso conueniat, ipse considera.

4. pars. Liberalem quoque necessitatem patientibus sacerdotem esse oportet: alius autem vacuum portabit nomen episcopi.

C. VI. ¶ Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi.

Vnde Gregorius scribit, lib. 5. epist. 29 seu cap. 129. Secundum sermo Dei inter cetera.

¶ Fratrem nostrum Marrianum episcopum verbis, quibus vales excita: quia obdormisse eum suspicor. & infra. ¶ Dic ergo ei, cum loco miter & mentem. Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, ut remorsus studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam incopiam suam credat: quia si huc non habet, vacuum episcopi nomen tenet.

5. pars. In ipsa autem liberalitate inane adhibendum est rerum, & personarum: rerum, ut non omnia vni, sed singulis quaedam presententur, ut pluribus prodesse possimus, iuxta illud Prophetice. [Dispersit, dedit pauperibus:] personarum, ut primum iustus, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores.

C. VII. ¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus.

Vnde Augustinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

a Ino p. 6. c. 384. b In ipsi. 109. c Burch. l. 5. c. 97. Ino p. 4. c. 161. & p. 5. c. 199. d Supra distinctione 37. c. 8. e Psal. 111.

¶ Donare * res suas histrionibus vitium est immane, non virtus. Et scitis de talibus quam sit frequens fama cum laude: quae sicut scriptum est, [laudatur peccator in desiderijs animae suae & qui iniqua gerit, benedicitur.]

C. VIII. ¶ Grauius delinquunt, qui venatori aliquid donant.

Idem in ps. 102. ad vers. [Faciens misericordias.]

¶ Venatoribus donant, quare donant? dicant mihi, quare donant venatori? Hoc in illo amat, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt: ipsam nequiriam publicam & spectaculis omnium. Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.

C. IX. ¶ De eodem.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Vid venatoribus donant, non homini donant, sed arti nequissimae. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam.

C. X. ¶ De eodem.

Idem in ps. 147.

¶ Ident e homines venatore, & delectantur: & miseris, si non te correxerint. Qui enim vident venatore, & delectantur, videbunt Salyatore, & corruant.

C. XI. ¶ De eodem.

Item Hieronymus in ps. 90. ad vers. [Sperabo in Domino.]

¶ Sane venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus sanctos.

C. XII. ¶ De eodem.

Item Ambrosius in homilia 33. de Quadragesima.

¶ Vid h prodest ieiunare vitibus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis?

C. XIII. ¶ De eodem.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Nisi putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirat, sed fergens congregat ferulos, disponit retia, canes producit, saltus, sylvasque perlustrat? ferulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulata aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quam de perditione feruorum.

C. XIII. ¶ Quae sint in liberalitate seruanda.

Item Ambrosius, lib. 1. de officio, c. 30.

¶ Non satis h est bene uelle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiatur. & infra.

¶ Perfesta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, arumnam perpeti, qui praesertim egere erubescat: si in causam ceciderit, aut captiuitatis suorum, aut calumniae, & non adiuues: si sit in carcere, & penis, & supplicij propter debitum aliquid iustus excrucietur (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius) si tempore afflictionis tua nihil a te impetret, si tempore periculi, quod rapitur ad morte, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri, non est leue peccatum.

¶ Non satis. Hinc vsq. ad c. si quid vero in aliquot

* Ino p. 11. c. 84. + Psal. 9. a Ino p. 13. c. 31. b al. amat. [orig. & sic dicitur. c al. publicant.] d Ino, ibidem. e Ino p. 13. c. 32. f Inter opera adscripta Hieronymo, tomo 8. g Ino p. 13. c. 33. h Ino p. 13. c. 34. i Ino, ibidem. k Ansel. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. l Gal. 6.

resusis Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est unicum caput.

2 ¶ Non est leue peccatum.] Verba haec non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.

C. XV. ¶ De eodem.

Idem ibidem paulo inferius.

Dominus a non b vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, vt Helisaeus, c qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se prophetiam daret.

C. XVI. ¶ De eodem.

Idem ibidem continenter.

Sed probanda illa etiam liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egeris cognoscas. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint, q tu posses conferre inopibus: causam enim natura stat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias, sed vt vitam tibi perpetuum fructu boni operis acquiras: & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere, pretium e tuum quaerunt: vita tua fructum adimere contendunt: & accusant f, quod eos diuites non feceris: cum te illi velint aeterna vitae fraudare mercede.

1 ¶ Causam enim,] Apud B. Ambrosium legitur, causa enim praestat, non gratia, itemque apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & glossa cum impressis concordant. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item ibidem paulo inferius.

Consideranda g est etiam in largiendo aetas, atque iebilitas, nonnunquam etiam verecundia, quae ingenuos prodit naturales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victu quaerere. Similiter & debilitas corporis, & haec inuanda promptius: tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem: & maxime, si non vitio suo, sed aut latrocinio, aut proscriptione, h aut calumniis, quae habebat, amisit.

C. XVIII. ¶ De eodem.

Item libro secundo officiorum, c. 21.

Vltra i etiam i liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, vt abundes pluribus, non cohibendi fauoris gratia ultra modum stitire. Quicquid ex affectu puro, & sincero promittit, hoc est decorum: non superfluas aedificationes aggredi, nec praetermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore k congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini resplendeat: impensas misericordiae conuenientes frequentare i: quantum oporteat, largiri peregrinis, non superflua, sed competentia, &c. Idem. l ¶ Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantum possumus, iuuenimus, & plus interdum, quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas praestare, vel inuidiam perpeti, quam praetendere in euentum, vt nos aliquando in inuidiam incedimus, qui confregimus vasa mystica, vt captiuos redimeremus.

¶ Pulchra etiam,] Apud B. Ambrosium legitur: pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere. Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur vt apud Gratianum, & adest glossa in voce, dato.

a. al. Dem.] orig. b. Poly. ibidem. Ansel. ibid. c. 3. Reg. 19. d. Ansel. ibid. Poly. ibid. e. al. premium. f. al. accipias.] orig. sic deinceps. g. Poly. ibid. Ansel. ibid. h. al. proscriptione. i. Poly. ibidem. Ansel. ibid. k. decore.] orig. l. eod. lib. c. 28.

C. XIX. ¶ De eodem.

Idem ad c. Lucae, in vers. [Generatio viperarum.]

In a singulis quoque generibus hominum conueniens Itribuit Sanctus Baptista Ioannes responsum vnum omnibus, ita: publicanis, ne ultra praeriptum exigat: militibus, ne calumniam faciant, ne praedam requirant, docens idcirco stipendia constituta militum, ne dum sumptus quaeritur, praedo graueretur. Sed haec, & alia officiorum praercepta propria singulorum, misericordia b communis est vltus. Ideo commune praerceptum omnibus officii, omnibus aetatibus necessaria, & ab omnibus defendenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel urbanus, diues, & pauper, omnes in commune admonentur, vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfecta forma virtutis, ne vestimentis, alimentisq; ue suis parcant. Misericordiae tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanae mensura feruetur, vt non sibi vniuersique torum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiat.

C. XX. ¶ De eodem.

Idem ad c. 18. Lucae.

Ceterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. Nam si iuxta c diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quantum magis fames, quae morte grauior est? Quo loco insolentem Dominus infrinat iactantiam, &c.

C. XXI. ¶ De eodem.

Ibidem in libro de officiis.]

Pace d fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poterat, si non paupis, occidit.

¶ De officiis.] Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosium, sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomaeus Vrbinus Eremita in Millesimo, quod collegit ex dictis B. Ambrosii, asserit hunc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.

C. XXII. ¶ De eodem.

Item Hieronymus in commentario ad Galatas, c. 6. in vers. Aliter alterius.

¶ Vi elementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiae, & lacrymarum, quamuis spiritalis sit, non adimpler e legem Christi.

¶ 6. pars. Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem, id est, non ad vindictam faciem.

C. XXIII. ¶ Ad vindictam episcopus facilius esse non debet.

Vnde Gregorius scribit Joanni episcopo Panormitano, libro vdecimo, epist. 49.

¶ Si quid vero de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita: sed praesentibus senioribus ecclesiae tuae diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposierit, canonica distinctio culpam feriat delinquentis.

C. XXIII. ¶ De quodam episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem cuiusdem profectus est.

Idem Ianuario episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1.

¶ Antequam nequitia ad aures meas de tua senectute peruenerit, vt eam nisi adhuc humanitus perseremus, fixa iam maledictione fereremus. Dictu quippe mihi est, quod Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares,

a. Singulis quoque.] orig. b. al. misericordiae. c. Matth. 15. Leuis. 20. Exod. 21. d. Ansel. lit. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. D. T. 2. 2. q. 32. ar. 5. e. adimplebit.] orig. f. 35. q. 7. si quid. g. 1. q. tanta. Burch. l. c. 197. lno p. 2. c. 78. & p. 5. c. 32.

ad exarandam messem latoris presentium perrextilli, & post exarationem eius, Missarum solennia celebrasti: post Missarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minimè timuisti. Quod factum quæ potina debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubi, autem de tanta hac perueritate fueramus, sed filius noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, a, vt aliquando respicias miser sententiam, atque à tanta te leuitate morum, & operum perueritate compescas b. Quando morti vicinior efficiaris, tantò fieri sollicitior, atque timidior debes. Et quidem pœne sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Eos verò, quorum consilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita tamen, vt si quid eis intra duorum mensium spatium humanitas aduenierit, benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum consilio cautus existe: te quoque sollicitè custodi, ne sis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ ulterius, nec senectuti parcamus.

7. pars. Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cadat.

C. XXV. ¶ Non licet episcopo propriis manibus aliquem cadere.

Vnde in Agathensi concilio legitur.

Non licet episcopo manibus suis aliquem cadere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

¶ Agathensi. ¶ Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat, Burchardus & Iuo citant ex decretis Bonifacii Papæ. Habetur autem in nouellis Constit. 13. cap. 16. apud Iulianum antecess. Non dissimilis etiam est canon 28. Apostolorum, quem interpretatur synodus Constanti-nopolitana, que prima, & secunda dicta est, cap. 7.

8. pars. Prohibetur etiam episcopo turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio viduus, vel cetera sibi necessaria querat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id est clericis, & monachis intelligi oportet.

C. XXVI. ¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inserviant.

Vnde in Chalcedonensi concilio, cap. 5. legitur.

Prouenit ad sanctam synodum, quia de iis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum condictiones, & causas seculares suscipiunt: & à sacris quidem officiis se per delictum separant, ad domos autem secularium concurrunt, & sublimitatum eorum gubernationes auaritie causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta, & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est, episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut miseris secularibus procuratoribus; nisi forte, qui legibus ad minorum ætatem tutelam, siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cur civitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefensa sunt, & earum personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, correctioni ecclesiastica subiacet.

DISTINCTIO LXXXVII.

Viduis autem, & orphanis ecclesie presidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, protectione patrocinium eis negare non debent.

a al. hortamur, aliquando respicere. b al. compescere. c Burch. l. 2. c. 116. d Burch. l. 2. c. 145. Iuo p. 6. c. 218. e al. secularium.

C. I. ¶ Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse.

Vnde Gelasius Gerontio, & Petro episcopis.

licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plus tamen viduarum, & orphanorum causas, & impentius dicimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

C. II. ¶ De eodem.

Item Anastasio episcopo.

Defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse pro gratis infirmitate non possunt, exorata misericordie decer subuenire: quia pupillis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericali officij (qui te solatio parentum, vel propinquorum afferunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protectus, & executionis annis noxia commenta non sentiant.

¶ Pupillis. ¶ In eodictibus impressis sequebatur, & viduis, quæ voces expuncte sunt, quia absunt à plevis, vetustis. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agere tantum de pupillis.

C. III. ¶ De eodem.

Item Leonio, & Petro episcopis.

Visquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse cõferri, prona nos conuenit animositate præstare.

C. IIII. ¶ De eodem.

Item Honorio episcopo.

Diuina retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere; egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

C. V. ¶ Teneatur ecclesia, quos in sui defensione suscipit.

Item Fortunato episcopo.

Irreligiosum & profluum, & execrabile iudicamus, si quisquam vel extraneos in sua tuitione susceptos, non omni fide, & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac eum Olympius diaconus dilectionis tuae, Felicis, & Olympij suggeratur aunculus, eosque paruulos tutelæ vice suscepit nutriendos, vltra patrocinium esse iudicamus, quod eos bonitatis d parentum (sicut asserunt) reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges, & iura vendendo.

¶ Quinquæ. ¶ In vulgari eodictibus sequebatur vox, clericos, quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, id est, sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cum sanguine sanctis comparat.

C. VI. ¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet.

Item ex concilio Arausiano l. cap. 5. & sequentibus.

Eos, qui ad ecclesiam confugerint, tradidit non oportet: sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipis ad ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriat. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum ecclesie commendatos, si quis in seruicium, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coercetur.

a al. Leonio. b al. prodesse. c Iuo p. 6. cap. 109. d al. bonisculis. Rabanus pon. cap. 22. Burchardus lib. 3. cap. 195. e Iuo par. 1. cap. 112. Ibidem, cap. 6. C. 7. Iuo par. 1. cap. 154. & 245. Pannorm. lib. 2. cap. 84. f coarcebitur. Jorig.

C. VII. ¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. Item ex concilio Agathensi, c. 29.

Libertas a legitime a dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare praesumpserit, ab ecclesia repellatur.

C. VIII. ¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. Item ex concilio Toletano, 4. c. 71.

Liberti, qui a quibuscumque manumissi sunt, & ecclesia patrociniõ condegnati existunt, sicut regule antiquorum Patrum constituerunt sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio, quod habere noscuntur.

C. IX. ¶ Expositio defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. Item ex concilio Arclateni secundo, c. 32.

Expositus ante ecclesiam cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contellationis ponat de pistoria, ut si is, qui collectus est, intra decem dies questus, agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

DISTINCTIO LXXXVIII.

Prohibentur ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

C. I. ¶ De eodem. Vide Melchias Papa.

Decreuit sancta synodus nullum deinceps clericum possessiones condecere, aut negotia secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, & orphanorum iac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat. Vbi liquidò patet quia alia sunt negotia secularia alia ecclesiastica. Nonne Moyses in saeculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret, qui intus con temptatione raptus, foris in simulantium negotiis vige batur? & infra. Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit: quia videlicet rectores ecclesie non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

¶ Melchias. Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia & munificencia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus continenter sequitur post decreta Melchias (quoniam in recentioribus concilio Neocesariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, ut hoc quoque scriptum olim decretis Melchias adnumerari solitum esset, cum tamen in eo de Niceno concilio, & aliis, quae post Melchiam gesta sunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram, in fra 12. questione 1. apparet.

C. II. ¶ De eodem. Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, cap. 17.

Consequens est, ut illa quoque de Piceni partibus

a. Iuo p. 3. c. 159. & p. 6. c. 51. Pann. l. 2. c. 82. b. Burch. l. 3. c. 186. Iuo p. 6. c. 246. & p. 16. c. 32. Pann. l. 2. c. 83. lib. 6. c. 142. c. concor. Vasense 1. c. 9. Burch. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 252. Poly. l. 3. tit. 13. d. al. ponatur epistola. e. In scripto de primitiua ecclesia, & munificencia Constantini ex concilio Chalcedon. c. 30. f. absint ista dua vocer serè ab omnib. manuscriptis. g. Exo. 33. h. Gen. 28. i. Cici. Aquigranè. c. 93. 14. g. 4. c. clericis. Poly. l. 4. tit. 31.

nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non praeter eunda putarem us: id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus immicere, a nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores de templo verberatos flagellis asserit expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: [Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.] Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure, cantantem. [Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum: aut in quocunque gradu sint positi, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur: quonia domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

C. III. ¶ In sacris ordinibus consuetus secularis curas assumere non debet.

Item ex septimo canone Apostolorum.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam seculares curas assumat, sin aliter, deiciatur.

C. IIII. ¶ Episcopus secularibus causis occupari non debet.

Item Gregorius Romano defensori, lib. 8. epist. 11.

Perlatum est ad nos reuerendissimum Fratrem nostrum Basilium episcopum, velut unum de laicis in causis secularibus occupari, & praetoris inutiliter deseruire. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat: statim ut experientia tua hoc præceptum suscepit, eum ita ad reuertendum districta executione compellat, quatenus illicite insistente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauitur incipias esse culpabilis.

C. V. ¶ Testamentarum tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 18.

Episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

C. VI. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 20.

Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

C. VII. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 17.

Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat.

C. VIII. ¶ Ratiociniorum causas clericis suscipere non debet.

Item Gregorius Quentino ex præfeco, epist. 30. lib. 10.

Inutile, & valde laboriosum est, hominem litteratù, ratiociniorum causas assumere, & in eis, quod non expedit, obligare.

C. IX. ¶ Eugendus est clericus negotiator. Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

Negotiatorem clericum, & ex inopie dinitè, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.

a. al. inbiare. b. Matth. 21. c. 2. Tim. 2. d. Psal. 70. vide infra ca. quoniam. e. Luc. 19. f. ne officina negotiationis, & spelunca positus sit latronum. Jorig. g. Anst. 6. c. 179. h. Polyed. 4. tit. 5. i. Poly. ibid.

DISTINCTIO LXXXIX.

DOmni quoque sua oportet episcopum bene esse prepositum, ut quaedam inde quodammodo futura dispensationis argumeta fuerint. In dispensatione vero ecclesia hanc regulam observandam non erit, ut nulli quantumlibet exercitati a persona duo simul officia committantur, neque facultatibus viri res ecclesiasticas gubernandas committantur.

C. I. ¶ *Vir persona duo non committantur officia.*

Vnde Gregorius scribit omnibus episcopis.

Singula ecclesiastica iuris officia singulis quibusque personis singularim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem adum habent; ita in ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spiritu alij conferendum est hoc officium, alij committendum est illud: neque vni quantumlibet exercitati persona vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia huiusmodi corpus est oculus, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudine repraesentat; ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa & sortitu linem, & venustatem sanctae Dei ecclesiae manifestat. Et sicut indecorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, & simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

¶ *Gregorius.] Caput hoc a collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius episcopi B. Gregorii. Verum a Iohanne diacono lib. 2. vit. eiusdem sancti Pontificis, nu. 54. sic referuntur. Singula ecclesiastica iuris officia singulis quibusque personis singularim committi debere dicebat; astrictus, quia sicut in vno, &c. Ex eo autem non nullas sit emendata.*

C. II. ¶ *Quilibet episcopus vicedominum, & econonum habeat.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 9. epist. 66.

Volunt, & ut frater noster Paschasius, & vicedominum sibi orinet, & maiorem domus: quatenus possit vel hospitibus superuenientibus, vel causis, quae conueniunt, idoneus, & paratus existere. Si vero & negligentem eum prospiciat, & ea, quae diximus, implete differentem; omnis clerus eius adhiberi debet, ut communi consilio ipsi eligant, quorum personae ad ea, quae praediximus, valeant ordinari.

Hinc colligi potest archidiaconi electionem a cuncto clero, si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum disponere.

¶ *Hinc.] Verba haec usque ad vers. officium, absunt a plerisque vetustis exemplaribus.*

C. III. ¶ *Quod sit officium vicedomini.*

Vnde Gregorius Clementinae patriciae, lib. 1. epistol. 11. post alia.

Diaconum & vero Anatolium, quem ad nos dirigi poposcistis, hoc nos facere non posse, causa magis modus, quam rigoris austeritas fecit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commissimus disponendum.

C. IIII. ¶ *De eodem.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine economo episcopi res ecclesiasticas tra-

a 1. Tim. 3. b. Poly. l. 4. tit. 22. Anst. l. 7. cap. 108. luo p. 6. ca. 144. * Rom. 12. c. Poly. l. 4. tit. 22. Anst. l. 6. ca. 145. d. episcopium. e. Anst. l. 7. c. 77. f. 16 q. 7. quonia in quibusda. Anst. l. 6. c. 143. Poly. l. 4. tit. 22. Denysidit. p. 4.

tant, placuit omnes ecclesias habentes episcopos, etiam econonum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiae res cum arbitrio sui episcopi: ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiae dispergi, & sacerdotali dignitati obtrechatio generetur. Si vero quis hoc non obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.

¶ *Hic idem canon refertur infra 26. q. 7. c. quonia in quibusdam. ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca, quae extat in collectione H. dori.*

C. V. ¶ *Secularibus viris res ecclesiasticae non committantur.*

Item Gregorius Lannuario Caralitano episcopo. lib. 7. epist. 66.

Indicatum est nobis, quod quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis, qui postmodum rusticorum vestrorum depradationibus, atque fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi sua ditionis, quippe vestra non suppositi curationi, possint ponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte a vobis discuti conuenit, atque inter eos, ecclesiaeque vestrae rusticos causam examinare subtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pena legibus statuta reddere compellantur. De caetero vero cauendum a fraternitate vestra est, ne secularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis. In quibus, si quid reperiri poterit prauitatis, ut in subditis, emendare quod illicitè gestum fuerit, valeatis: quod videlicet apud vos habitus sui officium magis conuenienter adiuuauerint, quam acculerint.

¶ *Atque fatigationibus.] In plerisque manuscriptis legitur, atque ex fatigationibus: in editionibus epistoliarum B. Gregorii, atque per hoc & fatigationibus: in vno autem vetusto eandem epistoliarum codice, atque per hoc ex fatigationibus.*

2 ¶ *Quod videlicet.] Apud B. Gregorium legitur, quos apud vos habitus sui magis officium comendet, quam excuset.*

3. pars. *Propinquis etiam, vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.*

C. VI. ¶ *Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis.*

Vnde in Toletano concilio 10. c. 3. legitur.

Decenter omnibus placet, & in praesenti tale rescindere factum, & non esse de caetero faciendum. Quicumque igitur pontificum deinceps aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi coniunctis dotalia iura commutare tentauerit, ad suam nefandae praesumptionis excidium, & quod iustum fuerit, deuocetur in irritum, & qui ordinauerit, a communicatione subiaceat. Quae vero ablata fortasse fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.

Porro ipsa officia quare ita sint distinguenda, & non vni persona omnia committenda, ex auctoritate Gregorii, & Bonifacii Papae datur intelligi, qui sic auunt.

¶ *Caput hoc peno usque verbis legitur in epistola Bonifacii secundi ad Eutalium, & Gregorii primi ad episcopos Galliarum, lib. 4. epist. 52. Sic quoque in alijs epistolis B. Gregorii multa legitur, quae in scriptis superiorum Pontificum habentur.*

C. VII. ¶ *Graduum, & ordinum distributio, ecclesiasticam vnitatem conseruat.*

Ad hoc dispensationis diuinae prouiso gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reuerentia minores potioribus exhiberent, & potiores

a Anst. l. 6. c. 146. b committentes. Jori. c. Nam quisquis Jorig. d. de iunctis. Jorig. e. al. loca. f. al. dispositioni.

minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & re ad officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differretur ordo seruaret. Quia verò quæque creatura in vna, eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cælestium miliciarum exemplar nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero.

DISTINCTIO XC.

Litigiosus quoque, prohibetur ordinari, quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere, nequaquam ligandi facilitate alios ad dissidium debet provocare.

C. I. ¶ Clerici discordes deiciantur, vel reuocentur ad concordiam.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto, c. 59. legitur.

Discordantes a clericis episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet.

C. II. ¶ Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationum dona non recipiantur.

Item ex eodem, c. 97. & 94.

Oblationes a dissidentium fratrum neque in sacario, neque in gazophylacio recipiantur. Similiter. f. ¶ Dona eorum, qui pauperes opprimunt, a sacerdotibus refutanda sunt.

C. III. ¶ Extra ecclesiam esse probatur, qui pacem cum proximo non habet.

Item Cyprianus de vnitae ecclesie.

Neque g ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Christum ecclesiam colliguntur? Tales etiam occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur.

C. IIII. ¶ Murmurantes a fratrum vnitae se alieni efficiantur.

Item ex octaua synodo,

Alienus sit a fratrum vnitae, qui murmurat, & opus alicuius abiciatur, qui murmurans extrinsece: ne penam murmurantium incurrat de qua Apostolus dicit [Neque murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.] Iuxta 2 mensuram itaque operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio poeniteat.

¶ In libello B. Basilii de institutis monachorum Resino interprete (qui nuper Coloniae cum regula B. Benedicti est impressus) c. 42. in vltima responsione habetur prima pars huius capituli vsq. ad ver. abiciatur.

¶ Qui murmurans. Eiusdem libelli, c. 50. penultima interrogatio sic habet, Si verò etiam quis murmuret propter escam, quæ erga eum sententia seruabitur? Resp. Ea, quæ circa eos, qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim Apostolus [neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.]

a vna concordia fieret ex diuersitate contextio, Jorig. b equalitate. Don. c al. vnus. d Bur. l. 2. c. 215. Iuo. p. 6. c. 290. e Bur. l. 4. c. 38. & 39. Iuo. p. 2. ca. 47. & 48. f In hac. eorum. g Bur. l. 9. ca. 52. & 54. Iuo. p. 13. ca. 55. & 53. Ex concilio Moguntino. h 1. Cor. 10.

¶ Iuxta.] Hæc pars non habetur in eo Basilii loco. Apud Burchardum vero & Iuonem (a quibus citatur ex concilio Moguntino) sic legitur, iuxta mensuram, opusque peccati, quia in hoc sententia, &c.

C. V. ¶ Corripiantur, qui rixas, & contentiones amant.

Item ex eodem.

Si quis monachus a contentiones, vel rixas amantem, vel manifestum conuincium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati, diu:urna expietur poenitentia. Item. ¶ Qui contentiosus, aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris tamdiu poeniteat, quamdiu culpe qualitas extat.

¶ Si quis monachus.] Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex eodem librorum sexdecim, lib. 5. c. 22. abest autem fere vbiq. etiam in multis Gratiani exemplaribus, vox, monachus.

¶ Tamdiu.] Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 96. ex statuto seniori) legitur, ita poeniteat, qualiter culpe qualitas extat.

C. VI. ¶ Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur.

Item ex concilio Carthaginensi, IIII. c. 25.

Dissidentes a episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 26.

Studendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium coerceant.

C. VIII. ¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt.

Item ex eodem, c. 94.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus sunt refutanda.

C. IX. ¶ A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt.

Item ex concilio Agathensi, c. 31.

Placuit etiam, vt (sicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite disenserint, & ad pacem reuocari diuturna oblatione nequuerint, a sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesia cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

C. X. ¶ In edis maceretur acerimis, qui fratri suo reconciliari noluerit.

Item Fabianus papa.

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo, qui contristauit, acerimis maceretur in edis, vsque dum grauitati animo satisfactionem recipiat.

C. XI. ¶ Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicijm sibi consilium, & auxilium præsentent.

Item Innocentius secundus.

Precipimus, vt episcopi ad solum Deum, & salutem populi habentes respectum, omni repuditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi con-

a In regula Isidori, c. 17. Bur. l. 10. c. 62. Iuo. p. 13. c. 63.

b abest a multis exempl. c In l. sententiarum Patrum, c. 96. ex statuto seniorum. Bur. l. 10. ca. 53. Iuo. p. 13. c. 54. d Bur. l. 1. c. 62. Iuo. p. 5. ca. 172. e Bur. l. 2. ca. 101. Iuo. p. 5. c. 203. f Cohortentur vera lectio.

g Sup. ea. oblationes. Bur. l. 5. ca. 39. Iuo. p. 2. ca. 48.

h Bur. l. 10. ca. 61. Iuo. p. 13. c. 62. i al. diutina intentione. k Bur. l. 10. c. 59. Iuo. p. 13. c. 60. ex Fabiano.

l In concil. Lateranen. c. 9. extra de reuoca. & pace. c. 16. precipimus. ex Alex. 3.

filium, & auxilium prebeant; neque hoc alicuius amore, vel odio pretermittant. Quod si quis in hoc Deo opere tepidus in uentus fuerit, damnum proprie dignitatis incurrat.

C. XII. Expellendi sunt a communione fidelium, qui sibi inimici reconciliari noluerint.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

Prælatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus uelle, & ut cadant, decertare: similiter in sacramentis discere: & ob id contentiones, & emulationes fieri inter vos: a quibus dissensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere citò neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolica sedis, & totius ecclesie communione uos pelli non dubiteris.

DISTINCTIO XCI.

¶ **Q**ui autem turpi lucro, vel inhonesto negotio victum sibi querere prohibentur, de obligationibus ecclesie stipendia consequantur. Quod si ecclesia ei sufficere non poterit, proprio artificio, & vel agriculturalura (exemplo Apostoli, qui de labore manuum uinebat) sibi necesse uia inueniat: ita tamen, ut occasione sui operis uigiliis ecclesie non desit. Quod absque inaequalitate sui corporis nulli impudè conceditur.

C. I. ¶ Corripiantur clerici, qui officiis matutinis, vel uespertinis se subtrahunt.

Unde Pelagius e Papa.

Leutherius frater, & coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbire: & id, quod nobis iubentibus facta in sermone cautione promissit, ut quotidianis diebus uigilia in eius celebrarentur ecclesia, illis contemnentibus implere non posse, sed magis unumquemque suis (postposito ecclesie seruitio) vacare negotiis. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obituarguere compesce, & modis omnibus, uigiliis vacare compelle.

C. II. ¶ De eodem. P. A. L. E. A.

[Item ex concilio Nannetensi.]

Presbyter g mane, matutinali officio expleto, penum seruitutis suae, canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persoluat: ita tamen ut postea horis competentibus, & signis designantibus iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholaribus publicè compleantur. Deius de peractis horis, infirmis uisitat, si uoluerit, ad opus rurale exeat ieiunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitiu, siue diuersorum commeatium, infirmorum quoque, atque defensorum succurrere possit usque ad statutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate. h. It. ex dictis S. Benedicti. i. ¶ Propheta dicente [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratu numerus a nobis sic implebitur, si matutina, prima, tertia, sexta, nona, uespera, completorium; tempore nostrae seruitutis officia persoluamus: quia de his dixit propheta [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis uigiliis adem ipse propheta ait [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiae suae.

a Pann. l. 8. c. 147. Poly. l. 4. tit. 13. b al. fratres. c al. artificio. d Act. 2. & i. Cor. 4. 1. Theff. 2. & 2. Theff. 3. e al. Gelasius. f Anst. 7. c. 165. g extra de cele. mis. ca. 1. ex Agathensi. Bur. l. 2. c. 104. luo. p. 6. c. 181. ex Nannetensi. h al. opportunitatis. i In reg. S. Benedicti, ca. 16. Bur. l. 2. c. 105. luo. p. 6. ca. 212. k Psal. 118.

C. III. ¶ Sine officii detrimento, artificio sibi clericus necessaria querat.

Item in concilio quarto Carthaginensi. c. 52. & 49.

Clericus uictum, & uestimentum sibi artificio, uel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimento, parat: b. Item. c. ¶ Clericus, qui absque corporali sui inaequalitate uigiliis d. desit, si stipendio priuatus excommunicetur.

¶ Priuatus.] In postrema Colonensi conciliorum editione legitur priuatur. Sed in uetustioribus Colonensibus, duobus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilij manuscriptis Vaticanis, & uno Soricensi regio legitur, quemadmodum apud Gratianum.

C. IIII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

Clericus, quantumlibet uerbo Dei eruditus, artificio uictum querat. Item. ¶ Omnes clerici, qui ad operandum ualidi sunt, & artificio, & literas discant. Qui uero non emendo aliquid in mundanis, uel in foro deambulans, ab officio suo degradatur. Interemptores autem ab officio declinantes, uel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.

¶ Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis quarti non suo ordine dispositis.

¶ Interemptores.] In exemplaribus concilij etiam manuscriptis legitur, clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, uel negligentius agentem, ab officio suo remouendum. Contra enim in cano. e. 42. uobis, clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus uero, ob quas (praeter tyrannorum persecutionem) aliqui clerici officium suum deserebant, agit B. Ambrosius epist. 17.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Aurelianensi, l. c. 30.

Clerici uero, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

¶ **C**um autem ad ecclesiam uenerint, corde magis quam uoce Deo cantandum meminerint.

C. I. ¶ Corde, non uoce tantum Deum laudare debemus.

Unde Hieronymus lib. 3. comment. ad cap. 5. epist. 7. ad Ephesios.

Antantes, g & psallentes in cordibus uestris Domino.] Audiant haec adolescentuli: audiant ij, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non uoce, sed corde cantandum: nec in tragediarum modum guttur, & fauces dulci medicamine linienda h. iunt, ut in ecclesia Theatrales moduli audiantur, & cauita, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

Ab officio autem cantandi, & psallendi diaconi inueniuntur exempti; ne dum uocis modulationi student, altaris ministeria negligant.

C. II. ¶ Cantandi officium diaconi sibi non usurpent.

Unde Gregorius lib. 4. epist. 44. seu c. 88. & lib. 12. post finem epistolarum in concilio ab ipso habito.

In sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est ualde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacris altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi uocis inserviant,

a Bur. l. 2. c. 303. luo. p. 7. c. 180. b al. apparet. c Cap. 49. d distinct. 92. c. 8. e Bur. l. 2. c. 102. luo. p. 6. ca. 179. & 180. f C. 53. C. 48. Bur. l. 2. ca. 210. luo. p. 6. ca. 285. Bur. l. 2. ca. 51. C. 50. g Anst. 7. ca. 70. 1. ph. 5. h al. collinendas, ut. i Anst. 7. ca. 69. Poly. l. 4. tit. 30. luo. p. 2. ca. 79.

quos ad pradicacionis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. Vnde sit plerumque, vt ad sacrum ministerium, dum blanda vox queritur, quari cogrua vita negligatur, & cantor minister Deum moribus imulet, cum populū vocibus delectat. Qua de re præfenti decreto constituto, vt in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Evangelicæ lectionis officium inter Missarū solennia exoluant: psalmos verò, ac reliquas lectiones cense per subdiaconos vel clericos exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit.

1. ¶ Ministerii.] In impressis sequebatur, constituti, que vox expuncta est, quoniam neque in velsia Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in glossa ad vesp. ministerium, que etiam glossa non est inter vetustiores.

2. ps. A quibus ordinandos oporteat esse immunēs breuiter monstratum est. De quorum verò manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cum ei in ipsū constituti ab episcopis suis debet ordinari.

C. III. ¶ Qui non sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallant, neque legant. Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

Non liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.

De episcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, supra definitum est.

3. ps. ¶ Nunc autem queritur de his, qui ordinati, à parochiis suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eis aliter nolentur, an in aliorum parochia episcopali possint officium celebrare. De his in concilio Martini Papæ sic iudicatum est.

C. IIII. ¶ Sacerdotis tantum officium gerat episcopus, quem sua parochia non recipit.

¶ Si quis ordinatus episcopus, pro contentione populū, aut pro aliqua ratione, non pro sua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem sacerdotis tantummodo contingere; ita vt de rebus ecclesiæ, in quam venit, nihil sibi præsumat, sustineat autem, quod de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

1. ¶ Episcopus.] In vulgatis sequebatur, ad parochiā, cuius est electus: que inducta sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.

2. ¶ Contentione.] In duobus velsis exemplaribus Gratiani, & vno conciliorum Regis Catholici legitur, contentione.

C. V. ¶ De episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

¶ Si electus, minimè accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populū vetet, & aut propter aliam causam, non tamen eius vitio perpetrata, hic & honoris sit, & ministerij particeps: dummodo rebus ecclesiæ, vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat. Quem etiam obseruare continent, quidquid synodus perfecta 3 prouincia iudicando decreuerit.

1. ¶ Vetet.] Ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ δὲ παρὰ τὸν, eo quòd populū recuset. (suscipero.)

2. ¶ Obseruare.] Ἐπιβλέπειν, id est, expectare &

3. ¶ Perfecta.] Antea legebatur, perfecta. Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem sit synodus, quæ hic perfecta, & in paulo post se

a In capitulis Martini Bracarensis c. 45. b Cap. Martini Bracarensis c. 10. c Vide Pelag. 11. in epi. ad Benignū. Poly. l. 2. tit. 13. luo. p. 5. ca. 151. d al. continet. e In epi. Poly. ibid. Burch. l. 1. ca. 141. luo. p. 5. ca. 152. f al. cui. g al. vicia.

quentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. si quis episcopus, tertio.

C. VI. ¶ A sua parochia non recepti alia molestiam non inferant.

Item ex concilio Ancyrano, c. 28.

¶ Si qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerint quæ alia occupare parochias, & vim præfulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando; abici b placeat. Quòd si voluerint in presbyterij ordine, vbi prius fuerant vt presbyteri residere, non abiciantur à propria dignitate. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterij quoque, honor talibus auferatur, sicut quæ damnatione notabiles.

C. VII. ¶ Communiōe priuatur episcopus qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit.

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Si quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquirerit ire ad ecclesiam sibi commissam; hunc oportet communionem priuari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

1. ¶ Et sibi.] Ita etiam Burchardus, & Iuo. Sed in versione Dionysii, quam in ceteris partibus referunt, legitur: & præse populo constituit ministerium subire, & c. quod ad verbum de greco expressum est.

C. VIII. ¶ Sine concilio integri ordinis vacantem episcopum vacans ecclesiam non adeat.

Item ex eodem, c. 16.

¶ Si quis episcopus vacans in ecclesiam non habentem episcopum surripias populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiam si populos, quem seduxit, desideret illum; alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem, & perfectum concilium dicimus illud; cui metropolitanus & episcopus inter fuit.

¶ Hæc versio, quomodo & Gratianus, & Burchardus, & Iuo sequuntur, eadem fere est atque illa Martini Bracarensis. Dionysiana verò longè magis accedit ad verba graeca.

1. ¶ Metropolitanus.] Adendum est, Metropolitanus etiam. Sic enim graecè, ὁ τῆς μητροπόλεως.

4. ps. Quòd autem supra clerici se vigilis & subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti, negligentiam suam corrigere contemnunt.

C. IX. ¶ Excommunicatur clericus, qui ab episcopo communitus, matutinis, vel vespertinis horis adesse neglexerit.

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

¶ Si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus si iatra ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, & ad quotidianum psallendi officium h matutinis, vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit, deponatur à clero; si tamen castigatus veriam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

DISTINCTIO XCIII.

¶ Bedientiam autem inferiores ordines superioribus debent. Summo enim Pontifici ea debentur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat

a Poly. ibid. Burch. l. 1. ca. 36. luo. p. 5. ca. 147. b ἀφορῶν, id est, segregari. c ἀνεργουῦν, id est, abdicationis. d Poly. l. 2. tit. 12. Burch. l. 1. c. 37. luo. p. 5. ca. 148. e Apud Martinū Bracar. c. 9. Burch. l. 1. c. 139. luo. p. 5. ca. 150. f sup. dist. 91. c. clericus victum. g In cap. Martini Bracar. c. 64. ex Tolet. l. 1. c. 5. h al. sacrificium. i al. ex ordine. 61 1302

ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit: nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram defuerit.

C. I. ¶ Cui pro actibus suis Apostolicis imitatur, communicare non debemus.

Vnde beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis populum alloquens inter cætera ait.

SI inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commotione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur: ut vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis præfidentis. Si verò quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei ecclesiam volunt, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra est. Et est multò nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica gerit, & ecclesiam dispergit, ac vastat. Ideoque charissimi his Apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta certior charitas vestra sollicitius deinceps agere studeat, & cautius, ne peruerit, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeat facultatè.

¶ Ideoque.] Hinc vsque ad finem sicut in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potissimum videtur Gratianus cætera etiam sumpsisse.

C. II. ¶ A nullo debet suscipi, quem Romana depellit ecclesia.

Item Gregorius lib. 5. epist. 26. seu c. 126.

Mitatus valde sum, quia in tanto Salonitanæ ecclesie clero, vel populo, vix duo ex sacris ordinibus inuenti sunt, frater scilicet, & coepiscopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesie, qui communicare Maximo sacerdotum rapienti, minime consentirent, & se Christianos esse cognoscerent. Debuilt enim filij charissimis pensare ordines vestros: & quem sedes Apostolica repellat, repulsum cognoscere, ut prius, si posset, ab illarum criminibus munda-ret, & tunc ei vestra dilectio communicaret, & ne particeps obligationis eius existeret.

C. III. ¶ Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur.

Item Cyprianus de unitate ecclesie.

Qui cathedram Petri, super quam fundata est ecclesia, deserit, in ecclesia se esse non confidat.

¶ Apud Cyprianum Romæ impressum hæc leguntur.

Hanc ecclesie unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui ecclesia renuitur, & resistit, in ecclesia se esse confidit? Verum in Vaticana bibliotheca, præter octo integra Cypriani exemplaria, est etiam aliud, in quo tantum opuscula quædam continentur. Inter ea hic tractatus. Argue in eo codice, item quæ in alio integro Monasterij S. Saluatoris Bononiae sunt verba hæc, quæ à Gratiano, & Leone afferuntur. Ac sane paulo ante Cyprianus hæc ipsam Petri cathedram esse ostenderat, vnde vnica ecclesie penderet.

Episcopi verò, qui Apostolica ordinationi subiacent, etiam hanc reuerentiam debent, ut sese singulis annis, Apostolorum liminibus representent.

a Clemens epist. 1. Anacletus epist. 1. Alex. epist. 1. Fabianus epist. 1. Conc. Valen. 1. c. 6. 2. q. 2. c. 15. Ivo p. 14. c. 22. Ansel. 1. c. 6. Poly. 1. tit. 16. b al. habere] al. gratiam reparare. c Ansel. 1. c. 11. Ivo p. 5. ca. 361. d aliquem.

C. II II. ¶ Singulis annis Apostolorum liminibus visitent episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subiacent.

Vnde Anacletus, & Zacharias Papa.

Iuxta sanctorum Patrum, & canonum instituta, omnes episcopi, qui huius Apostolicæ sedis ordinationi subiacent, qui propinqui sunt annuè circa Idus Maij sanctorum principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita. Qui verò de longinquo, iuxta chirographum suum impleant. Qui autem huius constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiacere sententiis.

¶ Hic est canon quartus synodi Romæ habitæ sub Zacharia Papa, quæ extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.

2. pars. Reliqui vero in ecclesia minores semper debent maioribus subesse, sicut in synodo Romana S. Synesij, c. 7. legitur.

C. V. ¶ Minores maioribus obedientiam exhibeant.

Ad diacono vsque ad lectores omnes subditi sine diacono Cardinali vrbis Romæ, in ecclesia representantes ei honorem. Porro Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolytus, acolyto exorcista, exorcista lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbati monachus in omni loco representent obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesie.

¶ Caput hoc & apud Gratianum, & in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum: Burchardus & Ivo sic habent. A subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in ecclesia honorem representantes tantum. Pontifici verò presbyter, diaconus, subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco representent obsequium, siue in publico, siue in gremio ecclesie. Verum ob magnam codicum varietatem, & propter glossas, ac doctores dicta nihil ferè in textu mutatum est.

¶ Abbas.] De abbate, & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.

C. VI. ¶ Quod sit officium diaconorum.

Item ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

Diaconi ecclesie tamquam oculi sint episcopi, oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesie, & perscrutantes diligentius, si quæ videant vicinum fieri præcipit, & proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum. & infra. ¶ Sed & de peregrinis similiter episcopo suffragari refouendis, & cætera his similia, quæ ad cultum ecclesie, & discipuli nam eius pertinent, diaconis curæ sint.

¶ Et infra.] Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur, & ita. alia verò nonnulla verba restituta sunt ex originali.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, eadem epistola.

Sacerdotes et verò B. Petrus sal terræ, & mundi sumus docens præcepit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait. ¶ Beatus estis, cum maledixerint vobis homines, & rel.] & iterum, [vos estis sal terræ.]

a Leo epist. 4. c. 7. Poly. 1. 4. tit. 25. Ansel. 1. 6. c. 164. b al. Idibus Maij. c Bur. 1. 2. c. 224. Ivo. p. 6. c. 299. Ansel. 1. 7. c. 65. d Et. 1. 2. consti. c. 48. e Ansel. 1. 7. c. 67. f Matih. 5.

C. VIII. ¶ Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali providentia non gubernantur.

Item ex concilio Parisiensi.

N^o VII. a ratione clerici, aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina, & providentia gubernantur. Tales enim acéphalos, id est, sine capite prisca ecclesie consuetudo nominavit.

C. IX. ¶ De eodem.

Item ex epist. Clementis.

Q^{ui} suis episcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiam, & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis, qui recte episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

C. X. ¶ Illi in Deum se adhibent, qui suo non obediunt episcopo.

Item Anacletus epist. I.

I^lle proculdubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem.

C. XI. ¶ Septem debent esse diaconi in unaquaque civitate.

Item Evaristus ad episcopos Africanos, epist. I.

D^{ia}coni (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in unaquaque civitate, iuxta Apostolorum constituta, apteque debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse episcopus ab infidiatoribus quoquo modo infelletur, aut lædatur a suis, aut verba diuina, detrahendo aut infidando, polluantur, vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat feruore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet.

C. XII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Neocæsariensi, c. 14.

D^{ia}coni septem esse debent secundum regulam, quævis magna sit civitas. Regule autem auctoritas ista est, quæ d & liber actuum Apostolorum ide insinuat.

I^{tem} ¶ Quamuis magna Antea legebatur, quamuis non magna, i mendacium est ex canone graeco, (qui etiam recitatur in sexta synodo, c. 16.) & ex vulgatis etiam versionibus. In canonibus primæ Nicænae synodi, qui ex Arabico in Latinum conversi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia, quæ fortasse canonem significanti Andreas Colossensis septima actione synodi Florentinae.

3. ps. Ut igitur ex præmissis apparet, diaconi debent obedientiam presbyteris, sicut presbyteri episcopis. Sed diaconi superbientes, sacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manerunt, eorum supercilium, reprimentes, atque ut sacerdotibus condignam obedientiam exhiberent, decernentes.

C. XIII. ¶ Nihil eorum, quæ sunt decreta primis ordinibus, vindicent diaconi.

Vnde Gelasius I Papa ait.

D^{ia}conos propriam constitutum servare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum, quicquam tentare permittimus: Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus proprie decrevit antiquitas. Abique episcopo, vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortassis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema cõpellat. Quod & laici Christianis facere plerumq; conseditur. & in sacra Sacri corporis prærogationem huiusmodi conspectu pontificis, seu presbyteri (nisi his absentibus) non habeant exercendi.

a Concordat conc. Mogunt. sub Carolo, c. 22. Burc. l. 2. c. 226. Ino. p. 6. c. 301. b Ino. p. 6. c. 245. c Poly. l. 2. tit. 38. Ansl. 7. c. 69. d ab eis ab orig. e Ex prisca versione. Ordo Ro. c. 9. Conc. Aquigr. c. 64. f Poly. l. 3. tit. 10. Ansl. 7. c. 63. Burc. l. 4. c. 57. Ino. p. 1. c. 252. & p. 6. c. 69. g ab officij. Jorig. c. 10. in medio. h al. erogationem.

I ¶ Gelasius.] Sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burc. & Inonem. Nam in impressis erat, Pelagius.

C. XIII. ¶ Inferiores presbyteris se diaconi cognoscant.

Item ex concilio Nicæno, c. 14. sen 18.

P^{re}uenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam, & civitatibus presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam diaconi etiam ante episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur: & in sua diaconi mensura permaneant; scientes, quod episcoporum quidem ministris sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacrae communionis accipiant, aut episcopo, aut presbytero porrigente. Sed nec federe in medio presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post hæc definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debet.

¶ Prior pars huius capituli usq; ad vers. amputentur, est ex prisca versione in canone quarto decimo. Reliqua vero pars est ex versione Dionysij, in canone 18. quæ quidem totam afferunt, & codex canonum, & Burcharius, & Ino.

I ¶ Sacramenta sumunt.] Græcè est, τὸς ὀπισθεν ἀποτρῦναι, quod Dionysius vertit, oblata contingant, quamquam Burcharius, & Ino hoc vno serè loco distrepantos habent, ille quidem, sacra oblata contingant, hic vero, sacram oblationem contingant.

C. V. ¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur.

Item ex d concilio Laodicensi, cap. 20.

N^o ¶ On oportet diaconum coram presbytero sedere: sed iussione presbyteri sedeat: similiter autem diaconum honorem habeat a sequentibus, id est, a subdiaconis, & omnibus clericis.

C. XVI. ¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet.

Item ex eodem, c. 25.

N^o ¶ On oportet diaconos panem dare, nec calicem benedicere.

I ¶ Diaconos.] In versionibus prisca versione editionibus est, diaconum. Græcè est, τὰν ὑποδιακόνων, quod Dionysius vertit, subdiaconos, & sic habetur in concilio Aquigranensi.

C. XVII. ¶ Sicut episcopus, ita & presbyteri diaconi ministrent.

Item ex concilio Carthaginensi quar 10. c. 17.

D^{ia}coni ita se presbyteri, sicut episcopi ministros, esse cognoscant.

I ¶ Quarto.] Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in concilio quarto Carthaginensi, & in codicibus Gelatiani etiam manuscriptis, itemq; apud Anselmum titulo huius capituli erat additum. Carthaginensi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, quod minimè convenire ostendunt acta sextæ synodi Carthaginensis: ad quam Zozimus Faustinum Potentinae ecclesie episcopum, Philippum, & Asellum legatos misit. Nam quarta habitata est Honorio iij. & Eusebiano coll: sexta verò Honorio xij. & Theodosio vij. coll. id est, anno vigesimo post. Quo anno prout ex Africano concilio can. 76. & sequentibus apparet) contra Pelagium & Celestij hæresim quædam sunt definita, cum Celestinus ad Zozimum Papam appellasset: quod ex nonnullis manuscriptis Zozimi, & episcoporum, Africa ad ipsum epistolis, quæ in bibliotheca

a In Aquigr. c. 41. Burc. l. 5. c. 26. Ino. p. 2. c. 36. b & in Aeg. ca. 65. & Aquigr. c. 77. c Ansl. l. 7. ca. 65. Burc. l. 2. c. 221. Ino. p. 6. ca. 196. Aquigr. ca. 78. d Poly. l. 2. tit. 39. Ansl. l. 7. ca. 63.

Vaticana seruantur, demonstratur. Quare, cum Lozinus in pontificatu duos tantum annos, & menses aliquot vixerit, necessarium est multo ante ipsius Pontificatû quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.

C. XVII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 38.

Præsentem a presbytero diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iustus eroget. C. XIX. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 39. & 40. & 41.

Diaconus b se deat quolibet loco, iubente presbytero. Item Diaconus in conuentu presbyterorum in interrogatus loquatur. Alba verò tempore oblationis tantum, vel lectionis vtatur. C.

C. XX. ¶ Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant.

Item ex concilio Toletano 4. c. 38.

Nonnulli d diaconi in tantam erumpunt superbiâ, vt se presbyteris anteponant, atq; in primo choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, vt sublimiores se presbyteros agnoscant, tam hi, quàm illi in vtroq; consistant.

¶ In vtroque. Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur, in vtroque ordine, & in tomis conciliorum impressis, in vtroque choro: tamen in vetusto codice conciliorum Regis Catholici, & plerisq; vetustis Gratiani, etiam impressis neutra vox habetur.

4. ps. Compagis f verò calciari absq; Apostolici licentia diaconis non permittitur, sicut nec mappulis vsi absq; eiusdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur.

C. XXI. ¶ Absque Apostolica licentia Diaconi compagis vsi non præsumant.

Vnde Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 28. in dict. prima.

Peruenit g ad nos, diaconos ecclesie Catanensis calcæatos compagis procedere, præsumpsisse: quod quia nulli hæc tenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo diaconis ecclesie Messanensis, quibus olim a prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tanta temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si ita, sicut ad nos peruenit, inuenerit verum esse, vtrum vel a se, vel alicuius hoc auctoritate præsumpsit, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea, quæ male vrsurpantur, omitimus, excessus viam alitis aperimus.

¶ Erh. ita. Hic & paulo inferius addita sunt aliquot verba ex originali.

C. XXII. ¶ Mappulis clericis sine Apostolici licentia vsi non debent.

Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu cap. 93.

Illud h autem, quod pro vtendis a clero vestro mappulis scripsistis, a nostris est clericis forciter obuiatum, dicentibus nulli hoc vquam alij cuiuslibet ecclesie concessum fuisse, nec Rauennates clericos illic, vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua conscientia præsumpsisse; nec si tentatum esset, ex fertiua usurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam, si in quolibet ecclesie hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola surreptione præsumitur. i

a Poly. ibidem. Ansel. l. 7. ca. 66. Burel. l. 4. c. 13. Iuo. p. 2. b Ansel. ibid. c al. induatur. d Burel. l. 2. c. 22. Iuo. p. 6. ca. 297. e al. sibi. f Ioan. diac. l. 4. c. 8. g Ansel. l. 7. c. 74. h Ioan. diac. l. 4. c. 2. Ansel. l. 7. ca. 168. i al. præsumit.

C. XXIII. ¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non viuat.

Item Hieronymus a de septem ordinibus ecclesie, c. 9.

Diaconi b sunt, quos in Apocalypsi c legimus, septem Angeli ecclesiarum: hi sunt septem candidabra aurea: hi voces tonitruorum. & infra. ¶ Virtutum operatione præclari, humilitate præditi, & quieti, humiles, euangelizantes pacem, annuntiantes bona, dissensiones, & rixas, & scandala reiectantes, doctes, & soli Deo colloquentes, in templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri, & matri, non noui vos, & filios tuos non agnoscentes. & paulo post. ¶ Sine hoc sacerdos nomen i g non habet, ortum non habet, officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scriptum est. [Quis h maior est, qui ministrat, an cui ministratur?] Et sicut in sacerdotio ministratur, ita in ministro est sacramenti dispensatio. & paulo post. ¶ Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem; nisi eis traditus fuerit a diacono. & paucis interiecit. ¶ Ita enim Deus noster omnipotens vniuersa disposuit, vt qui maiorem se esse crediderit, minor sit; & qui videretur minor, maior existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componunt mensam Domini: Leuitæ cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicunt, k assistunt: Leuitæ ante sacerdotes orant, vt si distinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant sibi episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt; maiores se esse in eo, quod sunt humiles, cognoscant. Tunc demum, l vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipse prædicat, ipse hortatur, ipse comonnet, astantibus sacerdotibus, ne leuiter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, aut negligenter aspicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, m vt non solus sacerdos in templo totum agere, & implere videatur. & infra.

¶ Nunc autem ex quo in ecclesie, sicut in Romano imperio, creuit auaritia; perit lex de sacerdotibus, & visio de propheta. Singuli quique per n potentiam episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite abique ecclesia vindicant, totum, quod leuitarum est, in vsus suos redigunt, nec hoc sibi, quod scriptum o est, vindicant; sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infelix clericus in plebis; & civilis p operi mancipatus publicam a quolibet deponit alimoniam. ¶ Et quidem ex eo de spiciunt cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatur, iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse. & infra. ¶ Solus incubat bonis, r solus ministerio vitur, solus vniuersa sibi vindicat; solus partes inuadit alienas, solus occidit vniuersos. & paulo post. ¶ Hinc propter sacerdotum auaritiam odia confurgunt: hinc episcopi accusantur a clericis, hinc principum s lites, hinc detractionis t causa, hinc origo criminis. Etenim si vnusquisque ita in hoc u mundo visibili aliquid possidere iubetur, vt sua tantum possessione contentus sit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineas, non subuectoriu x aliquid, non famulos, non fructus, quanto magis, qui ecclesie Dei præest, debet ita in omnibus seruare iustitiam, vt sibi hoc tantum vindicet,

x Inter opera B. Hieron. to. 4. vel 9. b Poly. l. 2. tit. 39. Ansel. l. 7. ca. 72. c Apoc. 1. d abest ab orig. e Dent. 33. f al. nouimus. g al. nomen habet. h Mar. 10. i consecratio. j vera lectio. k al. benedicuntur. l deinde. m Exech. 7. n pro potentia. o orig. p al. adscriptum. q al. seruili. r al. elemosynam. s diuitiis. t orig. s al. principium litis. u desolationum cause. v hunc mundum visibiliter possidet. w orig. x al. subiectorum.] al. subiectorem.

militatis, ac patientia haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legi imē, & plene honorari, dū circa falsos sacerdotes ipse talis exiit. ^a Meminisse autem diaconi debent, quoniam Apostolos, id est episcopos & praepositos ^b Dionisius elegit: diaconos autem post ascensum Domini in caelos Apostoli tibi constituerunt, episcopatus sui, & ecclesiae ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit, possumus & contra nos audere diaconi, a quibus sunt.

7. ps. Hoc autem, quod diaconorum minoritate dicitur, ubique servandum est, nisi eum locum diaconus habere vi aut proprii Patriarchae, aut sui metropolitani.

C. XXVI. ¶ Diaconus sacerdotibus non praefatur, nisi locum metropolitani obtineat.

Vnde in sexta synodo, c. 7. legitur.

Præcipimus & ne diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit) ante presbyterum se deat: nisi cum locum habuerit proprii Patriarchae, aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero praesumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsi, vitimus omnium fiat in ordine suo.

DISTINCTIO XCIII.

Ubi diacono etiam summus Patriarcha vices suas committere valet.

C. I. ¶ Etiam subdiaconi vices suas Apostolica committit ecclesiae.

Vnde Gregorius ad episcopos Siciliae libro primo, epistola prima ait.

Valde necessarium esse perspeximus, ut sicut praedecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemque personae omnia committeramus, ut ubi nos praesentes esse non possumus, nostra per eum, cui praecipimus, repraesentetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostrae, intra provinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostrae ecclesiae no. citur patrocinium & commissio.

¶ Gregorius. J. Restituta est inscriptio ex Polycarpo. Nam antea legebatur, Symmachus Papa.

2. ps. Legatum vero Apostolicum, sedis quicumque impediunt, usque ad satisfactionem excommunicentur.

C. II. ¶ Excommunicentur, qui legatum sedis Apostolicae in potestate tentaverint.

Vnde Alexander Papa I. epist. 2. omnibus episcopis.

Si quis autem legationem impedit, non vnius, sed multorum profectum auerit. Et bene multis nocet, ita a multis arguendus est, & honorum societate privandus. Et quia Dei causa impedit, & statum turbat ecclesiae; ideo ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus itaque & talis est cavendus, & non in communionem fidelium, usque ad satisfactionem recipiendus.

¶ Legationem. In epistola ipsa, concilio Triburten. et apud Burchardum additur, velt tam. En enim legatio videtur significari, quia Apostolos. & episcopos pro Christo summi docuit beatus Paulus. 2. Corinth. c. 5.

3. ps. Archidiaconi vero, quamvis ex officio suo clericorum vitam diligentem examinatione debeat inquirere, & quae corrigenda inveniunt, episcopo nuntiare, tamen dominationem super eos exercere, & censum ab eis exigere prohibetur.

a al. existit. b al. presbyteros c. Ius. p. b. c. 123. d. Poly. l. i. c. 14. Aus. l. i. c. 26. e. al. patrimonium. f. Conc. Triburten. c. 5. g. Burch. l. 5. c. 37. h. al. enertit. i. al. arcendo. k. al. quoque.

C. III. ¶ Archidiaconi super presbyteros jurisdictionem non exercent.

Vnde in Cabilonensi concilio, c. 15. legitur.

Idem est, quod in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercēt dominationem, & ab eis censum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis pertinet ordinē.

¶ Si enim iuxta Apostoli ^b sententiam, episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo; multo minus facere illi hoc debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab episcopo eis iniungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem, & avaritiam praesumentes.

DISTINCTIO XCV.

¶ Sed autem sacerdotes supra inbentur episcopis tanquam subditis obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, praesentibus episcopis sacra mysteria celebrare (sicut episcopali si periculo quidam ab his volebant presbyteros prohibere: sed quia presbyteri pontificibus tanquam filij parentibus debent obedire. Baptizatos etiam christianis tangere conceditur.

C. I. ¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri christum tangant.

Vnde Gregorius scribit Laxario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26. in dict. 12.

Prævenit quoque ad nos, quædam scandalizatos fuisse, quod presbyteros christum tangere in fronte eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus. Sed si omnino hac de re aliquid contristantur, vbi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos christum tangere debeant, concedimus.

Supra hoc episcopus contra Quatuor chorepiscopos, &c.]

C. II. ¶ Ultra suum modum presbyteri tendere non praesumant.

Item Gelasius Papa episcopi per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 8.

Presbyteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec episcopali fastigio debita sibi audeant assumere, non conficiendi christum, non consignationis pontificalis adhibenda sibi audeant arripere facultatem.

Sed istud Gregorij pro scandalo sedando semel concessum legitur. Illud autem I. conu. Papa. & Gelasij, vsu approbante, praxialiter nisi forte, ubi aliquorum consuetudo hoc admisit, ut in absentia episcopi, extremam necessitate cogente, ex concessione Gregorij, presbyteri baptizatos in fronte liniant: & Prohibitio vero Leonis, & Gelasij in eo casu intelligatur, cum episcopi praesentes sunt, vel cum non regit vltima necessitas. Oleo vero sanctificato permittitur eis tangere infirmos. Vnde Iacobus ait infirmis, quis in vobis inducat presbyteros ecclesiae, qui orent super eum, & ungent eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum. 2. ps. Sed quæritur, an episcopi liceat eodem oleo ungeri infirmos: vel si impotentibus huiusmodi unctio sit concedenda.

C. III. ¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopis infirmos tangere.

De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum episcopum epist. 1. c. 11.

Illud & superfluum videmus adiecerim, ut de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est

a Ius. p. 3. ca. 134. b 1. Pet. 5. c. De consecr. dist. 4. presbyteri baptizatos. d. baptizandi. Jor. Poly. l. 3. ca. 10. Mar. 4. senten. dist. 7. ca. 1. e. baptizandos. Jor. f. lac. 5. g. Alminus de distinctio officij. p. 4. g. 4. Canon Normacien. l. 72. Ius. p. 2. c. 75.

Nam idcirco de presbyteris dictum est, quia episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languis ire non possunt. Ceterum si episcopus aut potest, aut dignum dicitur alioquem a se visitandum; & benedicere, & tangere chrisma sine cunctatione potest, cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non penitentibus illud infunditur non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus puratur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quae tua dilectio voluit a nobis exponi, prout iocunimus, respondere curauimus.

¶ Non penitentibus] In epistola Innocentii tam impressis quam manuscriptis (licet aliter referatur auctor glossae in concilio Neomacienfi, in quo hoc idem reperitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa, ut est in antiquis exemplaribus) utraque lectio exponitur.

3. pars. Chrisma vero a suis episcopis ad baptismi sanctificationem presbyteri petant.

C. IIII. ¶ Chrisma singulis annis a proprio petatur episcopo.

Vnde in concilio Carthagenensi, 4. c. 36.

Presbyteri, qui per diocesem ecclesiam regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per iuniorum clericum, sed omni anno aut per seipsum, aut per illum, qui sacramentum tenet, ante Pascha solennitatem chrisma petant.

¶ Huic capiti rubrica est praeposita ex aliquot vetustis exemplaribus.

¶ Omni anno.] Verba haec non sunt in editionibus conciliorum Colonensibus duobus, & quatuor tomis impressorum, neque in fra de consecr. dist. 4. ubi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & in Colonensibus, ac trium tomorum, & duobus Parisiensibus, duobusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. literis de consecr. dist. 3. a Fabiano Papa singulis annis novum chrisma fieri praecipitur.

C. V. ¶ Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine praesunt episcopi presbyteri.

Item Hieronymus ad caput primum epistola ad Titum, ad ea verba [& constitutus.]

¶ Olim idem erat presbyter, qui & episcopus. Et antequam diaboli insinua studia in religione fierent, & diceretur in populis [Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cepha] communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christus, in toto orbe decretum est, ut vnus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret, & schismatum semina tollerentur, & paulo post. ¶ Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiae consuetudine ei, qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis Dominicae veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere ecclesiam regere.

C. VI. ¶ Coram episcopis presbyteris docere licet. g Idem ad Russicum Narbonensem episcopum de septem gradibus ecclesiae.

¶ Ece ego dico, praesentibus episcopis suis, atque assistantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. & infra. ¶ Sed quia scriptum est [presbyteri duplici honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini,] praedicare eos decet, vtile est benedicere, congruum confirmare, conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inuali-

a De cons. dist. 4. presbyteri. Burc. l. 4. c. 76. Iuo p. 1. ca. 270. Pann. l. 1. c. 101. b Ansl. 7. ca. 127. Poly. l. 2. tit. 39. c Idem ergo est presbyter. orig. d. 1. Cor. 1. e supponeretur. orig. f. dispositionis. orig. g. al. non licet. h Inter opera Hiero. 10. 4. vel 9. i Ansl. 7. c. 128. k 1. Tim. 5.

dis, atque omnia Dei sacramenta complere. & infra. ¶ Nemo hinc episcoporum inuidia diabolice tentationis infatus, irascatur in templo, si presbyteri interdum exhortentur plebem, si in ecclesiis praedicent, si plebibus, vt scriptum est, benedicant. Etenim abnuenti mihi ista sic dicam: qui non vult presbyteros facere, quae iubentur a Deo, dicat, quis maior est Christo? aut quid corpori eius, aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum conserat, cum in altario Dei sacramenta benedicit, tunc dicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare? & paulo post. ¶ Circa 2 laicos, ac mulieres, iubentibus vobis in iustissimi sacerdotes, presbyter Dei benedictionis perdit officium, amittit linguae opus, non habet confidentiam praedicandi, truncatus est omni parte virtutum, solum presbyteri nomen habet. plenitudinem, ac perfectionem, quae consecrationi eius competit, non retinet. ¶ Quis hic, rogo, o sacerdotes, honore vestre est, vt damnum gibbi a interatis? Quoniam cum passioribus per potentiam vestram auferatur Deo digna dignitas, contagium quoddam, & calamitas creticit in gregibus: ac Dominici patrimonij damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesia potentari. & pauca in interiectione. ¶ Presbyteri ab initio, vt legimus, negotiorum iudices esse mandati sunt, presbyteri interesse sacerdotum concilio: quoniam & ipsi presbyteri vt legimus, episcopi nuncupantur, secundum quod scriptum est ad 4 episcopum: [Noli negligere gratiam, quae data est tibi per impositionem manuum presbyteri] & alibi e ad maiores nati [Qui vos posuit episcopos regere ecclesiam Dei.] & infra. ¶ Sed oderunt hoc sacerdotis superbi in presbyteris nomen, qui nolunt esse hoc, quod Christus, qui discipulorum pedes lauit; qui baptizatus est a Ioanne, licet baptizandum se Ioannes a Domino proclamaret. Propterea haec scribo, vt si praeteriti temporis error non potest iam reuocari, vel ad praesens in ecclesiis seruetur humilitas, vt presbyteri hoc in ecclesiis suis faciant, quod Romae, siue quod in oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illyrico, quod in Hispania, quod in Britannia, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, ubi humilitas persequeretur, quod in caelis fit (quod maius est) ubi sedes angelorum habet esse dispositas.

¶ Ecce ego.] Principium huius capitis longe aliter legitur in libello de septem gradibus, & additur negatio, Nec ego dico praesentibus episcopis, atque assistantibus altari presbyteros posse sacramenta conficere: sed si forte vnus exegerit, vt venientes ad ecclesiam sacerdotes eidem horis, quibus aut oblatio parata non sit, aut non possit offerri, non debere episcopum repudiare eucharistiam presbyterorum, &c.

¶ Circa laicos.] In libello sic legitur, tamen credendum est summi sacerdotis iudicio, & hoc faciendum, quod iusserit circa laicos, & mulieres. Iubentibus vobis iustissimè sacerdotibus, non rectè presbyter Dei, benedictionis, &c.

¶ Ac Dominici.] Ibidem est, ac Deo nostro non patrimonij sui damna conquiritis, dum soli vultis in ecclesiis potentari?

¶ Ad episcopum.] Hoc loco longe plenior est ratio in libello. & pro hac auctoritate Apostoli ad Timotheum, multa alia afferuntur.

C. VII. ¶ Episcopi, & clerici inuicem sibi honorem adhibeant.

Item ad Nepotianum, episcopi secunda.

Ta i subiectus pontifici tuo, & quasi animae parente suscipe, & paulo post. ¶ Sed episcopi sacerdotes se

a gregibus, vera lectio. b 2. Tim. 3. c consilio. orig. d. 1. Tim. 4. e Act. 20. f Iohan. 13. g Matt. 3. h eorum. orig. i Ansl. 7. c. 121.

esse

esse nouerint, non domines, honorēt clericos quasi clericos, vt & ipsis à clericis quasi episcopis honor deferatur. ¶ Scitum est illud oratoris Domitij: Cur ego te, inquit, habeam vt principem, cum tu me non habeas vt senatorem? ¶ Quod Aaron & filij eius, hoc episcopum, & presbyteros esse nouerimus. ¶ Vnus Dominus, vnum templum, vnum sit etiam ministerium. ¶ Recordemur semper, quid Apostolus Petrus a precipiat sacerdotibus [Pascite eum, qui in vobis est gregem Domini, prouidentes non coacti, sed spontaneè, secundum Deum, neq; vt turpis lucri gratia, sed voluntariè, neq; vt dominantes in clerum, sed forma facti gregi b ex animo, vt cum apparuerit princeps pastorum, percipiat immarcescibilem gloriæ coronam. [¶ Pessimæ consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere presbyteros, & presentibus episcopis non loqui quasi aut inuideat, aut non dignentur audire.] Et si alij, inquit Apostolus Paulus, fuerit reuelati sedenti, prior taceat. [¶ Paulus p̄st. ¶ Gloria d̄ patris est filius sapiens.] Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes.

C. VIII. ¶ Presbyteri episcopos non praecedant, sed comitentur, vel subsequantur.

Item ex concilio Laodicensi, cap. 56.

Non oportet presbyteros ante ingressum episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus, sed cum episcopo ingredi, nisi forte aut aegrotet episcopus, aut in peregrinationis commodo i eum abesse constiterit.

¶ In peregrinationis commodo. Sic Prisca versio: sed Dionysius longe propius ad verba Graeca, nisi forsitan infirmitate detineat, aut proficiscatur episcopus. *πλὴν ἐὰν μὴ ἀναγκασθῆναι ἢ ἀποδιδῆναι ἐν τῆσιν κληρῶσιν.*

C. IX. ¶ Episcopus non dominum, sed collegam se presbyterorum cognoscat.

Item ex concilio Carthaginensi III, cap. 34.

Episcopus in quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur.

C. X. ¶ De eodem.

Item ex eodem, cap. 35.

Episcopus e in ecclesia, & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum verò collegam se presbyterorum esse cognoscat.

C. XI. ¶ Sine praecipio episcopi presbyter non signet infantes.

Item ex concilio Martini Papae.

Presbyter f praesente episcopo non signet infantes, nisi ab episcopo fuerit illi praecipitum.

C. XII. ¶ [De eodem.] P A L E A.

Item ex concilio Neocaesariensi I, cap. 13.

Presbyteri a ruris, in ecclesia g ciuitatis, episcopo p̄sente, vel presbyteris ipsis vrbis, offerre non possunt, nec panem sacrificatum dare, calicemq; porrigere. Si verò absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt.

1. ¶ Neocaesariensis. Antea citabatur ex Genuensi. Rescripta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hac ferè Dionysij versio.

2. ¶ Sacrificatum. Alibi vbiq; legitur, sacrificatum, Grace est in concilio impresso, *ἀγρον διδδων ἐν εὐχῆσιν.* Sed apud Balsamonem *ἀγρον εὐχῆσιν.* id est, panem mysticae precatationis.

3. ¶ Ad dandam orationem. Et *ἐν εὐχῆσιν καὶ ἐν μυστικῶσιν.* id est, & solus ad mysticam precatationem vocatus fuerit, dat.

a 1. Pet. 5. b al. gregis. c 1. Cor. 14. d Prou. 10. et 13. e Ino. p. 5. c. 337. f In capital. Mart. Brac. c. 52. de consec. dist. 4. c. omni tempore. * Mart. Brac. c. 56. An. l. 7. c. 188. Birc. l. 5. c. 44. Ino. p. 2. 53. g *ἐν τῆσιν εὐχῆσιν.*

DISTINCTIO XCVI.

¶ Illud a autem Honorij Augusti, quod de electione summi Pontificis supra constituisse legitur, nullius esse momenti probatur: cum non solum de ordinibus, sed nec etiam de rebus ecclesiasticis legatur aliquando laicis attributa dissondi facultas. Vnde quacumq; à Principibus in ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus decreta inueniuntur, nullius auctoritatis esse monstrantur.

C. I. ¶ De rebus ecclesiasticis disponendis, laicis nulla facultas relinquitur.

Vnde Symmachus episcopus catholicae ecclesiae vrbis Romae synodo praesidens, dixit.

¶ Bene b quidem fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecrata sub diuini timore iudicij, quae erant statuenda, definiuit, & ad iustitiae cumulum peruenit, dum sufficienter vniuersa completur: nec ad imitationem indiget plenitudo, maxime de clericis, quos amor dominationis inuasit, & iugum disciplinae ecclesiasticae se cit respuere: & paulo post. ¶ Quorum excessus enarrare difficile est: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare, non differo. Dixerunt inter alta scripturam quandam illustris memoriae Basilium, quasi pro ecclesiasticae amore substantia, conscripsisse, in qua nullus Romanae ecclesiae, nec interfuit, nec conscripsit antistes, per quem potuisset fortiori legitimam firmitatem. Ne verò ego inde disputem, vnde e potest vestrum iudicare concilium, requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. Sancta synodus respondit: deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisdas diaconus recitauit. [Cum in d Mausoleo, quod est apud B. Petrum Apostolum, resideret & sublimis, & eminentissimus vir praefatus praetorio, atque patritius, agens etiam vices praecellentissimi Regis Odoacris Basilium, dixit. Quamquam studij vestri, & religionis interit, vt in episcopatum electione concordia principaliter seruetur ecclesiae: ne tamen g per occasionem seditionis, status ciuitatis h uocetur in dubium, admonitione i beatissimi viri Papae nostri Symmachij k Simplicii, quam ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiae detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione, cuiuslibet celebretur electio.] Hæc cum legerentur, Cresconius episcopus ciuitatis Tuderinae ecclesiae, surgens de consessu dixit [Hic perpendat sancta synodus, vt l praetermissis m personis religiosis, quibus maxime cura est de tanto Pontifice, electione laici in suam redegerint potestatem, quod contra canones esse manifestum est.] Itē Hormisdas diaconus legit [Nam & cum quid confusio- nis, atq; dispēdij venerabilis ecclesiae sustineret, miramur praetermissis nobis, quiddam de rebus ecclesiae fuisse tentatum, cum etiam sacerdote nostro superflite nihil sine nobis debuisset assumi. Quare si amplitudini vestrae n vel sanctitati placet incolumbia omnia quae ad futuri antistitis electionem respiciunt, religiosa ueneratione seruemus, hanc legem specialiter praerentes, quam nobis, hæredibusque nostris Christianae mentis deuotione sancimus: ne vnquam praedium, seu rusticum,

a s. dist. 69. c. si duo. b In synod. Rom. 3. sub Symmacho, cap. 1. c seq. c sed vt possit. orig. d In vnum apud beatum. origin. Ibid. cap. 2. e resedissent, sublimis. orig. Verb. Basilij. f nostri. orig. g al. ne per. h al. ciuitatis. i al. tamen admonitione. k ab est dilectio [Symmachus] ab orig. sed auctor castus. l glossa habuit. m al. praetermissis personis religiosis. codex cano. Verba Basilij. n vestra sanctitatis.

seu urbanum, vel ornamenta, aut ministeria ecclesiarum, quae nunc sunt, vel quae ex quibuslibet titulis ad ecclesias iura pervenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris saeculis sequantur, quocumque titulo, atque commemento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit, inefficax, atque irritum iudicetur, sitque facienti, vel consentienti, accipienti, anathema. [¶ Maximus episcopus Illeranae ecclesiae dixit.] Modò sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico homini anathema in ordinem ecclesiasticum dicere: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebar constituere. Dicite, vobis quid videretur: De me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit, Non licuit, & ad eicem lege sequentia. Hormisda diaconus legit: [¶ Eius, qui praedium rusticum, vel urbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, noverit se nulla lege vel prescriptione munitum, sed siue is, qui alienaverit, siue qui eum sequetur, voluntate contraria praedium huiusmodi alienatum revocare voluerit, id eum fructibus restituat, quos illic fuerit consecutus.] ¶ Hæc cum legeret Stephanus episcopus Venerinae ecclesiae, sui gens è confesso dixit, Perlegatur. Hormisda diaconus legit: [¶ Quae poena placuit accipientis etiã hæredes asserere. In qua re euilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegium instat, vt quæ vel pro salute, vel pro requie animarum suarum, & vniuersi, venerabili Ecclesiae, pauperum causa contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quos hæc maxime seruare conueniat, in alterum transferatur. Plane quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, nec nõ & vestibus minus apta vibus, vel ornatu videbuntur ecclesiae, quæ seruati, ac diu manere non possunt, sub iusta aestimatione vendantur, & erogationi religionis proficiant.] ¶ Cumque lecta fuisset, Laurentius episcopus Mediolanensis ecclesiae dixit [¶ Ista scriptura nulli Romano ciuitatis porro obligare Pontificem: quia nõ licuit laicos statuendi in ecclesia, præter Romanum Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi: maxime cum nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus.] ¶ Petrus episcopus Ravennatis ecclesiae dixit [¶ Scripturam, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est, quia nec canonibus conuenit, & a laica persona cõcepta videtur, maxime quia in ea nullus præfatus Apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur.] ¶ Eulalius episcopus Syracusanae ecclesiae dixit. [¶ Scripturam quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam: Primum, quod contra patrum regulas a laicis, quamuis religiosis quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliqua disponendi legitur vniquam attributa facultas, facta videretur: deinde quod nullus præfatus Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cuiuslibet prouinciae sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint, irritum esse debere sancti Patres sanxerunt: quanto magis, quod in Apostolica sede, non existente præfate (qui merito B. Petri Apostoli pro vniuersum orbem primum obtinens sacerdotij, statutis synodalibus conuenit tribuere firmitatem) a laicis (licet consentientibus aliquantibus episcopis, qui tamen Pontifici, a quo consecrati probantur, præiudicium inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere nõ dubium

est, nec posse inter ecclesiastica villo modo statuta censeri. Sancta synodus dixit: Licet secundum profectionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentij, Petri, Eulalii, Creteoni, Maximi, vel Stephani; nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; veruntamen etiam si aliqua posset ratione subsistere, modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestrae sententia enertuari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret, præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi iudiculis a Deo cura commissa doceret.

1 ¶ Cum in Mausoleo.] Hoc initium scripturae Basilij in tomis conciliorum & codice canonum sic habet, Cum in vnum apud B. Petri Apostoli resedissent, sublimis, &c. Omnino aut multae sunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani, in variis conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partem indicata, partim non data sunt, quae maioris ponderis sunt visa.

2 ¶ Reuocare.] Sic est emendatum ex omnibus concilij exemplaribus, & impressis, & manuscriptis, cum antea legeretur, retinere.

3 ¶ Qua poena.] In omnibus editionibus conciliorum legitur, Quam poenam placuit accipientis hæredes, pro hæredesque respicere. In codice vero canonum manuscripto non est dictio, pro hæredesque.

C. II. ¶ Imperatores ad fidem confirmandam, non potentiam ostendendam synodo interesse debent.

Vnde in sexta actione Chalcedonensis concilij Martinianus Imperator dixit inter cetera.

Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus, vt inuenta veritate, nõ ultra multitudo prauis doctrinis attracta discorder.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex eadem sexta actione, in fine.

Vadam & capitula sunt, quæ ad honorem vestrae reuerentiae vobis seruauimus, decorum esse indicantes a nobis hæc irregulariter potius firmari per synodum, quam nostra lege sanciri.

C. IIII. ¶ Synodali conuentui Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur.

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imp. quæ incipit [Proposueramus.]

Vbinam d. legillis, imperatores antecessores vestros synodali conuentibus interfuisse, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, & quæ omnium communis est, quæ nõ solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos?

C. V. ¶ De præfatis diuinarum rerum, qui humanis rebus præfati, iudicare non possunt.

Idem in eadem epistola.

Denique hi, quibus tantum humanas res, & non diuinas præesse permittitur, quomodo de his, quos diuina ministrantur, iudicare præsumant, penitus ignoramus.

C. VI. ¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regis usurpet.

Idem paulo inferius.

Cum ad ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ

a Verba Basilij. b al. consequenter. c al. quilibet. d al. Basilij verba. e al. forte. f al. alieni. g al. regni religioni proficiat. h 1. d. q. 3. c. 2. i al. nunc. k al. praeiudicium. l al. consecrati.

a al. liquet. b Anselm. c Anselm. d Anselm. e Anselm. f s. d. i. p. 10. c. quoniam. Anselm. b. Impera-

Imperatorum usurpauit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus fide acibus propriis, & dignitatibus distinctis, officia potestatis virtutisq; discreuit, propria volens medicinali humilitate sursum esse ferri, non humana superbia rursus in infernū demergi, vt & Christiani Imperatores pro aeterna vita Pontificibus indigerent, & Pontificibus pro aeternis temporalium tantummodo rerum imperiabilibus legibus vicerentur, quatenus spiritalis actio carnalibus distaret inter se, & ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis praesidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.

¶ Ad verum.] Post vltima verba capituli antecedentis sequitur continetur in eadem Nicolai epistola. Fuerit haec ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent: Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia, quodq; in membris suis diabolus imitatus: (vt pote qui semper quae diuino cultui conueniunt, sibi met tyrannico spiritu vindicare contendit) vt pagani Imperatores iude & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eundem Regem atq; Pontificem, vltra sibi, &c. Nihil autem mutatum est, & ob glo. san. & quoniam est initium capituli. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt, s. dist. 10. cap. quoniam.

C. VII. ¶ A seculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet.
Idem in eadem, paucis interiectis.

Satis euidenter ostenditur, a seculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem, quae constat a pio principe Constantino (quod longe superius memorauimus) Deum appellatum: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. Sed & Theodosius minor a sancta synodo scribens Ephesiae primae, dixit [Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus Comes strenuorum domesticorum transire vsq; ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quide iis, quae faciendae sunt de piis dogmatibus quaestiones, seu potius expositiones, communicare. Illicum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus. ¶ post pauca. ¶ His itaq; manifeste reperitis, apparet comministrum Ignatium per imperialem tantum modo sententia nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia praesulum quoq; assensus est subsecutus, apparet in eaula fuisse patrum adulationis, non legitimaer factionis.

¶ Theodosius minor.] Verba haec sunt accepta ex epistola Theodosii, ac Valentiani Imperatorum synodo Ephesiae per Candidianum missa, quae est in extremo primo actionis ipsius synodi. In versione antiqua, qua seruatur in bibliotheca Vaticana, & quae Latinae editioni est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quae refert Nicolaus, & optime conueniant cum Gracis.

C. VIII. ¶ Facta Pontificum Imperator indicare non debet.

Idem Ludouico Imperatori.

N scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse. Verè si propriis oculis vidissem sacerdotē Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantē, chlamydem meam expoliarem, & cooperire eum, ne ab aliquo videretur [In quibus desideratissime sibi, necessario commoneamini, vt quemadmodum fide & religione, ac honoris paritate ei aduari videmini: ita quoq; humilitate, atq; deuotione

a. al. inferna. b. 2. simot. 2. c. Gen. 14. d. Anselmus libro 1. cap. 71. Responsum in Historia libro 3. cap. 2. e. ouis uergo. f. Habentur aliqua in eodem epist. ad Michaelem, Anselm. ibid. g. explicitissim. & cooperissem eum.] Nicolaus in epist. ad Mich.

egparari nihilominus anheletis, ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exempla, qui talē se exhibuit ante alia prorsus exempla. Sed hoc quidē diximus cautos nos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, qui iure patres dicuntur, aliquid contigerit nos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infructu, sed pudoratos filios Noë imitantes. paternam de reliquo verecundiam cōtegatis, vt affluenti, quemadmodū & illi, benedictione repleti, moderante Domino mereamini.

C. IX. ¶ Regum, & principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur.

Item ex epistola Gregorij VII. ad Hermannum Melensem episcopum, lib. 8. epist. 21.

Quis dubitet sacerdotes Christi regum, & principum, omniumq; fidelium patres, & magistrōs censere? Nōne miserabilis infania esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suae potestati subiungere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in caelis seligari posse, & solui?

C. X. ¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt.

Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.

Duo sunt quippe Imperator Auguste, quib; principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificū, & regalis potestas. In quibus tanto grauius pondus est sacerdotū, quanto etiam pro ipsis regibus dominum, in diuino sunt reddituri examine rationem. ¶ post pauca. ¶ [Nostri itaq; inter haec ex illorum tempore iudicio, non illos ad tuam redigi posse voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusq; vultu auctoritatis pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum, beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, vt sanctus Ioannes Chrysostomus a sua sede pelleretur) excommunicauit. B. Ambrosius, sicut sanctus, non tamē vniuersalis ecclesiae episcopus pro culpa, quae aliis sacerdotibus non adeo grauis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans, ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostēdit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principum sui Pastoralis scribens. [Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adaequari. Si regum fulgore cōparet, & principū diademati, longē erit inferius, q̄ si plumbi metallū ad auri fulgorē cōparet, quippe cum videas regum colla, & principū submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiti.]

¶ Duo sunt.] Caput hoc sumpsum est ex eadem epistola Gregorij VII. ex qua antecedens: & ab hoc vsq; ad verbum voluntatem, sicut verba ipsius Gelasij in epistola, quae habetur impressa, citata a Gregorio VII.

¶ Excommunicauit.] Si hic interpanatur caput, Alius item. 7. 15. 9. 6. haec pars epistole integra habetur.

C. XI. ¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non praesse.

Item Ioannes Papa.

Sig Imperator catholicus est, (quod salua pace iph

a. al. Italia. * Genes. 9. b. Anselmus lib. 1. cap. 84. Ino part. 5. cap. 178. Pannorm. libro 5. cap. 108. c. In eadem epist. Gregorij septimi. Capitul. libro 5. cap. 167. Concil. Paris. libro 1. cap. 3. Polyc. libro 1. tit. 27. Anselmus libro 1. cap. 73. Pannorm. libro 5. cap. 109. d. v. c. m. i. b. b. e. e. al. velle. f. Ambrosius de dignit. Sacerdot. cap. 2. g. Polyc. libro 1. tit. 19. Anselmus libro 4. cap. 12. ex Ioanne 8.

dixerimus) filius est non p̄sul ecclesiæ: quod ad religionem competit, dicere ei conuenit, non docere: habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus consecutus est, vt eius beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates, quas, si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum ius, & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, à quo omnia constituta sunt; & contra illius beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericus, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipi; de errore remeant. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis p̄sulibus, non p̄ferre.

C. XIII. ¶ De eodem.

Item Gelasius ad episcopos orientales.

NVnquam a de pontificibus, nisi ecclesiā iudicasse: non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam, absq; ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus, absq; solete principes Christianos decretis ecclesiæ, non suam p̄ponere potestatem, episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

C. XIII. ¶ [De eodem.] P A L E A.

Constantinus Imperator coronam, & omnē regiam dignitatem in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit. Nam in gestis B. Syluestri (quæ beatus Papa Gelasius in concilio Ixx. episcoporum à catholicis legi commemorat, & pro antiquo vsu multas hoc initari dicit ecclesiās) ita legitur.

¶ Apud Anselmum lib. 4. pro rubrica capituli 32. hæc habentur. Quod Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. In principia verò eiusdem capituli 32. hæc leguntur, In gestis beati Syluestri, &c. vsq; ad finem huius, & seq. palca, quemadmodum etiam in collectione Dens dedit.

C. XIII. ¶ De eodem. P A L E A.

Constantinus Imperator b quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cætera legitur. [Vtile iudicauimus vnā cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso senatu optimatibusque meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur constitutus, ita & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quā terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, cōcessam à nobis, nostrisq; imperio obtineant, eligentes nobis ipsam principem Apostolorū, vel c eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanā ecclesiā decreuimus veneratè honorari, & amplius, quā nostrum imperium, & terrenum thronum, sedē sacratissimam beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatē, atq; vigorem, & honorificentiam imperiatē. Atq; decernentes sancimus, vt principatū teneat tam super quatuor p̄cipuas se-

des, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanā, Constantinopolitanam, quā etiam super omnes in vniuerso orbe terrarū ecclesiās Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidelis Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. ¶ infra. ¶ Ecclesiæ beatorum apostolorū Petri & Pauli pro continuatione luminariū, possessionum p̄dixā contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram imperialem iussione m sacrā, tam in oriente, quā in occidente, vel etiam septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei concessimus, ea profus ratione, vt per magnus beatissimi patris nostri Syluestri summi Pontificis, successorūq; eius omnia disponantur. ¶ infra. ¶ Beato Syluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vr̄bis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de p̄senti contradiimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygium, nec non & superhumeralē, videlicet lorum, quod imperiale circūdare assolet collum; verumetiam & chlamydem purpuream, atq; tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatē imperialium p̄sidentū equitum, conferentes etiam & imperialia scepra, simulq; cuncta signa, atq; banda, & diuersa ornamenta imperialia, & omnem processionem imperialis culminis, & gloriæ potestatis nostræ. Viris autem reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitatem, potentiam, & p̄cellentiam habere sancimus, cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patritios, & consules effici, nec non & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur; ita & clericum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus. Et quem admodum imperialis potentia officij diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atq; omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam Ecclesiā decorari volumus. Et vt amplissimè pontificale decus p̄stet, decernimus & hoc, clericorum eiusdē sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis & lintheaminibus, id est, candidissimo colore decorari equos ita & equitare. Et sicut noster senatus calcementis viturcum vdonibus, id est, candido lintheamine illustratis, sic vtantur & clerici, vt sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. P̄ omnibus autem licentiā tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro, & successoribus eius ex nostro iudicio, & vt quem placatus proprio cōsilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorū connumerare, nullus ex omnibus p̄sumat superbere agere. Decernimus itaq; & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quā ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore B. Petri gestare. Ipse verò beatissimus Papa, quia super coronam clericatū, quam gerit ad gloriam B. Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona, nos phrygium candido g nitore splendidum resarcitionē Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenetes frænum equi ipsius pro reuerentia B. Petri, stratoris officium illi exhibuimus,

a In originali hæc pendens ex superioribus. Polyc. ibidem. Ansel. lib. 6. cap. 157. * Ansel. lib. 4. cap. 32. Dens dedit lib. 4. cap. 1. b In edicto Constantini, quod est post concil. Neocæsariense. Anselmus lib. 4. cap. 32. Dens dedit ibidem. c al. & eius successores.

a Antioch. Alex. Jorig. impressum. b al. concinnatione. c al. eius libertatem concessimus. d luo par. 5. cap. 49. Pannorm. lib. 4. cap. 1. e al. phrygium. id est, mitram. f Suidas in hoc verbo βαρδία. g al. candidi nitore splendidam.

statuente eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processibus, ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex nõ vilescat, sed magis, quàm terreni imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam urbem, & omnes Italia, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatisimo Pontifici nostro Syluestro vniuersali Papa contra dimus, atq; relinquitur: & ab eo, & à successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atq; iuri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedimus permanens. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatem in orientalibus transferri regionibus, & in Bizantia prouincia optimo loco, nomini nostro ciuitate edificari, & nostrum illic constitui imperium, quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hec verò omnia 7, quæ per hanc nostram imperiale sacram, & per alia diualem decreta statutus, atq; confirmamus, vsq; in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde corâ Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & corâ terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retrò temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc aut infringere, aut in quocunq; conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temeratur, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiacet in nodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsentia, & in futura vita sentiat contrarios; atq; in inferno inferiori cõcrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impiis. Huius verò imperialis decreti nostri paginâ propriis manibus roborantes, super venerandum corpus B. Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romæ 3. Calend. Aprilis. Domino nostro Elauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v. c. Cosl.

Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus alia palea esse non solent.

1. ¶ Constantinus. Verba hæc vsq; ad vers. In eo privilegio, non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis beati Syluestri in his, quæ a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.

2. ¶ Vitale. Hinc vsq; ad finem sumpta sunt ex gestis, seu actis sancti Syluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi. Privilegium sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Constantinus Augustus sancto Syluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit super corpus B. Petri Apostoli, De quo item privilegio Leo I. X. in epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Arcidiani episcoporum, c. 13. sic loquitur: Pauca ex privilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cælestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. De iisdem gestis siue actis Gelasius in concilio lxx. episcoporum (& referuntur s. dist. 15. in cap. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vuardi in festo S. Syluestri legitur, cuius actus clari habentur. Inueniuntur verò etiam hodie pernotus litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantule quorum interpres in præmio hæc ait: Historiogra-

et al. & gloria potentia.

graphus noster Eusebius Cæsaria Palestine vrbis Episcopus cum historiam ecclesiasticam triberet, prætermisit ea quæ in aliis opusculis sunt, vel quæ se meminisse retulisse. Nam viginti libros omnium penè prouinciarum, passionum martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde secutus & ab Apostolo Petro, omnium episcoporum nomina, & gesta conscripsit, & eorum vrbium, quæ arcem pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscuntur, vt vrbis Romæ, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbium episcoporum omnium prætorum nomina vsque ad tempus suum, & gesta Græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcoporum vrbis Romæ sanctum Syluestrum me de Græco in Latinum transferre præcepisti, Domine sancte, ac beate pater. Quibus verbis, quicunq; sit auctor istius præmio, eadè gesta ab Eusebio Græcè scripta fuisse clarè proficitur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus & codicibus, in quibus sanctorum vite sunt descripte, in vita beati Syluestri referuntur. Partem horum actuum (quod ad beatissimum Constantinum, & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irene scripta, quæ in secunda actione septimæ vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem privilegium ferè integrum refert Leo I. X. loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in vrbium nomocanone, tit. 9. cap. 1. quanquam aliis in rebus (quod Græci seruantque solent) Romana ecclesiæ non satis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitari Anselmus, Deusdedit, in locis notatis. Quod ea perinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensionem scripsit. Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ constituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus B. Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit, mox per imperiali rescripti seriem Romana ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirum beato Syluestro suisq; successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterentur in capite, & cæteras regij cultus insulas usurparent. Veram beatus Syluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere iudicabat officio, in propriis vfus assumpsit: coronam verò, vel cætera, quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod, eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italia iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt: Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem edificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfredus Viennensis in chronico, par. 5. cap. 2.

3. ¶ Præfidentium equitum. Græcè est apud Balsamonem, & ἀξιωματικῶν τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, id est, & dignitates imperialium equorum.

4. ¶ Id est, patritios. Locus hic Græcè sic habet, & ἔχει ἐπέπλω τὸν ὑψηλότατον, & μεγαλοσύνην, ἢ ἐκδομῆται ἢ μετὰ τὴν σύγκλητον ἡμῶν, ἢ τοι οὐ πατριχικῆς, & οὐ κόνσουλῆς, ἢ τοι οὐ πατριχῆς, id est, & illam habere celsitatem, atque amplitudinem, quæ ornatus est magnus noster senatus, siue patritij & consules, siue hypati & reliquæ dignitates.

5. ¶ Cum vdonibus. Græcè est hic locus habet pau-

ἡρι σου δάδρα λούρη δια ὀνόματι, ἕως καὶ τὰ ἕρηνια, ὡς καὶ τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰσεῖν τὸ θεῖον. id est, Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis, ita etiam ecclesiastica, sicut terrena ad Deilandē.

6 ¶ Quem placatus.] ἡ καὶ πρὸς τῆς συγκλήτης βασιλέως καὶ τῆς ἑκκλησίας, καὶ εὐαρίστου ἡμεῶν κληρικών, ἔως τῆς ἀσπίδος τῶν ἁγίων κληρικών συναγωγῆς. ἡμεῖς, ὡς καὶ τὰ ἑκκλησιαστικά, ἡμεῖς τὸν ἑκκλησιαστικόν ἐκπέδωκεν τὸ θεῖον. id est, ut si quis ex senatu sponte sua, quodq; ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnib. hoc audeat impedire.

7 ¶ Hec verò omnia.] Hic quoq; est magna verborum varietas, sed eadem ferè sententia.

C. XV. ¶ Imperialis auctoritas religiosa dispensationis mensuram non mutat.

Item Gelasius ad episcopos Dardania.

Sicut quamvis parva ciuitas prerogatiuam presentis regni non inuit, sic imperialis presentia mensuram dispensationis religiosa non mutat. ¶ Semper est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescūq; Pontifices sint, et si errore humanitus accidentē, non tamē contra religionem vllatenus excedentes: nullatenus videantur à seculari potestate posse percelli.

¶ Semper.] Mutatus est à collectore orationis duntaxat, que antecedunt, recitanda essent.

C. XVI. ¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi, boni principis est.

Item Marcellus Papa Maxentio.

Boni à principis est, ac religiosi b. ecclesias contritas atq; cōcissas restaurare, nouas edificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumq; successores sub diuina contestatione constituisse legimus, nō debere fieri persecutiones, nec infertri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Domini, neq; expellere aeterni regis dispensatores.

¶ Maxentio.] In impressis addebat, episcopum, que vox abest ab omnibus manuscriptis.

DISTINCTIO XCVII.

Hoc capitulo patenter ostenditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis, vel de rebus ecclesiasticis. Quocumq; autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij Augusti, vi supra dictum est, vanum esse videtur, quòd contra auctoritatem sanctorum canonum de electione summi Pontificis decernere audent. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesia precibus Imperatoris in presumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur, ne heretici aliquid nomine ecclesie possiderent. Ab ea autem non inuitati de rebus ecclesiasticis aliquid disponere non habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed b. Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionē punire curauit.

C. I. ¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum.

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

Ecclesia & mea, cui Deus noster meum sacerdotiū, vobis res humanas regentibus deputauit, nos cura cōstringit: nec causis eius, quamuis adhuc corpora in commoditate detinear, propter conuentus, qui à sa-

a Anselmus lib. 6. cap. 192. b al. venis. c al. Pontificem. d Distin. 79. si duo. e Epist. ad Honorium.

cerdotibus vniuersis, & clericis, & Christiana plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram racentem a desidiā videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesie pacem peruertere valeat, admisisse. Cū enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas b: nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauuisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constringit, id est, vt licita seruentur, & sub vestro imperio clementie minimè, quæ sunt illicita, formidentur. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo & quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu d, quā Christus Deus noster, vestri fides rector, & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactā virginem seruat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempestatis in solite tumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste. Ipse ergo (quæ vni desponsata, nostra tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita, presentiaq; repetit. Vobis, inquit, religio imperantibus 2 creuit meus, qui modò tuus est, populus, tam fides Deo, quàm tibi, qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperij, teste (apud quem, & de cuius fede agitur) sancto Petro, sollicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat, cum sollicita petitione miscetur oratio, ne humanas res solito tentatore occulte sollicitante semel euulsa discordia distrahat. Angeretur pluribus, Princeps Christianissime, mater Ecclesia, nisi apud te suarum esset cura g caufarum, & nisi in oppressionibus idolorum, in hereticorum correptionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. ¶ Habet refugium, pium tuam mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione conuictū: cū quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt) legatis: quibus (precamur) factæ causam religionis profectuentibus in vrbe vestra mansuetudinis hoc animo, quo postulatis annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesie consulatis.

¶ Id est, vt licita.] In epistola ipsa legitur, id est, vt fidens vtar licitis.

¶ Imperantibus.] Aditua aliquot ex epistola vocibus, emendatus est hic locus, creuit qui modò tuus est, populus.

¶ Ne humanas.] In plerisq; vetustis legitur, ne hos in varias res solito, &c. In originali vero, ne [alias vos] in varias res semel euulsa distrahat à cultu solito, tentatore sollicitante, discordia.

C. II. ¶ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam.

Victor Honorius, indyctus, triumphator, semper Augustus, sancto, & venerabili Bonifacio Papæ vrbi æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentia gratulatione suscepimus: quibus recentis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post longum incommotum optatè redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vt i quotidianis orationibus Apo-

a al. saceres. b al. presideas. c al. non meo. d al. statui. e al. semper Auguste. f al. vestra. g al. secura.] orig. h faciunt istiusmodi, orig.

solatus tuus studium, ac votum suum circa salutē, atq; imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostrę satis placitum esse cognosce, quod sancti monia tua de ecclesiariū, aut populi perturbatione sollicita est. Quę, ne aliquā ratione possit evenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Deniq; beatitudine tua prædit ante, id ad curātorum clericorum no- titiam volum' peruenire, vt si quid fortē religio- (quod non optamus) humana forte contigerit, aut omnes ab ambitionibus esse cessandum. Acti duo, vt supra. Et infra. ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos esse serenitatis nostrę admonitione custodiant, nec aliquid seditio- sis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli patrium sua studia profutura.

2 pars. *Sine signatis apicibus non est mos Romana ec-
clesiæ vnde cum q. legationem suscipere 1.*

¶ *Suscipere.* In vulgatis sequebatur, neq; mitte-
reque absunt a veteris, neq; conueniunt cum his, quę se-
quenti capite afferuntur.

C. III. ¶ *Romana non consuevit ecclesiæ si-
ne signatis apicibus legationem vnde-
cumq; suscipere.*
Vnde Nicolaus Papa.

Nobilissimus vir, atq; strenuus vestrę sublimitatis legatus licet nullam epistolam iuxta consuetudi- nem a vobis nostro Pontifici detulisset, licet nunquā Apostolica sedis modus b fuerit absq; signatis apicibus vnde cumq; legationē suscipere: Nos tamen vos in illo honorantes eiusq; grauitatem, & eloquiorum illius ve- ridicas cognoscentes affectiones, nihilominus eū, & si- cut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, cre- didimus.

DISTINCTIO XCVIII.

Quę circa ordinandos sint obseruanda, quę in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei non nunquam obscuratur mu- tatione prouinciarum, decretum est sacris canonibus, vt pere- grini, nisi quinq; vel eo amplius suorum episcoporum fue- rint commendati chirographis, non ordinentur.

C. I. ¶ *Nisi quinq; episcoporum licetis desi-
gnatum transfarinum hominem ad
clericatum nullus su-
scipiat.*

*Vnde Syluester Papa generali concilio præ-
sident dixit.*

Nullus d aliqua ratione transfarinum hominem penes vos e in clericatus gradus suscipiat, nisi quinq; [aut f eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

C. II. ¶ *De eodem.*

*Item Anastasius I. vrbis Romę Episcopus ad om-
nes Germanię, ac Burgundię Episco-
pos, epist. 1. cap. 2.*

Transmarinos b homines in clericatus honorē h nemo suscipiat, nisi quinq; aut eo amplius episcopo- rum chirographis sint designati: quia multa per subre- ptionem solent evenire.

C. III. ¶ *De eodem.*

*Item Gregorius Romę in Ecclesię præsul Squil-
lano Episcopo, lib. 2. epist. 25.*

Afros i passim, vel incognitos peregrinos, ad eccle-

a Dist. 79. si duo. b al. maris. c in fin. epilogi con-
cili Romani sub Syluestro, sed paulo aliter. d Polyc. c. 2.
tit. 31. Anst. 7. c. 23. e al. nos. f absunt ab originali
& aliquot Gratia. codicibus. g Poly. ibid. Anst. 7. c. 24.
h al. honore nolite suscipere. J Orig. i Poly. ibid. Anst.
lib. 7. cap. 25. Iuo par. 6. cap. 351.

siaticos ordines tendētes nulla ratione suscipias: quia Afri quidem aliqui Manichęi, alij rebaptizati, pere- grini verō plurimi etiā in minorib; ordinibus cōstituti fortiores i de se prædixisse honores sapē probati sunt.

¶ *Fortiores.* J Sic legitur in veteris Gratiani & B. Gregorij codicibus. verum in Frobeniana, ac Lugdunensi e- iusdem B. Gregorij operum editione, ad fortiores præten- disse honores.

C. III. ¶ *Non sunt promouendi ad clerum,
qui peregrē fuerint baptizati.*

Item ex concilio Eliberitano, cap. 24.

Omnes *, qui peregrē a fuerint baptizati, eō q̄ eor- um minime sit cognita vita, placuit ad clerū non esse promouendos in alienis prouinciis.

DISTINCTIO XCIX.

De primatibus autem (quorum supra mentio- nem fecimus) queritur, quem gradum in Ec- clesiā obtineant, an in aliquo a patriarcha differant, quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarcha diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab archiepiscopis autem, quousq; necesse fuerit, Episcopi ad primates appellant: sed a primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedi- entiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quę sibi ab eis iussē fuerint imperata.

C. I. ¶ *Quę obedientia sit exhibenda pri-
matibus, & patriarchis.*

*Vnde Anacletus Papa ait ad Episcopos Ita-
lię, epist. 2.*

Prouincia b multo ante Christi aduentum tempo- re diuisa sunt maxima ex parte, & postea ab Apo- stolis, & B. Clemente prædecessore nostro ipsa diuisa est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudū pri- mates legis c sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates commemorantur, quando eis necesse erat qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterāt, vel quibus permisum non erat, confugiebant pro oppressiōibus, vel iniustitiis suis, ipsosq; appellabant, quousq; opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat: ipsis quoq; in ciuitatibus, vel locis nostris d patriarchas, vel primates, qui vnā formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuine, & ecclesiasticę poni, & esse iusserunt: ad quos episco- pi, si necesse fuerit, confugerent, eosq; appellarent: & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquę verō metropolitanę ciuitates, quę minores indices ha- bebant (licet maiores e comitibus essent) haberent metropolitānos suos, qui prædictis iussē obediēt primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatū erat: quō non primatum, sed aut metropolitanorū, aut archiepi- scoporum nomine fruerentur.

¶ *Hoc caput integrum reperitur a Gregorio VI. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonēsi, ac Senonēsi archiepi- scopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.*

C. II. ¶ *Non vocentur primates, nisi qui
primas sedes tenent.*

Item Anicetus ad Episcopos Gallia.

Nulli f archiepiscopi primates vocentur, nisi il- li, qui primas tenent ciuitates B, quarū episco- pos Apostoli, & successores Apostolorū regulariter pa- triarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem cōuertatur, cui necesse sit pro- pter multitudinē eorum h, primatē cōstitui. Reliquę verō, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non pri- mates, sed metropolitani nominentur.

* Iuo par. 6. c. 352. a al. in peregrinatione. b Iuo p. 5. c. 53. Pann. L. 4. c. 24. c al. leges. d al. nostris. e al. maiorum comitū. f Poly. l. 1. tit. 21. Iuo p. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25. g al. sedes. h al. episcoporum.

C. III. ¶ *Prima sedis Episcopus non appellatur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos.*

Item ex concilio Africano, cap. 6.

Prima sedis Episcopus non appellatur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum prima sedis episcopus.

3 pars. *Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appellatur.*

C. IIII. ¶ *Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus.*

Vnde Pelagius I. Episcopus omnibus episcopis illi- citem a Ioanne Constantinop. conuo- catus, &c.

Nullus patriarcharum vniuersalitatibus vocabulo nunquam utatur: quia si vnus patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit a fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quentiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantalacuna parte videatur. Quapropter caritas vestra neminem vquam suis in episcopis vniuersalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem deferat indebitum.

C. V. ¶ *De eodem.*

Item Gregorius Eulogio patriarcha Alexandrino, lib. 7. epist. 30. indit. 1.

Ecce in praefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohiberi, direxisti, superbae appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltima non faciat: quia vobis subtrahitur, quod alteri plus, quam ratio exigit, praebetur. Ego enim non verbis quaero prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor abeitis non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me tateatur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba, quae vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

¶ *Apud B. Gregorium haec sequuntur. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post a subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vnquam vocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligere et omnium, apud omnipotentem Deum custodirentur. Quam rem etiam plenius exposui lib. 4. epist. 32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Gregoriorum, totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse, Leo sanctissimus Apostolicus, & oecumenicus, id est, vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. Et Leo I. X. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribens ait, Licet magno Leoni praedecessori nostro, & iuce floribus ipsius hoc sancta decreuit Chalcedonensis synodus. Sed in multis quoque libellis, qui a thone tertia eiusdem synodi habentur, haec est inscriptio, Sanctissimo, ac beatis, vniuersali Patriarcha magno Roma Leoni. Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quae manuscripte in Vasticana bibliotheca seruantur (quarum multa exempla sunt penes priuatos) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandrita, ac monachi secunda Syriae scribunt, Sanctissimo, ac beatis, orbis terrae Patriarcha Hormisdas continentis sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minorum Archimandritarum,*

a Et Carthag. 3. cap. 29. Polyc. lib. 2. tit. 26. Burchardus lib. 1. cap. 3. luo par. 5. cap. 57. b Polyc. lib. 2. tit. 25. Anselmus lib. 6. cap. 130. c al. haec iam profano vocabulo] ori. d al. simmus.] orig. Ioan. Diacon. lib. 3. cap. vltim. e Polyc. lib. 2. tit. 26. Anselmus lib. 6. cap. 131.

& ceterorum Monachorum secunda Syriae. Et in media feri epistola. Quoniam Christus Deus noster principum pastorum, & doctorem, & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum, dignum est passionibus, quae nobis contigerunt, exponere, &c. *Anus quoque Gallia episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit, Dum religionis statui, & plenae catholicae fidei regulis perspicitis conuenire, ut gregem per tota vobis vniuersalis Ecclesiae membra commissum, per uigilantem cura me adhortationis informat. Et Ioannes episcopus Nicopolitana ad eundem. Decenter ad vestras orationes concurro, ut iuxta consuetudinem Apostolicae sedis vestre curam ecclesiarum curam, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam specialem dispositionem vestram. Et in breuiario Liberati, cap. 22. episcopus patere haec Imperatori de Syluero Papa, ait, multos esse in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius. Et Regino Germanus lib. 11. Chroniconum de Nicolao primo loquens, sapienter vocat vniuersalem Pontificem. Sed istius dictionis, vniuersalis, duae sunt notiones, quod Innocentius I. lib. 2. epist. 206. (quae incipit, Apostolicae sedis) Patriarchae Constantinop. scribens, exponit his verbis, Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quae de vniuersis constat ecclesiis, quae Graeco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli ecclesia Romana non est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiae, prima videlicet, & praecipua: veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis exiit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudo derivatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quae sub se continet ecclesias vniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia vniuersalis nuncupatur, quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est praefata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species, aut specialissimas, aut eriam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum, [Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.]*

DISTINCTIO C.

Episcopo autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarcha licet. Quod ex auctoritate Pelagii Papae (sic minus euidenter) daturus elligi.

C. I. ¶ *Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare a Romana ecclesia quisque metropolitanus iudeat.*

Ait enim Pelagius Papa.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum praesentem consuetudinem sanctae sedis Apostolicae exponere detrectantes, vltim pallii neque expectant, neque percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio viduatis ecclesiis non sine periculo protelatur, placuit, ut quisque metropolitanus ultra tres menses consecrationis suae ad fidem suam exponendam palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissis sibi careat dignitate, sitque metropolitanis aliis licentia, post secundam & tertiam communionem viduatis ecclesiis cum consilio Romani pontificis, ordinando episcopos, subsuenerit. Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, ut ultra tres menses ecclesia viduata consistat, communionem priuatur, quousque aut loco cedat, aut se obsecrandum offerre

a Matth. 16. b Polyc. lib. 2. tit. 10. Burchardus lib. 1. cap. 25. Anselmus lib. 6. cap. 92. luo. par. 5. cap. 136. Pann. lib. 2. cat. c al. episcopo, d Innoc. III. lib. 2. epist. 117. e al. praebere.

non differat. Quod si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatum ecclesiam, neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat: imò metropolitani sui iudicio cedat.

Burchardus, Anselmus & auctor Pannormia citant ex decret. Damasi: Ivo verò citat, vs Gratianus, item q, Innocentius III. lib. 1. epist. 117. Et iuricisi archiepiscopo (quæ incipit, Ne si vniuersi.) refert per paragraphum, si verò consecrandi, ex eodem Pelagio.

C. II. *¶ Honor pallij non detur, nisi meritis exigentibus, & fortiter postulanti.*

Item Gregorius Papa Brunichilda Regina, lib. 7. epist. 5.

P *R*isca a consuetudo obtinuit, vt honor pallij, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat.

C. III. *¶ De eodem. P A L E A.*

Item Ioanni Corinthiorum episcopo, lib. 4. epist. 55. seu cap. 99

Nouit * sanctitas tua, quia prius palliū, nisi dato commodo, non dabatur. Quod quoniam incongruum erat, factio concilio ante corpus B. Petri Apostolorum principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere, sub dicta interdictione vetuimus. Oportet ergo, vt neq; per commodum, neq; per gratiam, aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis aduici.

¶ Hæc palea habetur in plerisq; vetustis exemplaribus. 3 pars. Causarum verò merita accipienda sunt, vt & is, qui postulat, mereatur accipere, & fidei suæ professio nem prius iuramento confirmet, & apostolicis decretis, atque synodalibus statutis se obediuntū nihilominus caueat. Pallio autem non nisi certis diebus, & intra ecclesiam ad Missarum solennia cuiquam Metropolitanorū licebit.

C. IIII. *¶ Nisi post consecratiōem fidei professionem pallium dari non debeat.*

Vnde Ioannes Episcopus Fulberto & Agrippinensi Episcopo.

Oportum d tibi palliū nunc conferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginā minus, quam oporteat, continere reperimus: cum videlicet in ea nullam sanctarū vniuersalium synodorum, in quibus fidei nostræ symbolum continetur, nec decretalium Pontificū Romanorū constitutorum secundum morem feceris mentionem: sed nec illam propria subscriptione munieris, nec aliquem, qui hanc iureiurando firmaret, miseris.

¶ Fulberto.] Restitutum est hoc nomen ex Anselmo. Nam antea erat, Gliberto: Nam Regina in ea viuit, qua Ioannes octauus Romanae ecclesie presuit, meminit Fulberti episcopi Agrippinensis: & inter epistolas Ioannis Papæ octaui, que in bibliotheca Vaticana seruantur, est epistola alterius arg. ad eundem, & Deus dedit refert integram eiusdem Ioannis epistolam ad eundem Fulbertū.

C. V. *¶ Qui pallium desiderat accipere, prius a se remouere illicita promittat.*

Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 11.

In ea synodo, quam contra simoniacā hæresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ica pallium, quod transmissimus, tribui, si prius se promiserit illicita, que prohibuimus, per definitionem synodicam a sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordi-

*a Ansel. lib. 6. c. 93. Polyc. lib. 2. tit. 24. Ioan. Diac. l. 3. c. 5. * Ansel. lib. 6. c. 90. Polyc. l. 2. tit. 1. b al. fraternitas vestra.] origin. c. 1. quest. 1. cap. de ordinationibus. d Ansel. lib. 6. cap. 92. e Ansel. l. 6. c. 90.*

nem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrētib; nunciare, vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certior.

C. VI. *¶ Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet.*

Item Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu cap. 95.

P *A*llium a tibi transmissimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola Missarum solennia utatur.

C. VII. *¶ De eodem. P A L E A.*

Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu cap. 93. indit. 11.

Non multum temporis interuallū est, quod quædam nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidem⁹, ecclesie, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namq; ad nos quædam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atque humilitatis tramitem geri, quæ sola, vt bene nobis, est officij sacerdotalis erectio. Quæ, si sapientia vestra mansuerit, vel cum episcopali susceperit studio, non de illis accendi debeuerit, sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum adione corrigere.

¶ Humilitatis.] Restitutum est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur, contra utilitatem ecclesie, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola vt bene nobis, est officij sacerdotalis erectio.

C. VIII. *¶ De eodem.*

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

Contra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur, (quod a vobis absisteriam in multa correctio d. & infra. ¶ Illud frater charissime tibi nō putamus ignotum, quod penè de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, vsum sibi pallij vindicasse. Et quod bene hanc consuetudinem generalis ecclesie non verius, vestris nobis manifestissime significatis epistolis: quibus præceptum beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis Papæ nobis in subditis transmissis annexum, continens omnes consuetudines ex priuilegio prædecessorum nostrorum concessas, vobis, ecclesieq; vestræ debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesie consuetudinem, postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vindicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium metropolitanoꝝ etiam a tua est fraternitate seruandus, aut si tuæ ecclesie aliquid specialiter dicit esse concessum, præceptūve a prioribus Romanæ vrbis Pontificibus, quod hæc Rauennati ecclesie sunt concessa, a vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neq; consuetudine generali, neque priuilegio vindicas, vt vsurpasse te comprobet, quod fecisti. ¶ De decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in episcopali ceruice splendidius fulget, quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non scripto sequi, aut ex scriptis & priuilegiis se tueri. Quod si postremo nihil horum est, aliis metropolitanis huius te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

5 pars. Priuilegia quoq; cum vsu pallij semper debent concedi.

a Anselmus libro 6. cap. 98. b Anselmus libro 6. cap. 87. c Anselmus libro 6. cap. 95. Polyc. libro 2. tit. 20. d al. correctio. e al. scripto priuilegio.

C. IX. ¶ Cum vsq; pallij aliqua privilegia
deberent concedi.

Vade idem Gregorius Syagrii episcopo Au-
gustodunensi, lib. 7. epist. 112.

Rationis^a ordo omnino nos admonet, vt cum vsu
pallij aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia
debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura
quoq; sollicitudinis debet accrescere, vt cultui vestru
actionis quoq; ornamenta conueniant, oportet, vt e-
mixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat,
& circa **I** subiectorum actus sit cura vigilans, vt vestru
illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

1. ¶ Et circa. **I** Locupletatus est hic locus ex originali.

C. X. ¶ **I**us pallij conceditur, & antiqua
privilegia innouantur.

Idem Ioanni episcopo primæ Iustiniane Ally-
rica, lib. 4. epist. 15. sen. c. 59.

Palliū b vobis ex more transmisiimus, & vices vos A-
postolicæ sedis agere iterata innouatione decer-
nimus.

C. XI. ¶ De eodem.

Idem episcopis Epiri, lib. 5. epist. 7. san-
cap. 107. in diel. 14.

Scriptorum c veltorum insinuatio, fratres charit-
simi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicome-
dianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio, solenniter ordi-
natum, & infra. ¶ Supra scripto igitur Andrea fra-
tri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnosci-

a Polyc. l. 2. tit. 21. Ansel. l. 6. c. 86. b Ansel. lib. 6.
cap. 100. c Ansel. l. 6. c. 100.

te, atq; privilegia, atq; cuncta concessisse, quæ præde-
cessores nostris etus prædecessoribus contulere.

DISTINCTIO CL.

In vna autem provincia duo metropolitani esse nõ de-
bent: sicut in Chalcedonenſi concilio, cap. 12. statu-
tum est.

C. I. ¶ Duo metropolitani in vna & eadem
provincia esse non debent.

Pervenit^a ad nos, quod quidem præter ecclesiasti-
cæ ordinationis, affectantes potentiam, per prag-
maticum sacrum, **I** vnam provinciam in duas diuidat,
ita vt ex hoc, veniantur duo metropolitani episcopi
in vna ead. emq; provincia esse. Statuit ergo sancta sy-
nodus, acinceps nihil tale attentari a quolibet episco-
po, eos vero qui aliquid tale attentauerint, cadere de
proprio gradu.

1. ¶ Pragmaticum sacrum. **I** Versiones præsta, & Dio-
nyſiana habent, per pragmaticam formam: Græcè autē est
ἡ ἐπιτομή, quod in eodem capite paulo post
dicitur ἡ ἐπιτομή βασιλικῶν. id est, per literas
Imperiales.

Hæcenus de electione, & ordinatione clericorum tra-
ctauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes tranſea-
mus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorū
patrum decreuit auctoritas, causa dedicatur in medium:
cuius negotium, & de scienter a simoniaco consecratis, &
de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, continet.

a Polyc. lib. 1. tit. 24. Iuo par. 5. cap. 146. Burchardus
lib. 1. cap. 35.

DECRETI PRIMÆ PARTIS FINIS.

DECRETI PARS SE-
CVNDA.

CAUSA I.



Quidam habens filium, obtulit eum di-
tissimo canobio: exactus ab Abbate, &
a fratribus decem libras soluit, vt filius
susciperetur, ipso tamen (beneficio eta-
tis) hoc ignorante. Creuit puer, & per
incrementa temporum, & officiorum
ad virilem etatem, & sacerdotij gradū
peruenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eli-
gitur, interueniente obsequio, & paternis precibus, data
quoq; pecunia cuidam ex consiliariis archiepiscopi, conse-
cratur iste in Antistite, nescius paterni obsequij & oblate
pecunie. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniā
ordinauit, quibusdam vero gratis benedictionem sacerdo-
talem dedit: tandem apud metropolitanum suum accu-
satus, & conuictus sententiam in se damnationis accepit.

1. q. Hic primū queritur, an sit peccatum emere spiri-
tualia.
2. q. Secundū, an pro ingressu ecclesiæ sit exigenda pec-
unia, vel si exacta fuerit, an sit persoluenda.
3. q. Tertiū, an ingressum, vel præbendam ecclesiæ emere
sit simoniacum.
4. q. Quartū, an iste sit reus criminis, quod eo ignorate
pater admisit.
5. q. Quintū, an liceat ei esse in ecclesiā, vel fungi ea
ordinatione, quam paterna pecunia est affe-
ctata.

6. q. Sextū, an illi qui ab eo iam simoniaco ignorantur
ordinati sunt, abiciendi sint, an non.

7. q. Septimū, si renuncians sua heresi sit recipiendus
in episcopali dignitate, vel non.

Q V AESTIO I.

Quod autem spiritualia emere peccatum sit,
probatuꝝ multorum auctoritate.

C. I. ¶ Simoniaci gratiam non præ-
stant, quam vendere querunt.
At enim Leo Papa.

Gratia **I** si a non gratis datur, vel accipitur, gratia
non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt: i-
gitur gratiam, quæ maximè in ecclesiasticis ordinibus
operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, non
habent; si autem non habent, nec gratis, nec non gra-
tis cuiquam dare possunt. Quid ergo dant & profecto,
quod habent: quid autem habent? spiritum vtiq; men-
daciij. Quomodo hoc probamus? quia si spiritus verita-
tis (testante b ipsa veritate, de qua procedit) gratis ac-
cipitur, proculdubio spiritus mendaciij esse cõiungitur,
qui non gratis accipitur.

1. ¶ Gratia. **I** Simillima primis verbis huius capituli ha-
bentur in epistola Leonis primi Nicenæ Aquilegensis epi-
scopo scripta, quæ est 84. loquens enim de gratia ait, quæ

a Deus dedit in tract. de simonia. b Matth. 10.